Analecta bollandiana


VE
RI
TAS

ANALECTA
BOLLANDIANA

TOMUS XI

EDIDERUNT

CAROLUS DE SMEDT, IOSEPHUS DE BACKER,
FRANCISCUS VAN ORTROY, IOSEPHUS VAN DEN GHEYN
& HIPPOLYTUS DELEHAYE

PRESBYTERI SOCIETATIS IESU

BRUXELLES

BUREAUX DE LA REVUE :
Société des Bollandistes
14, rue des Ursulines

Société Belge de Librairie
Directeur : OSCAR SCHEPENS
16, rue Treurenberg

1892


HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

VITA

S. PAULI IUNIORIS

IN MONTE LATRO

CUM INTERPRETATIONE LATINA

IACOBI SIRMONDI S. I.

I. — Sancti memoria apud Graecos.

Colitur ab ecclesia graeca, die XV decembris, S. Paulus iunior, Latrensis aliquando nuncupatus ob celebrem, in quo vitam duxit monasticam, montem sacrum. Sequentibus in Synaxario Sirmondi laudatur : Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Παύλου τοῦ νέου τοῦ ἐν τῷ ὄρει τοῦ Λάτρους ἀγωνισαμένου ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Πορφυρογεννήτου (1). *Similis fere in menaeis enuntiatio :* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Παύλου τοῦ νέου ἀσκήσαντος ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Πορφυρογεννήτου ἐν τῷ ὄρει Λάτρου (2). *De ceteris in fastis sacris mentionibus, quas ope* Kalendarii graeco-slavici *Icannis Martinovii* (3) *facile quisque reperiet, hic agere supervacaneum est.*

Praeter illam quam heic edendam suscipimus, aliae quaedam memorandae sunt S. Pauli Vitae. Longior una est, quam rectius Laudatio-

(1) *Supplementum ad menaea excusa*, manu Papebrochii in codice olim Bollandiano, nunc bibliothecae regiae Bruxellensis 11322-26, fol. 122r. — (2) Ad calcem Vitae S. Pauli in codice S infra describendo, fol. 118v : *Menol. Graecum XV Decemb.*; item, Μήναιον τοῦ Δεκεμβρίου, Venetiis, 1843, p. 124; neo-graece apud Maximum Margunium, Βίοι ἁγίων ἐκ τῆς ἑλληνικῆς γλώττης ἤτοι ἐκ τῶν Συναξαρίων μεταφρασθέντες, Venetiis, 1656, 4°, fol. 135v. Nicodemus, in opere cui titulum fecit Συναξαριστὴς τῶν δώδεκα μηνῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ, Constantinopoli, 1842, t. V, p. 95, notam temporis demit, sed habet de S. Paulo στίχους ad Vitae praefationem (c. 1) alludentes :

Εἰ καὶ νεωστὶ ὤφθη Παῦλος τῷ βίῳ
ἀλλ' οὖν ἴσος πέφηνε τοῖς πρὶν πάτρασιν.

— (3) *Acta SS.*, t. XI Octobris, p. 308.

nem nuncupaveris cum Allatio, qui eam citat inter lucubrationes quae Metaphrastem parentem certo non agnoscunt (1). *Hisce incipit verbis :* Ἐμοί γε λίαν ἡδὺ καὶ τὸ περὶ λόγους πονεῖν κτλ. *Postquam diu frustra libellum quaesivimus, Roma tandem, dum haec dissertatio prelo submittebatur, litteris nobis nuntiatum est illum servari in codice Vaticano graeco 704, chartaceo, foliorum 205, formae in 8°, exarato saeculo XV exeunte, ubi legitur fol. 10ʳ-24ᵛ, sub hoc titulo :* Λόγος ἐγκωμιαστικὸς καὶ θαυμάτων διήγησις εἰς τὸν ὅσιον καὶ θεοφόρον Παῦλον ἐν τῷ Λάτρῳ ὄρει. *De quo encomio, usquedum textus ipse oculis subiaceat, disserere supersedebimus.*

Breve compendium Vitae Pauli reperies apud Synaxaristam (2) *cuius partes praecipuae e Vita illa longiore quam infra leges desumptae videntur. Ubinam vero invenerit S. Paulum an. 912 natum esse, in monte Latro templum sanctissimae Trinitati sacrum exstruxisse, aliaque similia quae alibi non occurrunt, incertum mihi est* (3).

Vitam illam quam ex codicibus manuscriptis nunc primum edituri sumus, a nullo rerum ecclesiasticarum fastorumve imperii Byzantini studioso e latebris hucusque erutam fuisse mirabitur quisquis in historia litteraria plane rudis non est. Etenim, ab illo tempore quo eam latinitate donavit doctissimus vir Iacobus Sirmondus (4) *atque ab eodem acceptam in suos usus convertit cardinalis Baronius* (5), *plurimi iidemque eruditissimi viri opusculum summis laudibus celebrarunt; immo nonnulla, prout occasio ferebat, ex eodem excerpserunt; nullus tamen integre illud edendi provinciam in se suscepit. Leoni Allatio qui pluries eam Vitam citavit atque adhibuit, visa est elegantissima et ad antiquum succum conscripta* (6). *Diligentissimus etiam rerum medii aevi indagator C. Ducange non unum opellae locum in suo* Glossario *illustravit* (7) ; *cumque* Historiae *Leonis Diaconi editor C. B. Hase eandem laudasset tamquam accurate perscriptam resque*

(1) *De Symeonum scriptis diatriba ;* vide *P. G.*, t. CXIV, p. 118 ; FABRICIUS-HARLES, *Bibliotheca graeca*, t. X, p. 307. — (2) NICODEMUS, *op. cit.*, p. 95-98. — (3) Falsa sunt quae de S. Paulo refert (ex menaeis 15 et 21 decembris, ut ipse ait) W. TOMASCHEK, *Zur historischen Topographie von Kleinasien im Mittelalter*, (SITZUNGSBERICHTE DER KAIS. AKAD. IN WIEN, t. CXXIV, 1891), p. 37. — (4) DE BACKER, *Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus*, t. III, col. 812. Non plane vero consonum est, quod ibi additur, exstare " illius operis fragmentum in Nicephori monachi libro *de Custodia cordis* quem librum graece et latine vulgavit in *Thesauro Ascetico* Petrus Possinus. " Nicephorus enim ille, *P. G.*, t. CXLVII, p. 951, paucissimis lineis absolvit encomium sancti Pauli in Latro, cuius exempla commendat. Nihil de S. Paulo praeter hunc brevem Nicephori locum continent codices Vaticani sequentes : graec. 733, pars II, saec. XII-XIII, fol. 265ʳ-265ᵛ ; graec. 753, saec. XIV-XV, fol. 274ʳ-274ᵛ ; itemque graec. 703, saec. XIII, fol. 10, si fides sit catalogis. Ipsum enim librum, qui haec nobis scripsit, reperire non potuit. — (5) *Annal. eccles.*, ad a 957, n. V-VIII. — (6) *P. G.*, t. CXLII, p. 530. — (7) *Glossarium mediae et infimae graecitatis*, s. vv. ξύλον, παξαμάτιον, etc.

continentem ad geographiam historiamque saeculi X noscendam utiles, libellum se aliquando editurum spoponderat (1), *cui tamen proposito numquam stetit. Denique, ut multos omittam qui Vitam Pauli ex praecedentibus citarunt laudaruntque, exstat eius* metaphrasis *in collectione Vitarum Sanctorum neo-hellenica lingua conscripta, cui titulus* Νέος Παράδεισος (2). *Prima eius verba hic exscribere abs re non erit, ut ea cum secundo Vitae capite conferendo, ilico lector deprehendat qua ratione compilator eam deturparit.* Πλησίον τῆς πόλεως Περγάμου εἰς τὴν 'Ασίαν εἶναι χώρα καλουμένη 'Ελαία· εἰς ταύτην ἐφύτρωσεν ἐτοῦτο τὸ φυτὸν τὸ θεῖον καὶ ἀξιέραστον · εἶχε δὲ καὶ ἄλλον ἀδελφὸν κατὰ σάρκα τρανήτερον, καὶ κατὰ τὴν ἀρετὴν μικρότερον, ὀνόματι Βασίλειον κτλ (3). *Conferre etiam iuvabit sequentia cum initio capitis 37 :* Ἕνας Πατρίκιος, ὀνόματι Φώτιος, ἦτον καλόγνωμος ἄνθρωπος, καὶ τὸν ἠγάπα πολλὰ ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, ὁ ὁποῖος τὸν ἔστειλε πρὸς τὸν Ὅσον με γράμματα· ὁ δὲ Παῦλος ὅταν τοῦ ἔδωκε τὴν ἀπόκρισιν, τὸν ἐπαρεκάλεσε νὰ τοῦ κάμη τὴν χάριν τούτην, ἤγουν νὰ βάλη εἰς τὸ Ἅγιον Σουδάριον κτλ (4). *Teste archimandrita Sergio* (5), *ex hoc opere in linguam russiacam transiit Vita Pauli, cura et studio P. Kazanski* (6). *Accuratum eiusdem compendium, adhibito codice Coisliniano 148, concinnavit Demetrius Versinski, in* Menologio Ecclesiae orientalis orthodoxae (7) *unde in* Annum graeco-slavicum *Ioannis Martinovii transivit* (8).

Quod praeclarum historiae monasticae documentum tandem integre edendum suscipimus, adhibitis, quotquot nosse potuimus, codicibus manuscriptis. Versionem latinam ineditam, quam adornavit Iacobus Sirmondus, adiciendam putamus, ne tanti viri lucubratio pereat. Praeterea, ne Latri montis monumenta hagiographica nimium dispersa prodeant, Vitam sancti Nicephori, Milesii episcopi et monachi Latrensis, quam iampridem commendaverat C. B. Hase (9), *etiam prelo paravimus; de qua plura ubi proferenda erit.*

II. — Vitae Pauli codices manuscripti.

E bibliotheca Sfortiana Romae existenti (10) *codicem antiquum acceperat Sirmondus ex quo Vitae S. Pauli textum desumpsit* (11) ; *at nihil*

(1) *P. G.*, t. CXVII, p. 683. — (2) Νέος Παράδεισος ἤτοι λόγοι διάφοροι καὶ βίοι ἁγίων ἐκ τοῦ Μεταφραστοῦ Συμεῶνος εἰς τὴν κοινὴν ἡμετέραν διάλεκτον μεταγλωττισθέντες μὲν παρὰ 'Αγαπίου μοναχοῦ τοῦ Κρητός, νῦν δὲ αὖθις τυπωθέντες, Venetiis, 1853, 4°, 336 pp. Vita Pauli, p. 180-192. — (3) *Ibid.*, p. 180. — (4) *Ibid.*, p. 189. — (5) *Polnii miésiatseslov vastoka*, t. II (1876), Mosquae, 8°, p. 389. — (6) Mosquae, 1854. — (7) Petropoli, 1854. — (8) Ad d. XV decembris, p. 308-309. — (9) *P. G.*, t. CXVII, p. 755, nota. — (10) De diversis bibliothecis Sfortianis consulendus Ottino-Fumagalli, *Bibliotheca bibliographica Italiae*, Roma, 1889, 8°. — (11) De Backer, *loc. cit.*, p. 812 ; Baronius, *loc. cit.*, n. v.

praeterea de eiusdem aetate, materia externave specie quibus facile agnosci queat scripto reliquisse videtur. Codex Vaticanus lat. 3958, saec. XVI-XII, continens catalogos variarum bibliothecarum, quos inter, fol. 103r-127r, elenchum librorum manuscriptorum bibliothecae Sfortianae, codicis a Sirmondo adhibiti aliquam notitiam, ni fallor, servavit: ille enim qui numero 65 signatur, complecti dicitur tum Metaphrastae menses octobrem et novembrem, tum etiam Vitam S. Pauli in Latro (1). *Quamvis antiquum illum codicem manibus terere non licuerit, aliquatenus tamen praesto fuit, cum ipsius Sirmondi ecgraphum, de quo mox, inter scripta maiorum nostrorum dctexerimus.*

Plures praeterea nobis suppetierunt codices, ex iisque aliqui aetate praestantes, quorum omnium hic accipe brevem elenchum.

P. *Bibliothecae nationalis Parisiensis signatus graec. 1490, olim Colbertinus 2722, regius 20343. 3, membraneus, foliorum 272 (0m,37 × 0,235), binis columnis, nitidissima saeculi XI manu exaratus. Tituli variis coloribus auroque insigniti sunt, litteraeque capitales auro minioque ductae; quae non quidem initio capitulorum, sed ita sparsim ponuntur ut aequis fere intervallis singula ornent folia, hinc inde etiam ipsa verba dividentes. Continet liber Vitas sanctorum, quarum titulos in catalogo impresso reperies* (2) *: Vita autem S. Pauli legitur fol. 31r-81v.*

Q. *Eiusdem bibliothecae, signatus Supplementi graeci 916, membraneus, foliorum 120 (0m,315 × 0,25), columnis binis, saeculo item XI exaratus. Continet praeter alia hagiographica* (3) *Vitam S. Pauli fol. 58v-85v.*

C. *Eiusdem bibliothecae, Coislinianus 148, membraneus, foliorum 283 (0m,30 × 0,235), columnis binis, exaratus quoque saeculo XI. Inter alias plurimas* (4) *continet Vitam S. Pauli fol. 37r-84v. Hoc codice Versinski in concinnando suo compendio usus est* (5).

R. *Eiusdem bibliothecae, signatus graec. 1553, olim Colbertinus 1080, et regius 2452. 3, papyraceus, foliorum 301, (0m,27 × 0,21) lineis plenis partim, partim binis columnis una manu saeculi XIV eleganter scriptus. Praeter alia hagiographica* (6) *habet Vitam S. Pauli, cuius folia nonnihil interturbata, hoc ordine disponenda sunt: fol. 131r ad 160v,*

(1) Codicis Vaticani notitiam subministravit doctissimus vir Fr. Ehrle, S. I. — Metaphrastae octobrem cum novembre non invenio inter codices graecos catalogi bibliothecae Sfortianae vulgati ab A. Possevino S. I., *Apparatus Sacri*, t. II, ad calcem, p. 17. Notare hic iuvat *indicem librorum graecorum bibliothecae Sfortianae* etiam servari in bibliothecae Vallicellanae codice Q. 6, fol. 307; *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. VIII (1888), p. 529, nota. — (2) Omont, *Inventaire sommaire des manuscrits grecs de la bibliothèque nationale*, t. II. p. 63.— (3) Omont, *op. cit.*, t. III, p. 323. — (4) Montfaucon, *Bibliotheca Coisliniana*, p. 213; Omont, *op. cit.*, t. III, p. 144. — (5) Vide supra, p. 7. — (6) Omont, *op. cit.*, t. II, p. 90.

dein fol. 173r-173v. In margine identidem leguntur invocationes nonnullae, uti v. g. fol. 147, litteris rubricatis: Οὐαῖ μοι τῷ ἀθλίῳ, *et iterum nigris:* Ἰησοῦ γλυκύτατε ῥῦσαι με τῆς κολάσεως κατὰ τὸ μέγα σου ἔλεος πρεσβειαῖς τοῦ ὁσίου σου. *Et fol. 150v, ubi narratur obitus monachi Lucae (c. 33), litteris rubris:* ὢ μακάρια ἡ ψυχή σου. *Ad calcem Vitae fol. 173 notantur atramento pallidiore, manu tamen, uti videtur, coaeva, sequentia verba quae suo loco illustrabimus:* Ἐμοὶ δοκεῖ, οὐκ οἶδα δὲ ἢ ἀληθεύω, ὅτι παρὸν λόγος οὐδὲν ἔνι ποίημα τοῦ κυροῦ Συμεών, ἀλλ' ἑτέρου τινὸς θεσπεσίου καὶ θεοφόρου πατρός. Πλὴν ὁ ἀκοίμητος ὀφθαλμὸς κτλ. *Sequitur deprecatio pro ignoto auctore, ipsoque* scriba humili et peccatore.

Huius codicis, quo usus est Ducange (1), *paucas tantum et hinc inde selectas lectiones variantes apparatui critico inseruimus.*

S. *Olim Bollandianus, nunc bibliothecae regiae Bruxellensis signatus 18906-12, variis consarcinatus est codicillis Vitas sanctorum graecas mensium novembris et decembris referentibus* (2); *quorum unum, fol. 80r-118v, (0m,21×0,14), totum complet Vita sancti Pauli, in cuius capite apposuit unus ex maioribus nostris:* Scriptum manu P. Iacobi Sirmondi S. I. — Accepimus a° 1764 a P. Brotier S. I. *Habemus hic procul dubio apographum codicis Sfortiani, cuius proinde variantes lectiones neglegendae non erunt. Ex quibus nonnullas, minus forte probandas, non tam vetusti codicis scriptori quam ipsi Sirmondo, quandoque dormitanti, tribuendas esse lector facile deprehendet. Immo vero, nec illo suo apographo ad concinnandam latinam versionem usum fuisse doctissimum virum suadent nonnulla quae ab interprete expressa fuere, a textu tamen apographi absunt* (3). *Haec in manuscripto Sfortiano cuius praeiacentis textum latinitate donarit, adfuisse conicere licet.*

B. *Olim Bollandianus signatus † ms. 195, nunc Bruxellensis 8232-33, cui titulus* Acta graeca decembris, *pluribus item constans codicillis* (4), *quorum unus fol. 112r-146v (0m, 20×0,275), manu saeculi XVII accurate scriptam exhibet Vitam sancti Pauli. Quonam ex antiquiori codice derivatus sit, non indicat scriba; satis recentem fuisse suadet tum titulus, opus tribuens Nicephoro Blemmidae, tum capitum commoda distributio; nisi tamen dicas haec in ipsum apographum scriptoris arbitrio inducta fuisse. Capitulorum divisionem quam in ceteris frustra quaesieris, ab hoc codice mutuavimus; et quoniam ita diligenter scriptus est ut exemplar vix non ad amussim exprimere videatur, eius variantes lectiones adnotare non omisimus.*

(1) *Glossarium mediae et infimae graecitatis;* t. II, index auct., p. 41. — (2) Omont, *Catalogue des manuscrits grecs de la bibliothèque royale de Bruxelles et des autres bibliothèques publiques de Belgique*, Gand, 1885, 8°, p. 39. — (3) Conferatur, verbi gratia, textus capitis 21 ineuntis et apparatus criticus cum Sirmondi versione. — (4) *Ibid.*, p. 36.

Addimus septimum, quem propriis oculis non inspeximus, sed cuius breve excerptum typis impressum suo loco adhibere visum est. Est ille Patmiacus signatus ΣΜΗ', foliorum 318, continens Metaphrastae Vitas sanctorum decembris a die 4 ad 29, scriptus saeculo circiter XI; at manus recentior addidit Vitas cum sanctae Iulianae Nicomediensis, tum sancti Pauli Latrensis. Haec Sakkelion (1), *qui ex eodem partem aliquam capitis 8 exscripsit* (2).

Pauca notanda supersunt de codice manuscripto latinae versionis, qui servatur in bibliotheca nationali Parisiensi, ubi signatus est lat. 10854, olim Suppl. lat. 722 A. Est chartaceus, paginarum 76, (0^{m}*,21 × 0,135), ipsius Sirmondi manu nitide exaratus, et ni fallor, prelo iamiam paratus. Nonnullas ab ipso auctore emendationes in margine adscriptae sunt, quas in textum, neglectis prioribus lectionibus, induximus; plura adnotaverat correctionis signa, quibus tamen nulla ad oram paginae emendata lectio respondet; de quibus neque lectorem admonere operae pretium visum est. Omisimus quoque titulos contractos quos in margine ad narrationis praecipua capita disposuerat.*

Missum olim ad nostros fuerat apographum interpretationis Sirmondianae, quod hodie reperitur in codice Bruxellensi 8974-75, fol. 158^{r}*-182*^{r}*.*

Liberiore quadam textum non ad verbum sequente interpretatione hinc inde usum fuisse Sirmondum lector fortasse mirabitur; raro tamen, et quidem in notis, diversam adposuimus vertendi rationem, cum graecum adire nemo sit qui neglegat.

III. — De scriptore Vitae sancti Pauli.

Quoties Allatio hanc Vitam citaré contigit, Nicephoro Blemmidae, saeculi XIII scriptori (3) *illam tribuit* (4). *Qua ratione adduci potuerit ad hanc amplectendam opinionem, cui vel ipsa aetas plurium codicum manuscriptorum refragatur, haud plane liquet. Cum eam collocet in numero earum quas propriis auctoribus* ope codicum *se restituisse profiteatur* (5), *usus fuisse credendus est recentiori aliquo exemplari, cui per librarii inscitiam Nicephori nomen inscriptum fuerit. Talia nonnulla exstitisse suadet apographum* B *, cui mendosus ille praefigitur titulus.*

(1) Πατμιακὴ Βιβλιοθήκη, Athenis, 1890, 4°, p. 124. — (2) *Ibid.*, p. 79, not. Locus quem citat incipit a verbis συνθέμενοι, desinit in χρημνοῖς ἐχρῶντο. — (3) De Nicephoro Blemmida agit Fabricius-Harles, *Bibl. graeca*, t. VII, p. 669 sqq.; cfr. *P. G.*, t. CXLII, p. 527-532. — (4) Allatius, *De libris ecclesiasticis Graecorum*, Parisiis, 1646, 4°, p. 128; *De rebus eccl. Graecorum*, p. 105; vide etiam *P. G.*, t. cit., p. 530. — (5) *Diatriba de Symeonum scriptis*, *P. G.*, t. CXIV, p. 76.

Antiquum habemus testimonium quo haec nostra Vita perspicuis verbis Symeoni Metaphrastae adscribitur. In documento scilicet anni 1196, ubi ad verbum citatur fragmentum capitis 43, desumptum illud dicitur τῷ ἐκτεθέντι καὶ συγγραφέντι παρὰ τοῦ ἁγίου ἐκείνου Μεταφραστοῦ κυροῦ Συμεὼν τοῦ λογοθέτου βίῳ τοῦ ῥηθέντος ὁσίου Παύλου (1). *Haec profecto nullam patiuntur violentam interpretationem nec effugium. Attamen, nisi computum Allatii, cui vix non omnes recentiores subscribunt* (2) *prius evertas, Metaphrastem parentem Vitae Pauli nequaquam agnosces ; iamdudum enim humanis rebus excesserat celeberrimus logotheta quando Paulus Latrensis ultimum clausit diem anno nempe 956* (3). *Illud certum est, quod vel soli inspecti codices patefaciunt, Vitam sancti Pauli mensi decembri apud Metaphrastem primo ad calcem fuisse adscriptam, brevique in novis exemplaribus ad diem XV ceteris intermixtam fuisse. Non ita tamen omnibus falsa opinio statim insedit, quin aliqui dubitarint, quemadmodum scriptor ille codicis* R, *modeste asseverans* sibi non videri hoc opus esse domni Symeonis, sed alterius potius cuiusdam inspirati ac deiferi patris (4). *Recte igitur, propriisque constans placitis, quaecumque de Paulo Latrensi scripta habemus e catalogo operum Metaphrastae expunxit Allatius* (5).

Quapropter hoc unum superest, ut antiquioribus praestantioribusque fidamus codicibus qui omnes anonymam exhibent Vitam Pauli, ex ipsius tamen narrantis ore aliquatenus accipiamus quo tempore scripserit, qualisque fuerit.

Non multo post annum 969, quo caesus fuit imperator Nicephorus Phocas, pium libellum enatum esse cum ex pluribus, tum maxime ex historia Ignatii, monachi protervi et apostatae, colligo, quae eo tempore accidisse fertur quo Creticum bellum gereret Nicephorus qui imperium haud multo post adeptus est (6), τὸν τῆς βασιλείας οὐ πολλοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ἐπιλαβόμενον Νικηφόρον (7). *Non ita, ni fallor, auctor designasset Nicephorum, si adhuc ille in vivis egisset. At neque diu post eiusdem obitum quae sequuntur scribere potuit. Pergit enimvero referens agrestem quendam hominem Ignatio in via occurrisse, eumque in frusta concidisse :* quo peracto abiit, *sic auctor,* nec ad hunc usque diem

(1) Fr. Miklosich et Ios. Müller, *Acta et diplomata graeca medii aevi sacra et profana*, t. IV, seu *Acta diplomata monasteriorum et ecclesiarum Orientis*, Vindobonae, t. I (1871), p. 306. — (2) Muralt, *Essai de chronographie byzantine*, Saint-Pétersbourg, 1855, p. xiv-xvi; I. B. Malou ep. Brugensis in praefatione ad opp. Metaphrastis, *P. G.*, t. CXIV, p. 10; Rambaud, *L'Empire grec au Xe siècle*, Paris, 1870, p. 92-104; Hirsch, *Byzantinische Studien*, Leipzig, 1876, p. 308 sqq. — (3) *Vitae* cap. 45. — (4) Vide supra, p. 9. — (5) *P. G.*, CXIV, p. 96 et 118. — (6) Bellum Creticum a. 961 absolutum est; regnavit autem Nicephorus Phocas ab a. 963 ad 969. — (7) *Vitae*, cap. 49.

captus est, ἀπιὼν ᾤχετο, καὶ ἀχείρωτος εἰς δεῦρο κατέστη (1). *Iamvero, vix ultra decennium, illis praesertim temporibus regionibusque, de occisore requirendo sollicitus quis fuerit? Vicesimo igitur circiter anno post beati viri excessum eius conversationis historia litteris mandata fuerit oportet. Ne tamen altius initium scribendi repetatur, monet historia monachi cuiusdam Lucae, olim Leonis, qui beato patri comes adhaesit, eoque mortuo fratrum obsequio totum sese addixit* (2). *Porro, postquam ille meritis virtutibusque plenus exspiravit, in communi sepulcro conditus fuit; unde tandem* post annos septendecim *integrum incorruptumque eius corpus a Gabriele extractum fuit. Viginti saltem post Pauli obitum hanc inventionem accidisse quisque facile admittet. Immo, non nemini forte videbitur annos triginta quinque quos in pio famulatu Lucas duxisse perhibetur nonnisi a Pauli funere decurrere coepisse: id enim scriptor minus clare expressit. Ne tamen eius verba ita intellegamus, atque triginta et amplius annos opusculi aetati detrahamus, impedit tota ratio historiae Ignatii supra expositae: standum itaque sensui obvio, qui triginta quinque annos ad integram Lucae vitam monasticam refert.*

Cum his concordant quae docemur de translatione corporis sancti Pauli, quae primo eius natali recurrente die contigisse videtur, aut paucis certe post annis. Cuius sollemnia insolito edito fragore daemonem interturbare tentasse narrat scriptor, provocans ad testes qui rei interfuerant: καὶ μαρτυροῦσιν οἱ τῶν φωνῶν τούτων καὶ ἀκουσταὶ γενόμενοι (3). *Accedit et prodigium istud quod cuidam monacho Gabrieli recens contigisse memoratur:* ὃ πρὸ μικροῦ μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς θάνατον ἐπράχθη (4); *iamvero satis erat ille provectus aetate, ut eorum qui vitae monasticae Pauli exordiorum testes fuerant ipse novisset non duos vel tres, sed ultra viginti:* τοὺς γὰρ ἐξηγητὰς αὐτοῦς ἐκείνους καὶ θεατὰς ἔχομεν οὐχ ἕνα ἢ δύο, ἀλλὰ καὶ τῶν εἴκοσιν οὐκ ἐλάττους κτλ (5).

Sancti Pauli biographum fuisse monachum Latrensem tota loquendi ratio narratorumque adiuncta omnia clamant, quippe cui non tantum praesto fuerint antiqua monasteriorum monumenta (6), *sed et optime nota monachorum paene omnium nomina, cognomina* (7) *et officia* (8), *et sacri montis viciniaeque loca, monasteria, anfractus et cavernae* (9). *Non quidem solet se testem oculatum diserte praedicare, nisi forte, cum memorans tremendum in sancti viri spelunca gestum miraculum, se* etiam narrantem *formidine teneri fatetur:* φόβος με καὶ λέγοντα ἔχει (10). *Ceterum nulla opus est scriptoris testificatione qua deprehendamus eum multa propriis oculis vidisse vel a testibus immediatis diligenter exqui-*

(1) *Ibid.* — (2) *Vitae*, c. 33. — (3) *Vitae*, c. 46. — (4) *Vitae*, c. 18. — (5) *Vitae*, c. 6. — (6) *Vitae*, c. 8. — (7) Ex. gr. *Vitae*, c. 16. — (8) *Vitae*, c. 25. — (9) *Vitae*, c. 25. — (10) *Vitae*, c. 15.

siisse ; secus enim, qua ratione tam sincerum et ab omni fucata eruditione alienum se proderet in locis accuratissime describendis, recensendisque tot diversis hominibus atque eventibus? Multum insuper eius fides commendari dicenda est eo quod de rebus suae aetatis, quae aliis ex fontibus innotescunt, recte disserat. Accensenda proinde est Vita sancti Pauli praestantissimis monumentis quibus cum monachorum in monte Latro degentium congregatio, tum etiam saeculi X historia atque Asiae minoris geographia illustratur.

IV. — De monte Latro eiusque monasteriis.

Quamvis inter celeberrimos Asiae montes monachorum habitatione sacros conspicuus ille fuerit qui antiquitus Λάτμος (1), *media vero aetate,* Λάτρος *nomen sortitus est* (2), *pleraque de eius monasteriis documenta ad nostros usque dies Latinos latuere, si excipias brevissima Vitae sancti Pauli fragmenta, notamque codici antiquo Latrensi inscriptam, quam suae* Palaeographiae *inseruit Bernardus de Montfaucon* (3). *Inexpectata arrisit fortuna doctissimis viris Fr. Miklosich et Ios. Müller quando in codice bibliothecae Vaticanae reppererunt diplomatarium monasterii Sancti Pauli in monte Latro, illudque, invitis custodibus, sed cunctis plaudentibus historiae studiosis, exscripserunt atque prelo subiecerunt* (4). *Quantum inde lucis acceptura sit historia sacri montis, norunt quotquot antiqua diplomata manibus versarunt. Accessit brevi de sancto Christodulo, Latrensi olim cathegumeno, et de colonis in insulam Patmum ab eo deductis liber haud spernendus* (5), *et nuperrime monasterii Patmiaci insignis codex diplomaticus* (6). *Aequo latius excurreret haec nostra tractatio, si colligendo quaecumque ad Latri montis notitiam conferunt, tantum thesaurum exhaurire tentaremus. Praecipua tamen quae ad Vitam sancti Pauli collustrandam iuvant omittere non licet, ea maxime quae ad locorum notitiam spectant.*

(1) Neque diversus videtur ab eo quem Homerus cecinit Φθειρῶν τ' ὄρος ἀκριτόφυλλον. *Iliad.*, II, 868. Lege HOLSTENIUM et THOMAM DE PINEDO ad STEPHANI BYZANTINI v. Φθίρα. — (2) Utuntur voce utroque genere, masculino et neutro. I. SAKKELION, 'Ακολουθία τοῦ ὁσίου Χριστοδούλου. Athenis, 1884, p. 66, nota 5.— (3) *Palaeographia graeca*, lib. I, p. 78. — (4) MIKLOSICH-MÜLLER, *Acta et diplomata monasteriorum et ecclesiarum Orientis*, Vindobonae, t. I (1871), pp. VI-VII, 290-329; additamenta, t. III (1890), p. 428 sqq. — (5) 'Ακολουθία ἱερὰ τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Χριστοδούλου, ἐκδ. τρίτη, ἐπιμελείᾳ καὶ φροντίδι Κυρίλλου ἱεροδιακόνου Βοΐνη, Athenis, 1884, 8°, 238 pp. Praecedenti huius libri editione usus videtur E. LE BARBIER, in opusculo merito levitatis notato, *Saint Christodule, et la réforme des couvents Grecs au XIe siècle*, Paris, 1863, 12°, 72 pp. — (6) MIKLOSICH-MÜLLER, *Acta et diplomata monasteriorum*, t. III (1890).

Mons Latrus, hodie lingua Turcarum Besh-parmaq, seu Pentedactylus dictus, situs est in Caria haud procul ab antiqua Mileto, postmodum Palatia appellata. Mari antiquitus circumluebatur (1), *sed, decursu saeculorum limum assidue advehente Maeandro, occlusus est sinus Latmicus ille cui mons adiacebat, lacusque efformatus* (2) *cui nomen Kapikeren Denizi vel Akiz-Tschaï* (3). *Ex tanta soli immutatione non paucos scriptorum errores ortos fuisse nemo mirabitur* (4). *Ad sinum Latmicum, montis radicibus adhaerens iacebat civitas Heraclaea, Latmus et ipsa aliquando nuncupata* (5). *Non procul abhinc, sed ad dextram Maeandri ripam celebre extenditur promontorium, Mycale olim vocitatum, nunc autem Samsoun Dagh* (6), *cuius extrema pars angusto admodum canali 1900 metrorum ab insula Samo disiungitur* (7).

Ab auctore Vitae Pauli discimus Latrum montem esse ὑψηλότατον καὶ ὑπερνεφές, ἀλλὰ καὶ ἀναβῆναι κομιδῇ δυσχερέστατον (8). *Quod ceteris quattuor supereminet cacuminibus ad 1371 metrorum altitudinem pertingit* (9); *praebet autem solitudinem requirentibus tranquillum refugium, quo sane sensu a sancto Christodulo celebratus fuit tamquam* ὄρος ἀθόρυβον (10).

Vitae monasticae in monte Latro primordia obscura sunt. Traditio erat Latrensium, quam refert auctor Vitae S. Pauli (11), *ex sacri montis monumentis, si ipsi credendum est, monachos Sinaitas Raithunosque* (12) *qui e saevis Sarracenorum manibus evaserant, ab angelo ad Latrum deductos fuisse* (13). *Hos tamen primos sacrae illius solitudinis accolas*

(1) Texier, *Asie Mineure*, Paris, 1862, 8°, pp. 35, 36, 354-56. — (2) Confer duas mappas geographicas *Carte du golfe Latmique et des parties adjacentes entre le Ve siècle A. C. et le IIe P. C.*, dressée par M. O. Rayet, 1877; *Carte de la vallée inférieure du Méandre et des parties adjacentes du vilayet d'Aïdin*, dressée par M. O. Rayet, 1874; utraque adiungitur operi O. Rayet et A. Thomas, *Milet et le golfe Latmique*, Paris, 1877, etc. — Uno conspectu littoris incrementa habes apud E. Reclus, *Asie antérieure*, p. 515, in tabula *Plaines du bas Méandre*; vel etiam, licet minus distincte apud W. Ramsay, *The historical Geography of Asia Minor*, London, 1890. — (3) O. Rayet, *Tab. et op. cit.*; P. de Tchihatcheff, *Asie Mineure, description physique, statistique et archéologique de cette contrée*. Paris, t. I (1853), p. 99-104; Id., *Reisen in Kleinasien und Armenien 1847-1863*, (Ergänzungsheft n. 20, zu Petermann's *Geographische Mittheilungen*). Gotha, 1867, p. 22. — (4) Lege quae de his notavit Arundell, *Discoveries in Asia Minor*, t. I (1834), pp. 55-56, nota. — (5) Strabo XIV, I. 8. Ὁ Λατμικὸς κόλπος ἐν ᾧ Ἡράκλεια ἡ ὑπὸ Λάτμῳ λεγομένη... ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Λάτμος ὁμώνυμος τῷ ὑπερκειμένῳ ὄρει. Vide et Plinii *Hist. Nat.*, lib. V, 31, 3. De Heraclea ad Latmum iterum sermo erit in notis ad Vitae S. Pauli, c. 8. — (6) Texier, *op. cit.*, p. 36. — (7) O. Rayet et A. Thomas, *op. cit.*, p. 15. — (8) *Vitae*, c. 18. — (9) Reclus, *op. cit.*, p. 485. — (10) Εἰς τὶ ὄρος ἀθόρυβον ἐληλύθειμεν ἐν καλῷ μὲν τῆς Ἀσιάτιδος κείμενον, οὕτω δ' ἐγχωρίως Λάτρος καλούμενον, φήμης ἡμᾶς εἰς τοῦτο ἀγούσης τῆς παλαιᾶς. *Regula edita a S. Christodulo*, apud Miklosich-Müller, *Acta et dipl. monast.*, t. VI, p. 60; Ἀκολουθία τοῦ ὁσίου Χριστοδούλου, p. 66. — (11) *Vitae*, c. 8. — (12) De his vide infra annotata ad citatum locum. — (13) Brevius eandem exprimit tradi-

non iudicavit : addit quippe non tantum plurimos eorum postea gladio confectos fuisse, sed et reliquos simul monachos qui in monte habitabant, καὶ οὐχ αὐτοὶ μόνοι, ἀλλὰ καὶ ὅσοι τῶν μοναχῶν καὶ ἕτεροι παρ' ὅλον τὸ ὄρος διεσκήνηντο (1).

Quanta his qualibuscumque monumentis fides habenda sit apertum non est. Certe, in antiquioribus quos habemus fontibus, de monasteriis in monte Latro constitutis nulla fit distincta mentio; quamquam minime negemus iam pridem nonnulla floruisse. Saeculo IX, regnante Theophilo Michaelis filio (2), *illos qui in monte Latro vitam solitariam ducebant ab Arabibus ex insula Creta irruentibus multa perpessos fuisse constat* (3). *Triginta circiter post annis* (4) *celebris occurrit memoria monachi cuiusdam Ioannis in Latro degentis, quem Petronas de suscipiendo adversus Sarracenos bello consilium petiturus adierit* (5).

Saeculo X ineunte, monachis Latrensibus favisse imperatorem Romanum Lecapenum non chronographorum tantum testificatione (6), *sed et ipsius principis diplomate anno 924 emisso compertum est* (7).

Plura iam ante medium hoc saeculum in monte exstitisse monasteria vel ex hoc solo discimus quod monachus Athanasius dicatur unius ex patriarchicis monasteriis *praefectura insignitus* (8). *Insuper in Vita Pauli quorundam habemus nomina. Primum occurrit monasterium Caryae* Καρύα (9), *in quo beatus Paulus monasticae vitae tirocinium egit; huic praeerat Petrus quidam* (10), *qui eiusdem conditor fuisse videtur* (11). *Caryae monasterium in montis proclivo minime situm erat, sed forte ad eius radices, cum ex eo ad montem revertens Paulus exhibeatur :* ἔξεισι μὲν τοῦ μοναστηρίου, προς δὲ τὸ τοῦ Λάτρου ὄρος πάλιν δρομεῖ (12).

Citatur deinde laura Salvatoris, τοῦ Σωτῆρος, *quae in ipsis Latri praeruptis collocata erat* (13), *de qua tamen vix quicquam praeter nomen*

tionem in sua *Regula* sanctus Christodulus MIKLOSICH-MÜLLER, *Acta et diplom. monast.*, t. III, p. 60; 'Ακολουθία, etc., p. 67. Cum Vita Pauli quod rem spectat consonat Vita sancti Nicephori Milesii quam brevi edemus. — (1) *Vitae*, c. 8. — (2) Anno 830. MURALT, *Essai de chronographie byzantine*, p. 413. — (3) THEOPH. CONTINUAT., l. III, c. 39, *P. G.*, t. CIX, p. 152. De huius loci recta interpretatione consule B. HASE, ad Leonis Diaconi lib. I, n. 28; *P. G.*, t. CXVII, p. 673. (4) A. 860. MURALT, *op. cit.*, p. 436. — (5) CEDRENUS, *Histor. compend.*, *P. G.*, t. CXXI, p. 1048-49. — (6) Διωρίσατο δὲ τοὺς μοναχοὺς τοῦ 'Ολύμπου, τοῦ Κυμινᾶ, τοῦ Ἄθωνος, τοῦ Βραχέως καὶ τοῦ Λάτρους καὶ πάντας λαμβάνειν ἀνὰ νομίσματος ἑνός. THEOPHANES CONT., l. VI, c. 44; *P. G.*, t. CIX, p. 448. — (7) *Bulla aurea pro monasterio Xeropotami in monte Atho*, ubi haec leguntur : Εἰ γὰρ τοὺς ἐν τῷ 'Ολύμπῳ καὶ τῷ Κυμινᾷ καὶ τῷ τοῦ Λάτρους μοναστὰς ἡ ἐμὴ ἐλέησε βασιλεία κτλ. *P. G.*, t. CXIII, p. 1065. — (8) *Vitae*, c. 13. — (9) Idemne sit cum monasterio τῆς Καρέας quod citatur in diplomate quodam anni 1049, apud MIKLOSICH-MÜLLER, *Acta et diplom. monast.*, t. I, p. 315, dubium est. — (10) *Vitae*, c. 4. — (11) *Vitae*, c. 6. — (12) *Vitae*, c. 13 in. Cfr. etiam c. 31. — (13) *Vitae*, c. 13.

notum est. Sane in diplomatario sancti Pauli mentio occurrit τῆς μονῆς τοῦ Σωτῆρος τῆς τῶν 'Αγραύλων (1). *Verum utrum diversa sit necne a praenominata laura decernere non audeo, cum ceterum plura eiusdem tituli, adiecto tantum cognomento, coenobia Latrensia nobis innotuerint* (2). *Laurae Salvatoris, tempore Pauli, praesidebat monachus Athanasius* (3).

Monasterium Cellibarorum μονὴ τῶν Κελλιβάρων *inter celebriora et antiquiora totius montis fuisse censendum est, cum frequentissime in documentis commemoretur. Iacebat haec laura in parte australi montis* (4) *ad speluncam, unde nomen sortita videtur, monachorum a Sarracenis interemptorum et magni Acacii sepultura decoram uti fama ferebat* (5). *Cellibarorum cathegumenus Methodius notus est cum ex diplomate anni 1049* (6), *tum ex carmine ad calcem codicis saeculi XI adscripto, nisi forte de altero cognomine ibi agatur* (7). *Saeculo XIII laura Cellibarorum adhuc florebat, immo de primatu, seu archimandritatu contendebat cum monasterio Sancti Pauli* (8); *de quo nunc paulo fusius disserendum est* (9).

Imprimis eruitur ex praecipuae huius laurae diplomatario sanctissimae Dei Matri illam sacram fuisse, eandemque tum τοῦ Στύλου, *tum sancti nostri Pauli vocabulo nuncupatam. Iam anno 987 mentio occurrit* λαύρας τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἤτοι τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Παύλου τῆς οὔσης ἐν τῇ κορυφῇ τοῦ Λάτρου ὄρους, καὶ ἐπονομαζομένης τοῦ Στύλου (10) ;

(1) Diploma anni 1049, Miklosich-Müller, *op. cit.*, t. I, p. 315. — (2) Praeter duo B. M. V. sacra, tria erant quorum titulus τοῦ 'Ασωμάτου. *Ibid.*, p. 296, diploma anni 1222. — (3) *Vitae*, c. 13 ext. — (4) *Vitae*, c. 8 med. – (5) *Vitae*, c. 8 extr. — (6) Miklosich-Müller, *op. cit.*, t. I, p. 315. — (7) Codex ille nunc est Patmiacus signatus PM'. Sakkelion, Πατμιακὴ βιβλιοθήκη, pp. 78, 79. Carmen constat versiculis undeviginti quorum citamus 4-6 :

> Ἄφεσιν πέμψον τῶν ἐγκλημάτων πάντων
> Μεθωδίῳ μοναχῷ καὶ πρεσβυτέρῳ
> Καθηγουμένου *(sic)* τὲ μονῆς τῶν Κελληβάρων.

— (8) Diploma anni 1222. Miklosich-Müller, *op. cit.*, p. 295-298. — (9) Monasterii τοῦ Λαμπονίου, quamvis iam anno 987 compareat, *ibid.*, p. 308 sqq., et saepe deinceps, nomen tantum citabimus ne in longum abeat de eodem disquisitio utrum necne synonymum fuerit τῶν Κελλιβάρων. Dum enim in diplomate anni 1049 legimus de monachis τῆς μονῆς τῶν Κελλιβάρων ἤγουν τοῦ Λαμπονίου, *ibid.*, p. 315, alibi non obscure discernitur monasterium Lamponii a Latrensi monachorum congregatione. Ita, anno 987 : Οἵ τε τῆς τοῦ Λαμπονίου μονῆς καὶ οἱ κατὰ τὸ Λάτρος ἐφησυχάζοντες τὴν ἀμεταξὺ ἑκατέρων ἐπαναφυεῖσαν περί τινων αὐτοῖς προσομοροῦντων χωρίων ζήτησιν κτλ. *Ibid.*, p. 313. Et p. 307 : Ὥς τινες τῶν γειτονούντων τῷ ὄρει καὶ μάλιστα οἱ τῆς μονῆς τοῦ Λαμπονίου μοναχοὶ κτλ. — (10) Miklosich-Müller, t. cit., p. 309. Valde neglegenter hoc opere usus videtur W. Tomaschek, *op. cit.*, p. 37, qui vocat monasterium a S. Paulo conditum ἡ Καρέα ἡ κατὰ τὸ Λάτρου *(sic)* τοῦ ἁγίου Παῦλου, remittitque ad locum quem nemo reperiet.

alias μονὴ τοῦ ἁγίου Παύλου (1) *et non infrequenter* τοῦ Στύλου τοῦ Λάτρους (2) *nominatur.*

Ipsum sanctum Paulum laurae Styli conditorem fuisse pluribus ex locis docemur. Nonnullis post eius mortem annis, recordantur monachi Παύλου μοναχοῦ τοῦ καὶ τὴν τοιαύτην ὑμῶν λαύραν κτήσαντος καὶ συστήσαντος (3). *Saeculo in sequenti sanctus Christodulus :* Ἡ ἐν τῷ Λάτρῳ ὄρει τοῦ Στύλου λαύρα ἔσχε μὲν δομήτορα τὸν ἐν ὁσίοις περιβόητον Παῦλον (4), *et documentum anni 1196 :* ὁσίου Παύλου τοῦ καὶ δομήτορος τῆς μονῆς (5). *Haec porro non exigua luce collustrant quae nimis parce quidem narrat auctor Vitae Pauli, c. 17, ubi de discipulis circa eum confluentibus et de oratorio sancti Michaelis pro eisdem exstructo.*

Concordant diplomata cum lauram sancti Pauli in vertice Latri montis collocant : τῆς οὔσης ἐν τῇ κορυφῇ τοῦ Λάτρου ὄρους (6), διακειμένη ἐν τῇ κορυφῇ τοῦ θείου ὄρους τοῦ Λάτρου (7). *Hoc tamen non sic accipiendum puto quasi in summo eiusdem cacumine posita fuerit, sed ita tantum in superioribus sita ut monasteria cetera altitudine superaret ; vix enim aliter quam descendentem e sua solitudine ad lauram sanctum Paulum legimus* (8).

Monasterium suum ab externa iurisdictione exemptum esse voluit, quemadmodum moriturus declaravit (9). *Anno 1189 nuncupatur alicubi* βασιλικὴ μονή (10). *Eius libertas atque exemptio decem post annis, scilicet 1196, appellatione facta ad fundatoris voluntatem, vindicata fuit* (11). *Anno 1222 designatur tamquam* πατριαρχικὴ μονή (12), *quo etiam tempore eius hegumeno restituitur dignitas archimandritae in reliqua monasteria patriarchalia, qua aliquandiu abbas Cellibarorum insignitus fuerat* (13). *Quae monasteria sequentibus nominibus item diploma anni 1222 citat* (14) : τὴν τῶν Κελλιβάρων μονήν, τὴν τοῦ Μυρσινῶνος, τὴν τοῦ Δυσικοῦ, τὴν τῶν Εἰρηνούντων, τὴν τῶν Κισσῶν, τὴν τοῦ Φαλακροῦ βουνοῦ, τὴν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου, ἔτι τὴν τοῦ Ἀσωμάτου ἤτοι τὸ Βάτιν, τὴν τοῦ Ἀσωμάτου

(1) MIKLOSICH-MÜLLER, tom. cit. Diploma sine anno, p. 290 ; anni 1176, p. 317 ; anni 1189, p. 319 ; anni 1196, p. 305 ; anni 1235, p. 301 ; sine anno, t. III, p. 429.— (2) *Ibid.*, diploma anni 1049, t. I, p. 315 ; anni 1079, etc., t. III, pp. 16, 18, 19 ; anni 1087, p. 30. — In eiusdem tituli societatem aliqua ratione venit sacellum metochii de quo legitur anno 1235 : ... παρὰ οὗ μέρους τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Παύλου τῆς ἐν τῷ Λάτρῳ καινιζομένης εὐκτηρίῳ οἴκῳ εἰς ὄνομα τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου τῆς Στυλιωτίσσης ἐν τῷ μετοχίῳ τῆς αὐτῆς μονῆς τῷ οὕτως ἐπονομαζομένῳ Πορου. *Ibid.*, t. I, p. 301. — (3) Diploma anni 987. *Ibid.*, p. 309. — (4) Litterae ad patriarcham. *Ibid.*, t. III, p. 18. — (5) *Ibid.*, t. I, p. 366. — (6) *Ibid.*, p. 309.. — (7) *Ibid.*, p. 317. — (8) *Vitae* cc. 20, 23, 24, 29, 43. — (9) *Vitae* c. 43. — (10) MIKLOSICH-MÜLLER, *op. cit.*, t. I, p. 319. — (11) *Ibid.*, p. 305-307. — (12) *Ibid.*, p. 295. — (13) *Ibid.*, p. 295-298. — (14) Silentio praetereundum non est metochium monasterii sancti Pauli Constantinopoli, cuius meminit GEORGIUS PACHYMERES, *De Andronico Palaeologo*, l. II, c. 6 : τῷ τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ ἐν τῷ Λάτρῳ μετοχίῳ μετοικισθεὶς δίδοται. *P. G.*, t. CXLIV, p. 137.

ἥτις ὁ βαθὺς Λιμὴν ἐπικέκληται, τὴν τῆς Ἱερᾶς ὀνομαζομένην, ἔτι τὴν τοῦ Ἀσωμάτου ἤτοι τὸ Περιστέριον (1).

Seriem hegumenorum monasterii sancti Pauli ignoti cuiusdam manus inscripsit codici bibliothecae nationalis Parisiensis, signato graec. 598, unde et saepius edita fuit (2); *at, nescio qua mala fortuna, nondum satis accurate descripta fuit eius species palaeographica ut determinari queat quo tempore quave ratione fuerit concinnata neque utrum debito ordine singula sese nomina excipiant. Multo securius existimo ad diplomata praecipue recurrere, quorum, si numerus augeatur, accurate definiri poterit abbatum successio. Ex hucusque editis sequentia colligimus nomina. Post annum 956,* Simeon; *constat ex Vita tum Pauli tum ex Vita Nicephori Milesii* (3); *anno 987,* Gabriel (4); *anno 1049,* Nicolaus (5); *annis 1079 et 1087,* Christodulus (6); *anno 1176,* Paulus (7); *anno 1189,* Paulus *iterum, idem forte cum praecedente* (8); *anno 1222,* Paulus (9); *adduntur et alii duo incerti temporis* Marcus (10) *et* Michael (11).

De monasteriis τῶν Ἐρεβίνθου *et* τοῦ Ξηροῦ Χωραφίου *quae a Nicephoro Milesio condita fuisse leguntur* (12), *opportunius agetur ubi de huius sancti Vita instituetur tractatio; illuc etiam reicimus quae de Latri montis accolis sanctitate praestantibus colligere potuimus.*

Porro communem rerum humanarum sortem passa sunt tot celebres laurae atque coenobia; multae ecclesiarum monasteriorumque ruinae in sacro monte hodie supersunt (13); *dolendum eas a nullo fere docto viatore, si forte excipias Chandler, qui parce admodum de iisdem disserit, perlustratas fuisse* (14).

H. D.

(1) *Ibid.*, p. 296. Monasteria Latri montis enumeravit W. Tomaschek, *op. cit.*, p. 37; quaedam tamen, nescio quare, lectore non praemonito, omisit. — (2) Montfaucon, *Palaeographia graeca*, p. 78; Omont, *Note sur un manuscrit grec copié en 1050 (1049) au mont Latros*, Revue des Études grecques, t. I (1888), p. 336-339; Miklosich-Müller, *op. cit.*, t. III, p. 431. — (3) *Vitae Pauli*, c. 46; *Vitae Nicephori*, excerptum apud C. B. Hase in notis ad Leonem diaconum; *P. G.*, t. CXVII, p. 1471. — (4) Miklosich-Müller, *op. cit.*, t. I, p. 309. — (5) *Ibid.*, p. 315. — (6) *Ibid.*, t. III, p. 16, 33-31. — (7) *Ibid.*, t. I, p. 317. — (8) *Ibid.*, p. 319. — (9) *Ibid*, p. 296. — (10) *Diploma temp. Isaaci Angeli, ibid.*, p. 324. — (11) *Ibid.*, t. III, p. 429. — (12) C. B. Hase, in notis ad Leonem Diaconum *P. G.*, t. CXVII, p. 799. — (13) Sakkelion, Ἀκολουθία τοῦ ὁσίου Χριστοδούλου, p. 67. — (14) R. Chandler, *Voyages dans l'Asie Mineure et en Grèce*, trad. par Servois et Barbié du Bocage. Paris, 1806, t. I, p. 369 sqq. Omnino legendae sunt notae ab interpretibus gallicis adiectae.

Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου [1] πατρὸς ἡμῶν Παύλου τοῦ νέου [2] τοῦ ἐν τῷ Λάτρῳ [3].

α'. Μάτην οἱ πολλοὶ τὸν χρόνον αἴτιον ἀξιοῦσιν εἶναι τοῦ περὶ τὰ καλὰ ζήλου καὶ τῶν ἄκρων τῆς ἀρετῆς βαθμῶν καὶ τῆς ἄχρι τέλους πρὸς αὐτὴν ἀναβάσεως, τοὺς μὲν πάλαι γεγενημένους σφοδροὺς ἐπιθυμητὰς αὐτῆς καὶ ζηλωτὰς ὑπάρξαι λέγοντες, τοὺς δέ γε νῦν ἢ καὶ μικρῷ [1] πρόσθεν γενομένους ἀμβλείας, καὶ μαλακὰς καὶ ψυχροτέρας ἔχειν τὰς πρὸς ἐκείνην [1] ὁρμάς· καὶ μηδὲ μέχρι τοῦ μέσου ταύτης ἀναβῆναι σπουδὴν τιθεμένους οὐδὲν ἀσφαλὲς οὐδ' ἐχέγγυον ὑπὲρ τούτου λέγοντες. Ὥσπερ γὰρ κἂν τοῖς παλαιοτέροις τῶν χρόνων [3] πολλοί τινες ἦσαν οἱ μὴ μόνον ῥαθύμως τῆς ἀρετῆς ἥπτοντο, ἀλλὰ καὶ εἰσάπαν ὀλιγωροῦντες αὐτῆς πρὸς κακίαν ἐχώρουν, οὕτω δὴ κἂν τοῖς μετὰ ταῦτα καὶ μέχρι τοῦ νῦν οὐκ ὀλίγοι θερμῷ τῷ πρὸς αὐτὴν διατετήκασιν ἔρωτι· καὶ τὴν ἐκεῖσε φέρουσαν συντόνως [4] ὁδοιποροῦντες· παρὰ τοῦτο δὴ καὶ τῶν ἄκρων

Tit. [1] καὶ Θεοφόρου *add.* S B. — [2] (τ. ν.) *om.* S B. — [3] συγγραφεὶς παρὰ Νικηφόρου μοναχοῦ τοῦ Βλεμμίδους *add.* B. Εὐλόγησον *add.* R.
α'. — [1] μικροῦ S. — [2] ἐκεῖνον C. — [3] οἱ *add.* S. — [4] συντόναις C.

Vita et conversatio sancti ac deiferi patris nostri Pauli eius qui in Latro monte habitavit.

1. Perperam vulgus facit qui (1) ad tempus causam refert, cur aliqui prae ceteris honesti studio flagrent et summos virtutis gradus atque ipsum denique eius culmen ascendant; eos quidem qui olim vixerunt vehemens illius desiderium amoremque prae se tulisse iactans; nostri vero saeculi homines, aut eos etiam, qui paulo ante fuerunt, lento et molli et frigidiore ad eam impetu ferri, ac ne medium quidem eius spatium ut attingant, operam dare. Frustra, inquam, ac temere. Nam quemadmodum priscis saeculis reperti sunt complures, qui virtutem non modo leviter attingerent, ac ea penitus spreta, totos se vitio manciparent, sic postea, et nostra hac aetate, exstitere non pauci, quos ardens illius amor ita succendit, ut eius adipiscendae cursum semel

(1) Ita Sirmondus priscorum more.

αὐτῆς βαθμίδων οὐκ εἰς μακρὸν τὸν χρόνον ἐπιλαμβάνονται. Τοιοῦτος τίς ἐστι καὶ ὁ [5] σήμερον ἡμῖν εἰς ἑορτὴν προκείμενος, ὁ θεσπέσιός φημι Παῦλος, ὅς τῷ χρόνῳ πολλοστὸς ὢν ἐν τοῖς πρὸς ἀρετὴν εὐδοκιμηκόσιν, οὐδενὸς ἐκείνων εὑρίσκεται δεύτερος· μᾶλλον μὲν οὖν ὅσον ὑστερεῖ τοῖς χρόνοις, τοσοῦτον ἐν [6] πόνοις πρωτεύων δείκνυται· δηλώσει δὲ περὶ τούτων ὁ λόγος, τοῖς ἀκοὴν ἐλευθέραν παρέχειν αὐτῷ βουλομένοις.

β'. Φύει μὲν οὖν τοῦτο δὴ [1] τὸ θεῖον φυτὸν πόλις Ἐλαία τοὔνομα οὐ μακρὰν οὖσα Περγάμου πόλεως (1), ἡ Πέργαμος δὲ Ἀσία. Ἀντίοχος καὶ Εὐδοκία ὀνόματα τοῖς πατράσιν. Οὐ μέντοι μόνος ἦν αὐτοῖς ὁ Παῦλος βλαστός, ἀλλὰ καὶ ἀδελφὸς αὐτῷ ἕτερος ὁ Βασίλειος. Καὶ οὗτος δὲ πρῶτος, οὔ φημι κατ' ἀρετὴν ἀλλὰ κατὰ γέννησιν. Πλὴν ὁ Ἀντίοχος καὶ ἀρχήν τινα κοσμικὴν μετῄει, καὶ κόμης (2) ἦν ἐν τῷ πλοΐμῳ στρατῷ. Ὃν καὶ πολέμου ποτὲ συῤῥαγέντος περὶ τὴν Χίον πρός γε τοὺς Κρῆτας Ἀγαρηνοὺς (3) βέλει χαλεπῶς βληθέντα, τῇ [2] οἰκίᾳ τε οὐκ εἰς μακρὰν [3]

— [5] *om.* S. — [6] τοῖς *add.* S.
β'. — [1] *om.* C. — [2] ἡ P R, *prius etiam* Q. — [3] μακρὸν C.

ingressi, ad summas illius metas brevi spatio pervenerint. Quo ex numero is, cuius diem festum agimus, divinus Paulus fuit. Qui longo licet temporis intervallo iis succedat qui virtutis fama celebres fuerunt, nullo tamen inferior reperietur, aut potius, quanto illis aetate cedit, tanto laboribus anteire videbitur, fidemque horum ipsa faciet oratio, si quis benignas aures praebere velit.

2. Protulit quidem divinam hanc plantam Elea civitas, Pergamo Asiae finitima. Antiochus et Eudocia parentes fuerunt; nec huius solum, sed alterius etiam filii Basilii qui Paulo fratre prior erat; prior, scilicet, non virtute, sed ortu. Ceterum, Antiochus publico praeditus magistratu, comes fuit navalis exercitus; belloque quod ad Chium insulam adversus Cretenses Agarenos gestum est, iaculo graviter sauciatus, cum domum rediisset, ex eo vulnere brevi exstinctus est.

(1) Stephanus Byzant. s. v. Ἐλαία, πόλις τῆς Ἀσίας Αἰολική, Περγαμηνῶν ἐπίνειον, ἡ Κιδαινὶς ὠνομάζετο, Μενεσθέως κτίσμα. Ἔστι καὶ ἑτέρα Ἰταλίας διὰ τοῦ ε ψιλοῦ Ἐλέα, ἐξ ἧς Ἐλεάται, τῆς δὲ προτέρας Ἐλαΐται κτλ. — (2) Comites illi erant drungario rei navalis subiecti. Ita Constantinus Porphyrog., *De Cerimoniis*, l. II, c. 52 : τῷ δὲ δρουγγαρίῳ τῶν πλοΐμων ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων ζ', οἷος τοποτηρηταί, χαρτουλάριος, πρωτομανδάτωρ, κόμητες, κένταρχαι, κόμητες τῆς ἑταιρείας, μανδάτορες. *P. G.*, t. CXII, p. 1322. De re maritima Byzantinorum lege J. H. Krause, *Die Byzantiner des Mittelalters*, Halle, 1869, p. 265-275. — (3) De Creta insula ab Arabibus expugnata, deque eorum incursionibus bellisque a Graecis

ἐπανελθόντα, καὶ αὐτὸς τὸ τοῦ βίου πέρας ὁρᾷ. Ἡ δέ γε σύνοικος Εὐδοκία τοῖς τέκνοις ἅμα πρὸς Φρυγίαν [4] χωρεῖ (1), ἃ καὶ ὥσπερ ὀφθαλμοὶ χηρείας αὐτῇ ἐνομίζοντο, χηρείας τῆς πολλὰ φύσει φερούσης τὰ λυπηρά, καὶ ὅλον, εἴ τι καὶ πάρεστιν ἡδὺ σβεννυούσης. Κατοῖκει δὲ ἔν τινι χωρίῳ ὃ τοῦ Πέτρου μὲν [5] λέγεται [6], προσεχὲς δέ ἐστι τοῖς τοῦ Μαρυκάτου (2) κατονομαζομένοις, ὅθεν ὁ θεῖος ἐν μοναχοῖς Ἰωαννίκιος (3) ὥρμητο, ἐπεὶ καὶ [7] λόγος διαπεφοίτηκεν οὐ μακρὰν εἶναι γένους αὐτὴν Ἰωαννικίῳ. Τοὺς μέντοι παῖδας αὐτῆς, τὸν Βασίλειόν φημι καὶ τὸν Παῦλον, τὸ τοῦ ἁγίου Στεφάνου σεμνεῖον ἐπὶ διδαχῇ γραμμάτων παραλαμβάνει. Οὐ πολὺς ὁ μεταξὺ χρόνος, καὶ ὁ Βασίλειος γυναικὶ παρὰ τῆς μητρὸς ζεύγνυται, παρ' ἑκούσης ἄκων. Καὶ ὅτι μὴ κατὰ γνώμην ἡ ζεῦξις, ἐγγὺς ἡ δήλωσις. Μειζόνων γὰρ ἐκεῖνος ὥσπερ ἀξιῶν ἑαυτόν, παρ' αὐτὸν δήπου τὸν τοῦ γάμου καιρὸν νύμφῃ καὶ νυμφῶνι, μητρί τε αὐτῇ καὶ τοῖς τοῦ

— [4] ση[μεῖον]ὅτι Φρυγίαν ἐνταῦθα τὴν Βιθυνίαν λέγει ὁ συγγραφεύς *in margine notat* B. — [5] *om.* S. — [6] μεταλέγεται S. — [7] ὁ *add.* Q.

At uxor Eudocia, in Phrygiam abiit cum filiis, quos tamquam viduitatis suae oculos reputabat, viduitatis quae molestias plurimas secum trahit, et dulce, si quid est, statim abripit. Habitavit autem in quodam loco quem Petri appellant, haud procul ab iis quae Marycat vocantur, unde oriundus erat beatus Ioannicius monachus, cui et genere coniunctam fuisse illam ferunt. Traduntur una Basilius et Paulus ad litteras ediscendas Sancti Stephani monasterio; nec multum temporis intercessit, cum Basilius a matre, nolens a volente, uxori sociatur. Sane, coniugium hoc illi minime placuisse, docuit eventus. Maioribus enim dignum se ducens, sub ipsum tempus nuptiarum, sponsae simul

cum eis gestis, lege C. HOPF, *Geschichte Griechenlands vom Beginn des Mittelalters bis auf unzere Zeit*, ALLGEMEINE ENCYCLOPAEDIE VON ERSCH UND GRUBER, I Sect., t. LXXXV (1867), p. 121-123, ubi fontes indicatos reperies. De quonam bello hic agatur non omnino liquet. — (1) Scriptor codicis B hic notat auctorem errare. Eius verba posuimus in apparatu critico. Cui consentit Sirmondus scribens in margine ad hunc locum suae versionis : *Phrygiam dixit pro Bithynia.* An merito, docent textus in nota sequenti allati. — (2) Huius vici situs accurate figitur in Vita coaeva S. Ioannicii, mox edenda in *Act. SS.* ad diem 4 nov., t. II : Ὅς χώρας μὲν ἔφυ Βιθυνῶν ἐπαρχίας, κώμης δὲ τῶν Μαρυκάτου, πρὸς τῷ βορείῳ μέρει τῆς Ἀπολλωνιάδος λίμνης παρακειμένης. Quod ita rettulit Metaphrastes : ᾧ πατρὶς μὲν ἡ Βιθυνῶν ἐπαρχία, κώμη δὲ Μαρυκάτου καλουμένη πρὸς τοῖς βορειοτέροις τῆς Ἀπολλωνιάδος κειμένη. *P. G.*, t. CXVI, p. 37. — (3) De sancto Ioannicio brevi, ut dictum est, agetur in *Act. SS.*; interim, lege quae de eo scripta sunt in periodico *Études religieuses*, 1890, t. II, p. 407-434.

κόσμου ἅπασι χαίρειν εἰπών, φυγὰς παραχρῆμα γίνεται· καὶ ὡς στρουθίον, τὸ τοῦ θείου φάναι Δαυΐδ, πρὸς τὰ τοῦ Ὀλύμπου ὄρη (1) θᾶττον μεταναστεύει, πτεροῖς ὁμοίως τοῖς ποσὶ χρώμενος. Ἔπειτα καὶ τῇ ἐκεῖ μὲν ὑπαρχούσῃ λαύρᾳ τοῦ ἁγίου δὲ Ἠλιοῦ καλουμένῃ πρόσεισι, καὶ τὴν κόμην τῆς κεφαλῆς σύναμα καὶ κοσμικαῖς φροντίσιν ἀποκείρεται, καὶ μοναχικοῖς ἀμφίοις οἷα δὴ παρασήμοις βίου [8] τοῦ [9] κατὰ Χριστὸν ἐνσημαίνεται. Ἀλλ' οὐκ ἀνεκτὸν ἄρα Βασιλείῳ ἡ τῶν φίλων καὶ συγγενῶν συνεχὴς παρ' ἐκεῖνον ἐπιδημία [10] δι' ὄχλου αὐτῷ γινομένη, καὶ περικόπτουσα τὸ φιλήσυχον· ταύτῃ τοι καὶ πάλιν ἀπαναστὰς [11] ἀπὸ τῶν ἐγγυτέρω πρὸς τὰ μακρότερα τοῦ [12] ὄρους [13], ἃ Βραχιανὸς (2) καλεῖται, μεταφοιτᾷ καὶ τῷ τοῦ Λάτρου ὄρει πλησιόχωρος γίνεται.

γ'. Χρόνου δέ τινος διελθόντος, μνήμη τοῦ ἀδελφοῦ αὐτὸν εἰσδύεται θερμοτάτη· καὶ μετακαλέσασθαι τοῦτον παρ' ἑαυτὸν εἰς νοῦν βάλλεται, μᾶλλον δὲ καὶ παρὰ Θεοῦ τρὶς προτρέπεται· ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὁ Παῦλος φροντὶς ἀξία Θεοῦ. Ἐπιτυχὼν οὖν μοναχοῦ τὴν ἐκεῖσε φέρουσαν ἀκριβῶς εἰδότος, πείθει μισθοῦ τὸ προῤῥηθὲν χωρίον τοῦ Πέτρου καταλαβεῖν, καὶ

— [8] βίῳ C. — [9] τῷ C. — [10] ἐνδημία C. — [11] ἀποσπαναστὰς Q. — [12] τῶν S B. — [13] ὀρῶν S B.

ac thalamo, matrique ipsi et mundo universo valedicens, fugam arripuit, et velut passer, ut cum Davide loquar, ad Olympi montes pedibus, alarum vice, nixus contendit; ubi in Sancti Eliae laura, cum capitis caesarie mundanas omnes curas exuens, detonsus est, monasticasque vestes, ceu vitae secundum Christum, insignia suscepit. Sed ferendus Basilio non erat assiduus amicorum et propinquorum ad ipsum adventantium concursus, qui turbas ei creabat, quietisque et silentii studium interpellabat. Quare, vicinioribus iterum relictis, ad remotiora montium iuga, quae Brachiani nomen habent, secessit, sedemque iuxta Latri montem fixit.

(1) De monasteriis patriarchicis et imperialibus agit Ducange, *Glossarium med. et inf. graecitatis* s. v. μοναστήριον, σταυροπήγιον, etc.; et *Gloss. med. et inf. latinit.* s. v. monasterium. — (2) Supra, p. 15 pauca adnotavimus de hac laura. — (3) Frequentissima apud mediae aetatis Graecos haec vox est, soletque de rebus, maxime imaginibus divinitus miraculo fabricatis, usurpari, ut *Vitae* c. 37. Hic, ut ex sequentibus patet, de opere solius naturae sibi relictae viribus patrato adhibetur.

συχνοῖς πρότερον χρόνοις τὸν [6] Ἀλεξανδρείας κοσμήσαντα θρόνον, ἀλλ' ὁμώνυμον ἄλλον, εἰ δὲ μὴ θρασύτερον εἰπεῖν καὶ ὁμότροπον ἢ [7] ὁμόζηλον, χρόνῳ μόνῳ κατὰ πλεῖστον διεστηκότα· καὶ γὰρ ἐπὶ Μιχαὴλ οὗτος ἐτύγχανεν ὤν, ὃς καὶ αὐτὸς τῇ τῶν εἰκονομάχων μανίᾳ κάτοχος ἦν (1). Οὗτος οὖν ὁ κλεινὸς Ἀθανάσιος [8] (2), τῆς αἱρέσεως ταύτης ἔτι κρατούσης, ἔξεισι μὲν τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, τὸ τοῦ Λάτρου δὲ ὄρος καταλαβών, τὸν ἀχειροποίητον τοῦτον ἀναβαίνει στύλον. Πέτρα δὲ οὗτος ὑπερύψηλος, καὶ αὐτῶν ἤδη παραψαύουσα τῶν νεφελῶν [9], ἧς ἐν τῷ ἄκρῳ σπήλαιόν τι αὐτοφυὲς ἦν ὥπερ ἐπὶ δύο καὶ εἴκοσιν ἐγκλείεται

— [6] τῆς *add.* S. — [7] (ὁ. ἢ.) *om.* P. — [8] (οὗτος — Ἀθανάσιος) *in marg.* C. — [9] νεφῶν P.

ei cognomine et, si dicere fas est, moribus similem et zelo, soloque tempore inferiorem, qui Michaelis temporibus vixit, eius qui insanam iconomachorum haeresim amplexus est : ea ergo haeresi saeviente, reginam urbium deserens, Latrum montem petiit, et columnam hanc nullius manu elaboratam conscendit. Saxum id praecelsum erat, nubes ipsas prope attingens, in cuius vertice nativa spelunca visebatur, quam subiens, duos et viginti annos inclusus in ea mansit. Postea hinc exiens, monasterio exceptus est quod Phrygiae adiacet, nomine Aphapsis, ubi et vitam clausit, maximis et pluribus miraculis illustris.

(1) Michael II, seu Balbus, qui regnavit annis 820-829, orthodoxis primo favere visus est, propositi tamen tenax non fuit. Theoph. Contin., l. II, c. 8, *P. G*, t. CIX, p. 61. A Symeone magistro vocatur ὁ εἰκονομάχος. *P. G.*, *ib.*, p. 681. — (2) De duobus Athanasiis montis Latri accolis hic sermo est. Antiquior, saeculo ix, prius Constantinopoli vixisse perhibetur, deinde Latrum petiisse, unde ad monasterium Aphapseos transierit. Saepius Athanasii nomen occurrit in historiis scriptisque Studitarum. *Vita S. Nicolai Studitae*, in *Act. SS.* ad diem 4 februarii, t. I, p. 542 ; cfr. *Act. SS.* ad d. 22 febr. tom. III, 298 ; epistularum S. Theodori Studitae quaedam inscriptae sunt *Athanasio filio*, aliae *Athanasio hegumeno*. *P. G.*, t. XCIX ; Mai, *Nova Patrum bibliotheca*, t. VIII (1871), i part. ; cfr. Baronium, ad a. 809. De uno eodemque, eoque ab auctore Vitae S. Pauli citato agi, minime liquet. Notatu digna est annuntiatio Synaxarii Parisiensis, a Scholzio editi, *Novum Testamentum graece*, Lipsiae, t. II (1836), ad calcem, p. 466, die xv mai : Τῶν ὁσίων πατέρων ἡμῶν Παχωμίου καὶ Ἀναστασίας ἐν τῷ Λάτρῳ. Codicis lectionem accurate ab editore relatam ponamus. Quis non videat nomen Ἀναστασίας hic perperam a librario positum fuisse, atque sua sponte vocem Ἀθανασίου correctori occurrere ? Hac tamen admissa lectione, uter ex praedictis designetur nondum liquido apparet ; immo forte tertius aliquis, nobis ignotus, in hoc encomio celebratur. Quae omnia valde obscura sunt. Fontes hucusque pervios indicasse sufficiat.

χρόνοις (1). Εἶθ' οὕτως ἐξελθόντα ἐκεῖθεν τὸ μοναστήριον αὐτὸν ὑποδέχεται ὃ λέγεται μὲν Ἄφαψις (2), πρὸς δὲ τῇ Φρυγίᾳ διάκειται, ἔνθα δὴ καὶ τελευτᾷ τὸν βίον θαύμασι μεγίστοις ἐπισημότατα διαλάμψας. Τοῦτο γοῦν τὸ περιφανὲς σπήλαιον καὶ ὁ θειότατος οἰκεῖ [10] Παῦλος. Τὴν μὲν ἀρχήν, οὐθ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ δηλώσαντος Ἀθανασίου, οὐθ' ὑφ' ἑτέρου τινὸς ἐπισκοπῆς ἢ προνοίας δή τινος καὶ μικρᾶς κἂν [11] γοῦν εἰς τροφῆς [12] χορηγίαν ἀξιωθεὶς ὅτε μὴ παρ' αὐτῆς μόνης τῆς τοῦ Θεοῦ χρηστότητος· ὁ δὲ τῆς προνοίας τρόπος [13]. Γεωργός τις ὄνομα Λέων οὗτος ἄρα καὶ αἰγῶν ἰδίων νομεὺς ἦν· ὧν δύο τῆς ποίμνης διαιρεθεῖσαι παρὰ τὴν πέτραν αὐτὴν καὶ τὸ σπήλαιον ὃ τὸν ἅγιον εἶχεν ἀπεπλανῶντο. Ταύτας ἰδὼν ὁ νομεύς, εἵπετο διώκων· αἱ δὲ φθάσασαι κρύπτουσιν ἑαυτὰς τῷ πλησίον ἕλει. Εἶθ' ὁ νομεὺς ἐπὶ μιᾶς ἄνεισι τῶν πετρῶν, πολλαὶ δὲ ἐκεῖ καὶ παντάπασιν ὑψηλαί, ποῦ ἂν ἴδοι τὰς αἶγας ἀποσκοπήσων. Οὕτω ποιοῦντι δῆλος εὐθὺς ὁ ὅσιος γίνεται, παρὼν τῷ σπηλαίῳ. Ἰδὼν τοιγαροῦν οὐδαμῶς παρεῖδεν, ἀλλὰ πυνθάνεται σὺν σπουδῇ τίς τε εἴη, καὶ πότε καὶ πῶς εἰσέλθοι τὸ σπήλαιον. Ὁ δὲ πάντα πρὸς ἀλήθειαν ἐξηγεῖται· καὶ τὸ ἀπὸ

— [10] *om.* S. — [11] *om.* C. — [12] τροφὴν C. — [13] τοιῶσδε *add.* B.

Hanc itaque celebrem speluncam divinus Paulus ingressus, nulla initio cuiusquam, nec illius qui locum indicarat Athanasii, nec alterius cura et providentia, vel ad tenuem victus commeatum fretus, sed sola Dei benignitate nixus vitam egit. Providentiae autem modus hic fuit. Agricola quidam erat, Leo nomine, qui proprias capras pascebat. Harum duae, a caulis digressae, circa scopulum et speluncam in qua sanctus vir degebat aberrabant. Quas conspicatus pastor assequi conabatur; illae vero in vicinis fructicibus se abdunt. Post haec pastor saxum inscendit, qualia ibi multa circumquaque erant, ubinam caprae essent speculaturus. Quod dum facit, sanctum conspicit in speluncae limine stantem. Nec sane visum despexit, sed studiose interrogat quis sit, quandonam et quomodo speluncam ingressus sit. Tum ille omnia, ut res erat, enarravit, ab eo vero tempore nunquam Paulo esca defuit; nec esca modo, sed et suppellectilia vasa, non

(1) Plurimos atque multa per saecula S. Symeonem Stylitam imitatos fuisse, in comperto est, neque omnes stylitas proprie dictas columnas incoluisse. Vide Uhlemann, *Symeon der erste Säulenheilige*, Leipzig, 1846, p. 9. — (2) Hoc monasterium etiam memoratur in menaeis et synaxariis ad d. xii et xiii maii, ubi de sancto Nicephoro presbytero in monasterio Aphaxeos (*l.* Aphapseos). Martinov, *Annus graeco-slav.*, p. 127.

τοῦδε, οὐκέτι ἄπορα ἦν Παύλῳ τὰ πρὸς [14] τροφήν, οὐκ αὐτὰ [15] μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅσα δὴ τῶν ἐπίπλων οὐ πολυτελῆ μὲν [16] χρήσιμα δ' ὅμως. Τίνα ταῦτα; σκεῦος δοχεῖον φωτός, βραχὺ ἔλαιον, καὶ λίθος πυρῖτις. Ἆρ' οὖν οὐ [17] φανερὰ ταῦτα καὶ τυφλῷ, φασί, δῆλα, ὅτι τῶν φοβουμένων αὐτὸν [18] καὶ φιλούντων οὐμενοῦν οὐχ ὑπερορᾷ κύριος; Τοῦ λεχθέντος ἔτι μαρτύριον καὶ τὸ μετὰ ταῦτα [19]. Ὀλίγαι παρῆλθον ἡμέραι, καὶ ὁ τοῦ θέρους καιρὸς ἐπιστὰς ἐπισπεύδει τὸν Λέοντα, πρὸς τὴν τῶν καρπῶν ἤδη τῶν ἰδίων συγκομιδήν. Ὁ μὲν οὖν εὐθὺ Μιλήτου, ἐκεῖ γὰρ οἱ καρποί, ἐχώρει. Ὁ δὲ Παῦλος, ἔρημος αὖθις καὶ ἀτημέλητος, οὐδεμιᾶς προνοίας ὑπ' οὐδενὸς οὐδὲ μνήμης ὅλως ἠξιώμενος, ὅρα, τοιγαροῦν, τὴν εὐμήχανον τοῦ Θεοῦ σοφίαν, ἵνα καὶ τὸ τοῦ Παύλου καρτερικὸν καὶ τὸ κηδεμονικὸν ἐκείνου διαφανῇ. Συχνῶν ἄσιτος ἡμερῶν διαμείνας καὶ τῷ λιμῷ ἤδη κατεργασθείς, ὕπτιος ἔκειτο ἡμιθνής, ἄφωνος, πνοῇ μόνῃ βραχείᾳ τὸ μὴ νεκρὸς εἶναι πεπιστευμένος, ἀπειρηκότων αὐτῷ τῶν ποδῶν ἤδη, καὶ μηδὲ φέρειν ὄρθιον δυναμένων. Πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτω κειμένῳ ἡ γλῶττα ἐνεργὸς ἦν καὶ ἠρέμα δὴ κινουμένη, ἀφθόγγως ὕμνει τὸν κύριον. Ἔπειτα μόλις ἑαυτὸν διάρας, οὐδὲν γὰρ οὕτως ἰσχυρὸν ὡς ἀνάγκη, καθέλκει μὲν τὸ φωταγωγὸν σκεῦος· εἶτα τὸ ἔλαιον ὅπως εἶχε μετὰ τοῦ ὕδατος ἐκπιών,

— [14] εἰς S B. — [15] αὐτῷ S. — [16] μόνον S. — [17] *om.* B. — [18] αὐτῶν S. — [19] (μ. τ.) μεταῦτα Q.

magnifica quidem sed usibus apta, praesto fuerunt. Quaenam illa? Vas ignis receptaculum, modicum olei et pyrites lapis. An igitur obscurum est nec caeco, ut aiunt, manifestum, quod timentes ipsum et amantes Dominus non despicit? Quod ex his etiam patuit quae sequuntur. Pauci effluxerant dies et iam aestas erat, Leonemque ad frugum suarum messem hortabatur. Itaque Miletum, ibi enim fruges erant, proficiscebatur, et Paulus omni ope iterum destitutus, neque ullus erat qui eius omnino recordaretur. Vide igitur sollertem Dei sapientiam et Pauli constantiam, simul illius providentiam liquido comprobatam. Multos iam dies ieiunus transegerat, fameque confectus supinus iacebat semivivus, sine voce, elinguis, tenui tantum flatu nondum se mortuum esse fidem faciens. Et pedes quidem plane fatiscentes erectum sustentare nequibant; sic tamen iacenti lingua adhuc movebatur et, tacite licet, Dominum sine sono laudabat. Deinde vix sese attollens, nihil enim adeo validum est ac necessitas, lucernarium vas adducit, oleoque, uti inerat, cum aqua poto seipsum aliquantulum refocillavit; usque adeo inexpugnabilis praedo Paulus

μικρὸν ἑαυτὸν ἀνάγει, καὶ μετρίαν λαμβάνει παραψυχήν [20]. Οὕτως ἦν ὁ Παῦλος ἄμαχος βιαστής, καὶ ἱδρώτων ἐξαισίων βασιλείαν οὐρανῶν ἐξωνούμενος. Τοὺς οὖν ὑπερφυεῖς αὐτοῦ πόνους ὁ κηδεμὼν πάντων δυσωπηθείς, πρόνοιαν αὐτοῦ πάλιν ἐποιεῖτο, καὶ ὅπως, ἄκουε. Ἀθανασίῳ γὰρ εἰς τὴν καρδίαν ἀγαθὰ λαλήσας, Ἀθανάσιον δὲ τοῦτον φαμὲν ὃν ἡγεῖσθαι τῆς τοῦ Σωτῆρος μονῆς ὁ λόγος ἐδήλωσε, καὶ τῷ ἁγίῳ ὑποφῆναι [21] τὸν στύλον, τοῦ ἱεροῦ Παύλου μνήμην ἐντίθησι. Καὶ αὐτὸς πυθόμενος, καὶ μαθὼν ὅπως ἀπρόϊτός τε διατελεῖ καὶ προνοίας ἀκριβῶς ἔρημος, τὰ πρὸς τροφὴν ἐδίδου κατὰ τὸ ἀναγκαῖον· οὕτω γὰρ τῷ θαυμαστῷ Παύλῳ θέλησις. Ἐκεῖνος δὲ ἠμείβετο ταῦτα μεγαλοψύχως, ὠφελείας αἴτιος τῆς κατὰ ψυχήν, οὐκ αὐτῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅσοι τῆς μονῆς ὑπῆρχον, γενόμενος [22], οὐχ οἷς ἐφθέγγετο μόνον, ἀλλὰ καὶ οἷς μᾶλλον παρῄνει ποιῶν. Ἀλλ' οὕτω μὲν ὁ Ἀθανάσιος· δῆλον δὲ μετὰ ταῦτα τὸ πρᾶγμα καὶ τῷ χρηστῷ γενόμενον Δημητρίῳ, φροντὶς ἦν κἀκείνῳ ἡ τῶν ἀναγκαίων τῷ πατρὶ χορηγία.

ιδ'. Πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο δὴ τὸ σπήλαιον εἰσελθόντι τῷ Παύλῳ, ἐπήρειαι καὶ πειρασμοὶ δαιμόνων ἐπῆλθον, πειρασμοὶ [1] οὔτ' ἀριθμητοὶ πλῆθος, οὔτε φορητοὶ τὴν πικρότητα. Αὐτὸ γὰρ τὸ σπήλαιον ποτὲ μὲν ἐπειρῶντο σείειν, ποτὲ δὲ καὶ πυρὶ δεικνῦναι διαπιμπράμενον. Ἔστι δ'

— [20] ψυχήν C. — [21] *corr. in marg. prius* ὑποφανῆναι B. — [22] γινόμενοι B.
ιδ'. — [1] (δ. ἐ. π.) *in marg.* S.

erat immensis sudoribus caelorum regnum redimens. Eius ergo gravissimos labores miseratus, omnium curam gerens suam in eum providentiam iterum declaravit. Athanasio siquidem, illum dico quem Salvatoris coenobii praepositum fuisse et columnam sancto indicasse dictum est, suggessit ut Pauli recordaretur; quem ab omnibus desertum audiens omnique vitae subsidio carere cognoscens, victum illi, sed necessarium dumtaxat, sic enim admirabili Paulo placebat, suppeditandum suscepit. Ille autem haec magnifice remunerabat, magnam animae utilitatem non ipsi modo, sed omnibus qui in monasterio erant, sermonibus exhortationibusque suis impendens. Atque ita quidem Athanasius. Postea vero ubi res innotuit optimo Demetrio, curae et illi fuit ut patri necessaria prospiceret.

14. Verum enimvero ingressum in speluncam sane Paulum dirae et tentationes daemonum exceperunt, tentationes et multitudine innumerabiles et acerbitate intolerandae. Nam speluncam ipsam interdum concutere conabantur, interdum sic afficiebant ut tota

ὅτε καὶ καθεζόμενον τὸν ὅσιον ἢ ἱστάμενον καὶ προσκείμενον προσευχῇ τοξεύειν [2] ἐώκουν. Ἀλλὰ πρὸς ταῦτα ὁ ὅσιος ἀετὸς ἦν θρίπας ὁρῶν, ἢ λέων πρὸς κυνῶν ὑλακὴν ἀπτόητος. Ποτὲ γὰρ καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ὡς ἐκ τοῦ γεγονότος ὑπολαβεῖν, ὁ διάβολος ὄφεως μεγίστου εἶδος ὑποκριθεὶς καὶ ἔνδον εἰσδὺς τοῦ σπηλαίου, κύκλῳ τε αὐτὸ περιῄει, καὶ φρικτὸν ὑπεσύριττε· καὶ τοῦτο μὲν τὴν ψίαθον ὑπεισιὼν ἀνεκούφιζε, τοῦτο δὲ καὶ ὀπίσθιον τὸν μέγαν ἀνέρπων ὑπᾴδοντα τοὺς ψαλμούς, εἶτα καὶ τὴν δέρην ἑνὶ τῶν ὤμων ἐπιτιθείς, ἐχόμενά τε τοῦ στόματος ὑπάγων αὐτοῦ τά τε ὄμματα καὶ τὴν κεφαλὴν ἐκεῖνος προσεποιεῖτο τὸν [3] ἀκροώμενον· καὶ τοῦτο οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δίς, ἀλλ' ἐπὶ τρισὶ χρόνοις διήρκει γινόμενον ὄχλους ἐπάγον [4] τῷ ἀθλητῇ. Βλάβη μέντοι τὸ παράπαν ἠκολούθησεν οὐδεμία· πόθεν ἡ γὰρ ἐπισκιάζουσα χάρις ἀλεξίκακον ἀσφαλὲς ἀπὸ τῆς ἀληθείας μᾶλλον δυνάμενον ὠφελεῖν ἢ τὸ μῶλυ (1) τὸ μυθευόμενον ἐκ τοῦ ψεύδους. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὥστ' ἐπιδειχθῆναι μόνον [5] ἐξ ὀλίγου τὰ τοῦ πολεμοῦντος ἐπιβουλάς, οὐχ' ὥστε καὶ περιληφθῆναι πάσας.

ιε'. Ἐπιθυμία μέντοι τὸν ὅσιον εἷλε δεινὴ τὴν θείαν εἴσω δὴ [1] τοῦ σπηλαίου ἐπιτελεσθῆναι μυσταγωγίαν· ἐκώλυε δὲ ἡ ἐκεῖσε ἄνοδος κλίμα-

— [2] τὸ ξεύειν P. — [3] τὸ S. — [4] ἐπάγων Q. — [5] μᾶλλον C.
ιε'. — [1] (τ. θ. ε. δ.) *om.* P.

flammis ardere videretur. Fuit cum vel sedentem sanctum vel stantem et orationi intentum quasi sagittis impeterent; ille vero ad haec omnia ceu aquila vermiculos intuens aut leo ad canum latratum intrepidus stetit. Eum aliquando diabolus ipsemet, quantum ex re ipsa patuit, praegrandis specie serpentis speluncam subiens eamque oberrans, horrendo sibilo perstrepebat; et nunc quidem in tegetem se insinuans attollebat, nunc a tergo psalmos canentis repens et humero insidens oculosque et caput eius ori admovens auscultantis imaginem simulabat; idque non semel aut iterum, sed trium annorum spatio assidue fecit, ut athletam conturbaret, damnum autem nullum omnino consecutum. Unde enim, cum obumbrans gratia certum sit remedium plus re vera utilitatis adferens quam fabuloso moly falso tribuatur. Verum haec dicta sint ut ex paucis ostendantur insidiae inimici, non ut omnes comprehendantur.

15. Ceperat sanctum ingens desiderium ut divina mystagogia in spelunca celebraretur; vetabat autem ascensus ob scalae defectum.

(1) Μῶλυ, herba quam a Mercurio Ulixen contra Circes veneficia accepisse scribit Homerus, *Odyss.*, X., 305.

χος ἀπορίᾳ. Δεῖται γοῦν καὶ περὶ αὐτῆς Ἀθανασίου, καὶ ὃς ἐν ὀλίγῳ κατασκευάζει, καὶ τῷ σπηλαίῳ ἀσφαλῶς αὐτὴν προσερείδει. Ἀνελθόντος οὖν ἱερέως καί τινων ἄλλων, ἐτελεῖτο μὲν ἡ μυσταγωγία, καὶ ὁ θεῖος ἄρτος ἤδη ἀνύψωτο (1)· ὡς δὲ καὶ μετασχεῖν ἔμελλον, ἐξίσταντο τῷ ὁσίῳ πάντες, καὶ τῶν πρεσβείων τῆς μεταλήψεως παρεχώρουν αὐτῷ. Ὁ δὲ πρόσεισι μὲν μεθ' ὅσης ἂν εἴποις τῆς εὐλαβείας, καὶ τοῦ αἰδεσίμου σχήματος, ὑψοῦ μὲν τὰς χεῖρας ἔχων, ἠρέμα δὲ τὰ χείλη κινῶν, καὶ εὐχὴν ὑπᾴδων ἀνεκλαλήτως. Ἧς τελεσθείσης ἤδη, ἀλλὰ φόβος με καὶ λέγοντα ἔχει τοῦ πράγματος ἐπὶ νοῦν λαμβάνοντα τὸ φρικῶδες, γίνεται γὰρ σεισμὸς οὐχ ἥκιστα φοβερὸς, καὶ τῷ μεγέθει τοὺς προγεγενημένους ἅπαντας ἀποκρύπτων. Ἦν γὰρ ὁρᾷν τὰς ἐκεῖ κειμένας πέτρας οὐρανομήκεις, οὐ κινουμένας μόνον καὶ σοβαρῶς ἀναπαλλομένας, ἀλλὰ καὶ ῥοῖζον οἷον ἀποτελούσας ἔκπληκτον, ὥστε καὶ τοὺς παρόντας οὕτως ἡττηθῆναι τοῦ δέους, ὡς καὶ αὐτοὺς τρόμῳ τὲ κλονεῖσθαι, καὶ ἰσχυρῶς πάλλεσθαι [a] τὰς καρδίας, ἀλλήλους τε περιβάλλειν ἐν τῇ τοῦ ζῆν ἀπογνώσει, καὶ εἰς οἰμωγὰς τοὺς μέν, τοὺς δὲ καὶ εἰς εὐχὰς τρέπεσθαι. Ἀλλὰ τοῦ πράγματος τὸ καινότατον. Παρὰ γὰρ μόνοις τοῖς ἄνω οὖσι ταῦτα

— [a] (κ. ἰ. π.) *om.* C.

Hanc ergo postulat ab Athanasio. At ille mox apparet et speluncae rite applicat. Cumque ascendisset sacerdos cum aliis quibusdam, incohata est mystagogia. Et jam divinus panis sursum elevatus fuerat; ut vero ad communionem ventum est, cesserunt sancto universi, primum participandi locum ei deferentes; ille vero accessit quanta dici potest reverentia et habitus decentia, sublime quidem manus attollens, taciteque labra movens et preces sine voce fundens. Peracta autem communione, tenet me dicentem formido dum pavendo rei spectaculum reminiscor, secutus est terrae motus non levi terrore dignus, superiores omnes longe excedens. Videre siquidem erat saxa immania non moveri solum graviterque agitari, sed formidabilem sonum edere, quousque adeo territi sunt audientes ut totis visceribus vehementer concuterentur et sese invicem de vita desperantes amplexarentur, aliique ad lamenta, alii ad preces converterentur. Hoc vero maxime stupendum quod haec apud eos tantummodo qui

(1) Secundum Iacobi, Basilii et Chrysostomi liturgias, brevi ante communionem corpus Domini elevari, ὑψῶσαι τὸν θεῖον ἄρτον, non ita tamen ut a populo conspiciatur, notum est. Goar, *Euchologium sive rituale graecorum*, p. 145.

πέπρακτο, κἀκεῖνοι μόνον [8] ἐγνώκασί τε αὐτὰ καὶ πεπόνθασι· τοῖς δὲ κάτω τοῦ στύλου μείνασι, τοιοῦτον οὐδέν, ἀλλ' ἀκοὴ μόνη μετὰ τὸ κατελθεῖν τοὺς θεασαμένους.

ις'. Βούλεταί τινος καὶ ἑτέρου ἐπιμνησθῆναι θαύματος ὁ λόγος· τοιγαροῦν προσεκτέον. Ἐλύπει τὸν ἅγιον ἡ περὶ τὴν χρῆσιν τοῦ ὕδατος δυσκολία· ἐλύπει δὲ οὐκ αὐτοῦ χάριν, ἀλλὰ τῶν μετακομιζόντων ἕνεκεν. Ἔγγυς γὰρ τοῦ σπηλαίου μετασχεῖν ὕδατος ἥκιστα ἦν, ἀλλ' ἀνάγκη μήκοθεν γινομένους μετακομίζειν. Τί οὖν ποιεῖ; καὶ γὰρ εἶχε καὶ τὸ λυποῦν ἰσχυρὸν καὶ τὸ πρὸς Θεὸν θαῤῥεῖν ἐῤῥωμένον. Ἔξεισι τοῦ σπηλαίου, καὶ διϊών, ἠρεύνα τὰς ἐν ταῖς πέτραις χαράδρας, εἴτις αὐτῶν καὶ μικρᾶς εἴη νοτίδος γόνιμος [1]. Μιᾷ οὖν [2] ἐντυχὼν [3] οὕτως ἐχούσῃ [4], ἵσταται παρ' αὐτῇ, καὶ δεῖται τοῦ πάντα δυναμένου Θεοῦ, ὃς καὶ πέτρας ἐξ ἀκροτόμου ὕδατος ποτὲ παρέσχε περιουσίαν. Οὕτως εὐξάμενον τὸ σπήλαιον αὖθις εἶχεν αὐτόν. Εἰς μέντοι τὴν ἐπιοῦσαν ἀπελθόντι παρ' αὐτὸν Νικήτᾳ, τῷ τὴν ἐπίκλησιν Ἱκανῷ, θρέμματα μὲν ἴδια ἔχοντι, ἐκεῖ δὲ περὶ τὸ σπήλαιον νέμοντι ταῦτα· Σκαπάνην, ἔφη, λαβών, καὶ πρὸς τῇ πέτρᾳ τῇδε γενόμενος, ἐκείνην ἄρα δεικνὺς ἔνθα τὴν εὐχὴν αὐτὸς οὐκ εἰς ἀέρα κενὴν ἀφῆκεν, ἀλλὰ Θεῷ ἀκουστὴν ἐποιήσατο, διακροῦσαι

— [8] μόνοι P.
ις'. — [1] *corr. in marg. prius* γνώριμος S. — [2] τοίνυν Q, *om.* P. — [3] τυχὼν P, παρατυχὼν Q. — [4] ἔχοοσι P.

supra erant gerebantur; soli ipsi haec et noverunt et experti sunt, iis vero qui infra columnam constiterant nihil tale accidit, nec prius innotuit quam ex iis qui viderant audierunt.

16. Libet etiam miraculum aliud commemorare. Angebatur sanctus parandae ad usum aquae difficultate, angebaturque non sua causa, sed eorum qui aquam, quae iuxta speluncam nulla erat, e longinquis locis comportare cogebantur. Quid ergo agit? Erat enim illi, ut dolor acer, sic certa in Deum fiducia. Spelunca egressus, circumquaque lustrans rupium cava rimasque, venatur si qua usquam vel modici humoris signa venam gerant. Tandemque unam nactus, ad eam constitit, Deo preces obtulit omnipotenti, qui ex praerupto quondam affatim excitavit, peractisque precibus recessit. Postridie cum ad eum venisset Nicetas, cognomento Hicanus, qui pecora sua circa speluncam pascere consueverat: *Arrepto ligone,* ait illi, *vade ad rupem hanc,* illam indicans ad quam preces, non utique ad inanes auras, sed Deo acceptas fuderat, *et ligone hoc terram fode; ne cuncteris.* Ille vero,

τῇ σκαπάνῃ ταυτῇ τὴν γῆν οὐδαμῶς μελλήσεις. Ἐκεῖνος δὲ τοῦ λεγομένου τόπου διάπειραν ἔχων, παντάπασιν ἀπεγίνωσκεν· Ἐμοί, λέγων, πάτερ, τὸ ἐνταῦθα νέμειν χρόνος ἤδη συχνός· ἀλλ' οὐδέποτε καὶ μικρᾶς νοτίδος ᾐσθόμην. Καὶ οὕτω μὲν ὁ Νικήτας πλὴν ἤκουσε [5] παρὰ τοῦ ὁσίου· Ἀλλὰ σοὶ τὸ διατεταγμένον ἅπαξ ποιητέον. Καὶ εἴπερ ὅλως οὐκ ἀπορεῖς πίστεως οὐδὲ τοῦ ζητουμένου πάντως ἀπορήσεις. Πείθεται τούτοις [6] ὁ [7] Νικήτας, καὶ τελεσθέντος τοῦ ἐπιτάγματος ὕδωρ ἐξάλλεται παραχρῆμα, ὕδωρ πάλιν ἐκ πέτρας διειδὲς καὶ φιλότιμον, οὐ γέννημα πέτρας οὐδὲ γῆς ἄλλως, ἀλλ' εὐχῆς μᾶλλον οὐρανοφοίτου [8]. Ἐξέπληττε τὸ πεπραγμένον [9], οὐκ αὐτὸν μόνον ἄντικρυς τὸν Νικήταν, ἀλλὰ καὶ τοὺς τότε θεασαμένους ἅπαντας, καὶ τοὺς ἄχρι νῦν θεωμένους, μᾶλλον δὲ καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα θεασομένους [10]. Ἕπεται γὰρ τῷ θαύματι θαῦμα· καθὸ μὴ μόνον ἐκ στερεᾶς πέτρας ὕδωρ ἔξεισιν, ἀλλ' ὅτι καὶ μέτρῳ ἔξεισι, κάλλιστα τῇ χρείᾳ καὶ αὐτοῖς δὴ τοῖς χρωμένοις παραμετρούμενον. Οὔτε γὰρ πλειόνων ὄντων ἐνδέει, οὔτε πάλιν ἐλαττουμένων πλεονεκτεῖ. Καὶ τούτου δήλωσις ἡ παρ' αὐτῇ τῇ πέτρᾳ δεξαμένη, ἥκιστα μὲν ἐλλείπουσα, ἥκιστα δὲ ὑπερβλύζουσα, καὶ ὡς ἂν τις εἴποι, τῷ πλεονασμῷ ἐξυβρίζουσα.

ιζ'. Ἐντεῦθεν τῆς τοῦ ἁγίου φήμης [1] καταφανοῦς ἤδη γενομένης,

— [5] ἤκουε Q. — [6] τοίνυν P. — [7] *om.* P. — [8] οὐρανοφύτου Q. — [9] πραττόμενον S. — [10] θεασαμένους S.
ιζ'. — [1] *om.* C, *supra lin. alia manu* Q.

cui loci natura perspecta erat, omnino diffidebat. *Ego pater*, inquit, *iam dudum hic pasco, ac ne tenuissimum quidem humorem hic deprehendi.* Sic Nicetas. At sanctus iterum : *Verum tibi semel quod dico exsequendum est. Quod si fide prorsus non cares, non te omnino fallet expectatio.* Paret Nicetas, et jussa vix expleverat, cum repente exsilit aqua e saxo perlucida et optima, non illa quidem ex petra vel ex terra progenita, sed ab oratione caelos penetrante. Obstupefecit eventus non Nicetam modo sed alios qui viderunt omnes, aut omnes potius qui posthac visuri sunt obstupefaciet. Succedit enim miraculum miraculo, propterea quod non solum sterili ex rupe fluit aqua, sed quod certa mensura ac modo pro cuiusque usu et necessitate dimensa profluit. Nam neque cum plures hauriunt deficit, nec vicissim redundat cum pauciores sunt; idque labrum ipsum quod subiectum est declarat quod neque exhauritur neque exuberat umquam.

17. Hinc illustrata sancti viri fama et tamquam suavi odore circum-

καὶ ὥσπερ τινὸς εὐώδους ὀσμῆς πανταχόσε διαδοθείσης, κρείττων γὰρ αὐτὸς ἑαυτοῦ γινόμενος, ἀκολούθως καὶ χαρίτων ἠξιοῦτο μειζόνων ἐπεὶ καὶ ἐλλάμψεσι τρανοτέραις ἐνεφαιδρύνετο, καὶ ἐπιστασίαις ἀγγέλων ὡμίλει, καὶ ὕμνους αὐτῶν θείους ᾀδόντων ἤκουεν. Ἀλλὰ καὶ δαιμόνων ἀγγέλων ὁμοιώσεσιν ἀπατᾶν πειρωμένων, καὶ φῶς ἑαυτῶν καταψευδομένων [2] οὐ παρεκρούετο, καλῶς πάντα [3] παρὰ Θεοῦ διδασκόμενός τε καὶ φωτιζόμενος. Οὕτως οὖν ὀνομαστοῦ γενομένου, καὶ ἀστέρος οὐδὲν ἧττον ἀνὰ τὸ σπήλαιον διαλάμποντος, πάντες ὅσοι εὔπλαστοι καρδίαι καὶ εὐπειθεῖς, ἀντίτυπόν τε πονηρίας οὐδὲν ἔχουσαι, ἀλλὰ τρωθῆναι μᾶλλον τῷ τοῦ καλοῦ ἔρωτι ἐπιτήδειοι, οὗτοι παρ' αὐτὸν ἐφοίτων, καὶ τῇ σειρῆνι τῆς αὐτοῦ χρηστότητός τε καὶ ἱλαρότητος ἁλισκόμενοι, μένειν παρ' αὐτῷ ἠγάπων, καὶ ὑπ' ἐκείνῳ καθηγητῇ καὶ διδασκάλῳ τὴν ἀρετὴν ἀσκεῖσθαι· καὶ ὃς ἤκουε, καὶ εὐδόκει, καὶ παρ' ἑαυτῷ [4] κτίζειν τὰ πρὸς τὸ μένειν ἐκέλευεν. Ἔκτιζον δὲ οἱ μὲν καλύβας, οἱ δὲ σπήλαια, οἱ δὲ σκέπην ἄλλως ἰδίαν ἕκαστος ὅπως εἶχε γνώμης τε καὶ χειρός, καὶ οὕτω κατὰ μικρὸν αἱ θεοφιλεῖς ψυχαὶ προσετίθεντο. Ἔπειτα καὶ μικρὸς εὐκτήριος οἶκος ἐπ' ὀνόματι τοῦ τῶν ἀγγέλων ἄρχοντος Μιχαήλ, οὕτω προσταγὲν παρὰ τοῦ μεγάλου ἀνῳκοδόμητο. Οὐδὲ τῶν πρὸς [5] σωματικὴν χρείαν ἐπιτηδείων ἐρήμους ἀφῆκεν, ἀλλὰ πάντων αὐτοῖς ἀνενδεῆ πρόνοιαν ἐποιήσατο ἵν'

— [2] *om.* S. — [3] *om.* S. — [4] ἑαυτῶν P Q S B. — [5] τὴν *add.* S.

fusa; seipsum enim vincens, maiores gratias in dies consequebatur. Nam et illustrationibus clarioribus ornabatur, et adventantium angelorum conversatione obruebatur, illosque divinis hymnis personantes audiebat; quin et daemonibus angelorum specie fallere ipsum conantibus, eorumque splendorem ac lucem mentientibus, minime percellebatur, Deo in omnibus illum docente et illuminante. Cum igitur tantam nominis celebritatem adeptus esset, ac stellae instar in spelunca emicaret, confluebant ad illum omnes quibus tractabile et genuinum vitiique expers cor erat, quique honesti studio et amore tangebantur; suavique eius humanitatis, virtutis et comitatis illecebra capti, cum ipso manere gestiebant, eoque ad virtutem duce ac magistro uti. Quibus ille annuebat, et laudato consilio mansiunculas prope se exstruere iubebat. Exstruebant autem alii tuguria, alii speluncas, alii tectum aliud, pro cuiusque animo et facultate; atque ita paulatim Deo carae animae ipsi adhaeserunt. Post haec vero parvum etiam oratorium principis angelorum Michaelis nomini iubente sancto aedificatum est. Nec rebus ad corporis usum idoneis

οὕτως ἀπροφάσιστοι ἐν τοῖς σωματικοῖς ὄντες, τῶν τῆς ψυχῆς ἔργων προθυμότερον [6] ἅπτωνται. Ἔπειτα διαιρεῖ [7] καλῶς καὶ ἐπιστημόνως μεταξὺ τῶν τε ἰδιάζειν καὶ καθ' ἑαυτοὺς ζῆν αἱρουμένων, καὶ τῶν τὸ κοινὸν μᾶλλον καὶ συναγελαστικὸν ἀσπαζομένων, καὶ τῶν μὲν ἄλλων πάντων ὁμοῦ εἷς ἦν ἀμφοτέροις ὁ τρόπος, τὸ μηδὲν ἄδηλον παρὰ τοῦ πατρὸς ἔχειν, μὴ πρᾶξιν, μὴ λογισμὸν δεξιὸν ἢ ἑτέρως ἔχοντα, μηδὲ ποιεῖν τι αὐτῷ ἀνεκλάλητον, ἀλλὰ καὶ πᾶν ὅ,τι ἀπόῤῥητον [8], πρὸς ἐκεῖνον εἶναι ῥητόν· καὶ τοῦτο νυκτός τε, καὶ ἡμέρας ἀπαραλείπτως γίνεσθαι, καὶ μηδὲ τῶν εἰς κτῆσιν ἄδηλόν τι αὐτῷ εἶναι μέχρι καὶ ῥαφίδος, μηδὲ πρόοδον μηδαμοῦ ἐξεῖναί τινι ποιεῖσθαι τὸ παράπαν, εἰ μὴ πρότερον αὐτὸς γνοὺς ἐπιτρέψῃ· ἃ καὶ εἰς δεῦρο ἀπαραποίητα σώζεται καλῶς καὶ φυλάττεται καὶ ταῦτα μέν, ὥσπερ εἴρηται, ἀμφοτέροις ὁμοίως ἔχει. Τὸ δὲ παράλλαττον ἐν τούτοις, ὅτι τῶν μὲν ἐν τῷ κοινῷ ζώντων, τό τε [9] πρὸς ὕπνον οἰκητήριον ἕν, καὶ ἡ τράπεζα μία, καὶ ἡ φροντὶς αὐτῆς τε καὶ τῶν ἀμφίων ἐκ τοῦ προεστῶτος, τῶν δὲ ἰδιαζόντων ἑκάστῳ παρ' ἑαυτοῦ ἡ τῶν ἀναγκαίων πρόνοια· τὰ δ' ἄλλα, ὥσπερ εἴρηται, ἀμφοτέροις ἴσα καὶ ἀπαραλλάκτως ἔχοντα. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως. Εἰωθότων δέ τινων ἄρτους κομίζειν, καὶ ἄλλα δή τινα, ὧν τὸ σῶμα, ᾧ συνδεδέμεθα ἀναγκαίως ἐπιδεές, προσήνεγκέ τις καὶ ἄλευρον ὅπερ οὔπω τυχὸν τῆς συνήθους τοῦ

— [6] προθυμῶς S B. — [7] διαρεῖται C — [8] καὶ *add.* C. — [9] γε C.

carere illos permisit, sed omnia ipsis abunde providit, ut sublato corporalium praetextu, in animae opus alacriter incumberent. Distinxit etiam apte et congruenter eos qui soli seorsim vivere volebant ab aliis qui communem et gregalem vitam malebant. Atque in ceteris quidem rebus utrorumque una lex erat, occultum apud patrem nihil habere, non actionem, non cogitationem rectam aut pravam, nec quicquam non eloqui, sed arcana omnia ei patefacere, idque noctu ut interdiu perpetuo facere; sed neque eorum quae possiderent aliquid illum celare vel ad acum usque, nec foras prodire ulli, nisi conscius ille permittat. licere : quae omnia ad hunce diem immota servantur. Atque haec quidem, ut dictum est, communia utrisque; discrimen autem in his erat, quod iis qui communem una vitam agebant, dormitorium unum erat et mensa una, eiusque et vestimentorum cura penes praepositum; iis vero qui privatim vivebant suae cuique necessitates curae erant, cetera omnia eadem. Cum autem solerent nonnulli panes adferre et alia quaedam quibus corpus quo vincti sumus necessario indiget, attulit quidam et farinam, quam sine beati precibus et bene-

μακαρίου εὐχῆς ἅμα καὶ εὐλογίας οἱ μοναχοὶ ἄρτου λειπόμενοι ζυμοῦσι [10] τὸ παραυτίκα, ἔπειτα καὶ τὴν ζύμην ἀναφέρουσι πρὸς τὸν μέγαν. Ὁ δὲ πρὸς τοῦτο καὶ λίαν χαλεπῶς ἐνεγκὼν καὶ ἀμέλειαν αὐτῶν πολλὴν τοῦ καθήκοντος καταγνούς, ἀπρόσδεκτόν τε τὴν ζύμην καὶ ἐπάρατον ἔθηκε, καὶ τῷ ποταμῷ ἐκείνου προστάξαντος καθῆκαν αὐτὴν παραχρῆμα. Ἐντεῦθεν οἱ ἀδελφοὶ διδάσκονται μηδὲν μὴ μικρόν, μὴ μέγα, μηδ' ὁτιοῦν πράττειν, εἰ μὴ πρότερον ἐκεῖνο τῆς τοῦ πατρὸς εὐχῆς τύχοι καὶ εὐλογίας. Ὅτι δὲ κατὰ γνώμην Θεῷ ἡ τοῦ ἀλεύρου ζύμη ἀπόβλητος τῷ ὁσίῳ, εἰς τὴν ἐπιοῦσαν πολλοὶ τῷ ἁγίῳ παρέλαβον, μετὰ προσαγωγῆς ἀφθονωτάτης καὶ ἄρτων δηλαδὴ τῶν καθαρωτάτων.

ιη'. Ἀλλὰ προσεκτέον, ἑτέρῳ πολὺ τὸ θαυμαστὸν ἔχοντι. Αὐχμὸς ἐπέσχε τὴν Μίλητον καὶ ἀπορία ὕδατος ἐπιεικῶς ἐσχάτη. Συμφρονήσαντες οὖν ἄνδρες ἐκ διαφόρων κωμῶν οὐκ ἐλάττους τῶν τεσσαράκοντα συνίασιν ἅμα καὶ λιτανείαν ποιοῦνται, καὶ σὺν ᾄσμασι φιλοθέοις τοῦ ὄρους ἀνίασι τὴν ἀκρώρειαν. Τοῦτο δὲ οὐ μόνον ὑψηλότατον καὶ ὑπερνεφές, ἀλλὰ καὶ ἀναβῆναι κομιδῇ δυσχερέστατον. Παρὰ τούτου τὴν ἀκρώρειαν κεῖται λίθος ὑπερμεγέθης ὃς καὶ ἅγιος ἐκ πολλοῦ ἤδη ὠνόμασται λίθος. Ἡ δὲ αἰτία τοῦ οὕτως ὠνομᾶσθαι παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις διττή· οἱ μὲν γάρ, ὅτι εἷς τῶν δώδεκα λίθων ὧν ἐκ μέσου τοῦ Ἰορδάνου, Θεοῦ ἐπιτρέψαντος, ὁ τοῦ

— [10] τοῦ *add. supra lin.* Q.

dictione monachi pane destituti subito fermentarunt, deinde fermentum ipsi obtulerunt. Quod indigne ferens, eorumque neglegentiam pro meritis increpans, fermentum exsecratus reiecit et in profluentem conici iussit. Unde didicerunt fratres nihil penitus neque parvum neque magnum aggredi sine patris precibus et benedictione. Quod vero approbavit Deus farinae huius fermenti proiectionem, postero die patuit, cum multi ad sanctum venerunt cum opimo commeatu et panibus nitidissimis.

18. Sed aliud considerandum est multa admiratione dignum. Siccitas Miletum vexabat et aquae penuria extrema. Collecti in unum e diversis locis vicani non pauciores quadraginta. supplicationem ineunt et cum sacris cantibus iugum montis adscendunt. Est autem mons ille non solum altissimus, sed adscensu etiam perdifficilis. In eius vertice lapis ingens visitur, quem sanctum appellari diuturni temporis mos obtinuit. Eius vero appellationis incolae duplicem causam tradunt. Alii quidem, quod unus e duodecim lapidibus quos Iesu filius

Ναυὴ Ἰησοῦς εἴληφεν (1) ἐν τούτῳ δὴ [1] τῷ μεγίστῳ λίθῳ εὕρηται κείμενος· εὕρηται δέ φασι πῶς. Ποιμήν τις ὀφθαλμῶν τὸν ἕνα πεπηρωμένος, ἄνεισιν ἐκεῖσε καὶ τοῦτον ἄρας τὸν λίθον, Θεοῦ νεύσαντος ἐπιθεὶς ὀφθαλμῶν τῷ πεπηρωμένῳ, ἔσχεν εὐθὺς καὶ ὀξὺ βλέποντα. Οἱ δέ, ὃ καὶ μᾶλλον οἶμαι συμβαίνει τῇ ἀληθείᾳ, ὅτι πολλοῖς τῶν πατέρων ὅσοι παρὰ τῷδε τῷ [2] ὄρει ἐπίσημόν τι καὶ περιφανὲς ἔλαμψαν, παρὰ τῷδε [2] τῷ λίθῳ δῶρα τέλεια τούτοις ἐδόθη, οἷον, χαρίσματα ἰαμάτων, ἐλλάμψεις, ἐπιφοιτήσεις τοῦ ἀγαθοῦ [3] πνεύματος, καὶ [4] ἵνα τὰ μὴ [5] πολλῷ πρότερον γεγονότα λέγωμεν [6], ὃ πρὸ μικροῦ μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς θάνατον ἐπράχθη λεγέσθω. Γαβριὴλ τις ὄνομα μοναχὸς ἐν τῷδε βιοὺς [7] τῷ ὄρει βίον ἀξιοθαύμαστον, ἐκεῖνον λέγω τὸν Γαβριήλ, πολλοὶ γὰρ ἐκεῖ καὶ ἕτεροι οὕτω κεκλημένοι, ὃς ἐκ τῆς μονῆς ὥρμητο τῆς ὑπὸ τὴν ἐπισκοπὴν Μαγνησίας (2), οὗτος ὥρᾳ θέρους ἐπὶ τουτονὶ τὸν ἅγιον ἀνελθὼν λίθον, καὶ γὰρ ἔθος τοῖς δοκιμωτέροις τῶν μοναχῶν οὕτω ποιεῖν ἡσυχίας ἔρωτι, καὶ φαιδροτέρας εὐχῆς. Ἀνελθὼν οὖν καὶ ἕκτην ἡμέραν ἐκεῖ ἄσιτός τε καὶ

ιη'. — [1] *om.* P. — [2] (τῷ — τῷδε) *om.* C. — [3] παναγίου S. — [4] *om.* S. — [5] (τ. μ.) μ. τ. C S B. — [6] λέγομεν Q. — [7] *om.* C.

Navc Dei iussu ex Iordane sustulit in magno hoc lapide repertus sit. Cum enim pastor quidam, ut narrant, altero oculorum captus, eo venisset et lapidem divino instinctu laboranti oculo imposuisset, continuo visum recepit. Alii vero, quod verisimilius arbitror, causam dicunt quod patribus permultis, qui in monte illo clari et illustres vixerunt, ad lapidem hunc dona a Deo absolutissima concessa sint, ut gratia curationum, illustrationes et sancti Spiritus infusiones. Atque ut antiqua omittam, quid paulo post patris obitum acciderit commemorandum est. Gabriel monachus vitam in hoc monte agebat vere mirabilem : Gabrielem illum dico, cum multis ibi commune hoc nomen fuerit, qui e monasterio adsumptus est ad Magnesiae episcopatum (3). Hic cum per aestatem ad sacrum hunc lapidem conscendisset, id enim praestantiores quique e monachis quietis sereniorisque orationis studio facere consueverant, sex totos dies sine cibo potuque transegit,

(1) Josue, IV, 1-8. — (2) Duplex erat in provincia Asiae Magnesia sedes episcopalis : Magnesia ad Maeandrum, Magnesia ad Sipylum. Le Quien, *Oriens Christianus*, t. I, pp. 697, 735. Magnesiam ad Maeandrum hic nominari cuipiam suadebit locorum proximitas. — (3) Haec perperam vertisse Sirmondum legenti patet. Nihil enim in textu graeco significatur de promotione Gabrielis ad episcopatum.

ἄποτος διαμείνας, ἐπεὶ ὥρα θέρους ἦν, ὥσπερ ἔφημεν, καὶ ὕδωρ οὐδαμοῦ παρῆν, ἔκαμνε τῷ δίψει, καὶ ἐγγὺς ἤδη τοῦ ἐκλιπεῖν ὑπῆρχε. Τί οὖν ποιεῖ, μᾶλλον δὲ τί ὁ τῶν ἠγαπηκότων αὐτὸν κηδεμὼν καὶ δεσπότης θαυματουργεῖ; Σταυρὸς ἐκ μακρῶν τῶν [8] χρόνων ἐκεῖ πάρεστι σιδηροῦς. Τούτῳ πρόσεισιν ὁ Γαβριὴλ ὥσπερ ἐπιζητῶν παράκλησιν. Ὁ δὲ ὕδωρ ἀνῆκεν εὐθὺς οὗ πιὼν ἀνεκτήσατο· καὶ μάρτυς δηλαδὴ ἀπαράγραπτος αὐτός τε [9] πρός τινα τοῦτο [10] ἐξενεγκὼν τῶν μάλιστα φιλουμένων ὁμώνυμον αὐτῷ καὶ ὁμότροπον. Ἀλλὰ καὶ λείψανα τοῦ ἀφεθέντος ὕδατος ἀνὰ τὸν τόπον, ὑπόμνημα τοῦ θαύματος, τισὶ τῶν ἀδελφῶν ἐθεάθη.

ιθʹ. Ἀλλ' ἐπανιτέον αὖθις ἔνθα δὴ καὶ τὴν ἔκβασιν ταύτην ἡμεῖς πεποιήμεθα. Οἱ τὴν λιτανείαν τοῦ αὐχμοῦ χάριν ἐκεῖνοι [1] ποιούμενοι, ὧν καὶ τὸν ἀριθμὸν ἔφημεν εἰς τεσσαράκοντα συγκεφαλαιοῦσθαι, παίδων ἄνευ καὶ γυναικῶν, ἐπεὶ κατιόντες ἀπὸ τοῦ ἁγίου λίθου ἀπεναντίας τῷ σπηλαίῳ γεγόνασιν οὗ ὁ θεῖος Παῦλος ἐτύγχανεν ὤν, παρὰ τῷ τόπῳ στάντες ἐτέλουν εὐχήν· εἶτα καὶ αὐτὸν ἠξίουν συλλαβέσθαι αὐτοῖς τοῦ αἰτήματος. Ὁ δὲ οἰκτείρας αὐτοὺς τοῦ καμάτου, ὃν ἐκ τῆς ἐργώδους εἶχον ὁδοιπορίας, ἑνὶ τῶν εἰς λειτουργίαν ἀφωρισμένων· Ἔστι σοι οἶνος, ἔφη, ἵνα κεκμηκότας ἤδη τούτους ἀνακτησώμεθα; Ὁ δέ· Ἔστι πάτερ,

— [8] ὧν P. — [9] *om.* P. — [10] τοῦτον S.
ιθʹ. — [1] (χ. ἐ.) ἐ. χ. S.

et quia aestas erat, ut diximus, aquaeque copia nulla, siti vehementius angi coepit. Quid ergo egit, aut potius quid miraculi edidit diligentium ipsum curator et Dominus? Ad ferream crucem, quae inibi olim fixa cernitur, tamquam solatium quaesiturus Gabriel accedit. Illa mox aquam fudit, cuius potu refectus est; testisque eius rei omni exceptione maior idem ipse fuit, cuidam ex intimis ut nomine sic moribus simili enarrans. Sed et aquae vestigia eodem in loco ad miraculi fidem a nonnullis fratribus conspecta sunt.

19. Nunc vero, unde digressa est, oratio revocanda est. Qui supplicationem illam depellendae siccitatis gratia celebrarunt, quos numero quadraginta, pueris feminisque demptis, fuisse dictum est, cum in montis descensu e regione specus in quo divinus Paulus habitabat constitissent, peractis precibus divinis, ipsum etiam orarunt ut in postulationis suae societatem venire vellet. Ille autem, eorum compassus languori, quem ex laborioso itinere contraxerant, unum ex iis qui ministerio deputati erant interrogans: *Estne tibi,* inquit, *vinum unde hos iam fessos et exhaustos reficiamus?* Cui ille: *Est pater,* ait, *sed*

φησίν, ἀλλ' οὐ πλείω τοῦ ἑνὸς ἀμφορέως κἀκείνου παντάπασιν σμικροτάτου, ὅς τί ποτε ἄρα πρὸς τοσούτους ἀρκέσοι. Ἐνταῦθα ὁ μέγας χαλεπήνας αὐτῷ τῆς μικροψυχίας, ἐπιτρέπει θᾶττον ἐπιχειρῆσαι τῇ λειτουργίᾳ τῆς πόσεως, καὶ αὐτὸς κώθωνα μετὰ χεῖρας λαβὼν καὶ τὸν [2] σμικρὸν ἐκεῖνον ἀμφορέα, ὡς αὐτοὺς ἀπῄει. Ἐπεὶ δὲ αὐτὸν ἐθεάσαντο οἱ ἄνδρες, καὶ γὰρ οὐχ ἧττους τῶν τεσσαράκοντα ἦσαν ἄνευ γυναικῶν, ὥσπερ ἔφημεν, καὶ παίδων [3], ἀπέσκωπτον εἰς αὐτὸν κοινωνῆσαι ἡμῖν [4] ἐλήλυθας θείου νάματος, καὶ τοῦ φερομένου κατεμωκῶντο. Ὁ δὲ πᾶσιν εὐθὺς ἐπεδίδου, μὴ μιγνὺς ὕδατι· καὶ ὅρα ὅπως τὸν ὅσιον ὁ Χριστὸς ὁμοίοις ἐτίμα θαύμασιν.. Ὁ μὲν γὰρ πλείστους ἐν ὀλίγοις ἄρτοις, ὁ δ' ἐν βραχεῖ οἴνῳ πολλοὺς ἐποίει διακορεῖς. Πάντων δὲ πιόντων, ἤρετο ἄνωθεν ὁ πατήρ· Εἰ καὶ ἔτι οἶνον ἔχει ὁ ἀμφορεύς; Τοῦ δὲ καταθεμένου, Τοιγαροῦν, ἔφη, καὶ δὶς πιέτωσαν. Καὶ αὐτὸς οὕτως ἐποίει. Πάντων οὖν αὖθις πεπωκότων, πάλιν ὁ μέγας· Εἰ ὕπεστιν οἶνος τῷ ἀμφορεῖ, ἤρετο. Καὶ ὃς ὡμολόγει. Ὁ δέ· Καὶ τρὶς οὖν πιέτωσαν, ἐπεὶ καὶ πλεῖστα κεκοπιάκασιν. Εἰσὶ μὲν οὖν οἱ καὶ τοῦ τρίτου μετέσχον κώθωνος, εἰσὶ δέ οἱ καὶ παντελῶς οὐ προσήκοντο, εἰς κόρον εἰρηκότες πιεῖν. Εἷς δέ τις αὐτῶν ἀναστὰς ὑπ' ἐκπλήξεως, ἀπεπειρᾶτο τοῦ ἀμφορέως, διασείων [5] αὐτόν,

— [2] αὐτὸν Q. — [3] (ὠ. ἐ. κ. π.) κ. π. ὠ. ἐ. C. — [4] ἡμᾶς S B. — [5] διασείειν C.

non amplius quam amphora, eaque perparva : quae tot numero hominibus satis esse qui possit ? Tum pusilli eum animi arguens, vir sanctus instrui mox omnia ad potum iussit; arreptoque ipse poculo et parva illa amphora, ad illos perrexit. At illi venientem conspicati, de ridiculo habuerunt. *Venisti,* inquiunt, *ut divina nobis fluenta promas,* exiguum id quod gestabat subsannantes. Verum ille omnibus statim, nullam admiscens aquam, distribuit. Ac vide quomodo sanctum Christus cum simili miraculo decoravit. Ipse siquidem plurimos perpaucis panibus, hic multos exigui vini haustu satiavit. Cum ergo bibissent omnes, interrogat iterum pater an vinum in amphora superesset; et illo annuente : *Iterum ergo bibant,* inquit. Quod cum eodem modo fecisset, percontatur denuo, an vinum in amphora supersit; affirmanteque ministro : *Tertio itaque bibant,* inquit, *nam plurimum laborarunt.* Fuerunt ergo qui tertium etiam poculum sumerent, fuerunt qui omnino non attingerent, ad satietatem bibisse affirmantes. Quidam vero, rei stupore attonitus, ad amphoram accurrens, eam curiosus agitavit, an vinum adhuc inesset explorans : et, o magnam, Christe,

εἰ καὶ ἔτι οἴνου μετέχει· καὶ εὗρεν, ὦ τῆς μεγάλης σου, Χριστέ, δυνάμεως, οὐδὲν ἔλαττον τοῦ ἡμίσεος ἐγκρατῆ. Ἤρκεσε τὸ θαῦμα τοῖς ἀνδράσιν, οὐ τότε μόνον εἰς ἔκπληξιν, ἀλλὰ καὶ οἴκαδε ἀπελθόντες οὐ διελίμπανον διηγούμενοι, καὶ ἡδονὴν γλώττης τὸ πρᾶγμα ποιούμενοι.

κ'. Πλὴν ἀλλὰ τῶν μαθητῶν οὕτω πληθυνομένων, καὶ τῶν ἄλλως ὠφελείας χάριν ἀφικνουμένων, δι' ὄχλου γινομένων αὐτῷ, ἐκεῖνος [1] οὐκ ἀνεκτῶς ἔχων, οὐ γὰρ ἐν σμικροῖς ἡ ζημία. Ἀλλ' ὡς τοῦ ἡδίστου καὶ καιριωτάτου τῆς ἡσυχίας ἐξελκόμενος, καὶ παιδὶ πάσχειν ὁμοίως ἀποσπωμένῳ θηλῆς, ἐξελθεῖν ἔγνω τοῦ σπηλαίου οὐκ ἔλαττον ἢ δώδεκα ἔτη ἀπροΐτος ἐκεῖ διαμείνας. Λαθὼν τοίνυν καὶ ἐξελθὼν εἰς τὰ ἐρημότερα, καὶ ἔτι τοῦ ὄρους ἄπεισι κἀκεῖ παραδύεται, κρύει καὶ θάλπει καὶ παντοδαπαῖς ἄλλαις κακοπαθείαις διαπαλαίων, οὐδένα μὲν τῶν ἀνθρώπων σύνοικον ἔχων, θηρσὶ δὲ ἀγρίοις οἷα γείτοσι καὶ ὁμοσίτοις χρώμενος, καὶ τὸ χαλεπώτατον ἐν ἀνθρώποις τὴν μόνωσιν ἡδέως φέρων διὰ Χριστόν. Ἔστι δ' ὅτε καὶ πρὸς τὴν λαύραν κατιὼν ἐκεῖνος, ἐπισκοπῆς ἠξίου τοὺς ἀδελφούς· παρῄνει τε καὶ ἐδίδασκε μὴ μικροψυχεῖν, μηδὲ τῶν ἐπιπόνων τῆς ἀρετῆς καταῤῥαθυμεῖν [2] ἔργων· ἀλλ' ἐν προσεχείᾳ πάσῃ καὶ διακρίσει τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον ἔχεσθαι πολιτείας, καὶ πρὸς

κ'. — [1] ἐκεῖνο S. — [2] κατὰ ῥαθυμίαν C.

potentiam tuam, eam nihilo minus quam altera parte plenam comperit. Praebuit hoc miraculum non iis modo qui aderant argumentum admirationis, sed aliis omnibus quibus domum reversi identidem id summa cum voluptate narrabant.

20. At enim augescente ad hunc modum numero discipulorum, aliisque porro utilitatis causa confluentibus, cum molestam sibi hanc turbam diutius ferre non posset, interpellari quietem suam hac turba sentiens, diutius ferendum non censuit: neque enim leve id illi damnum erat, tamquam suavissimae et optatissimae quieti subducens. Puero similis qui ablactatur, ex spelunca excedere statuit, cum in ea duodecim annos explesset. Clam igitur abiens, remotiora etiamnum magisque deserta montis loca petit, ibique sedem, cum frigore et aestu aerumnisque omnibus colluctaturus, figit; alium quidem neminem tecti socium habens, sed cum feris agrestibus quasi cum vicinis et contubernalibus habitans, remque omnium in humanis gravissimam, hilari propter Christum animo, solitudinem ferens. Descendebat tamen interdum ad lauram ut fratres inviseret eosque doctrina et praeceptis instrueret, ne animum abicerent, neve in arduis ad

τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας εὐψύχως ἀνταγωνίζεσθαι· προηγουμένως δὲ ὑπετίθει μὴ ἑαυτοῖς ὅλως ἐπιθαῤῥεῖν· ἀλλὰ τῆς ἄνωθεν ἐκκρέμασται βοηθείας, πρὸς δὲ καὶ μέθοδον αὐτῆς [3] εἰσηγεῖτο, δι' ἧς δυνατοὶ ἔσονται τάς τε προλήψεις ἀπομανθάνειν τὰς ἐμπαθεῖς καὶ τὰς ἐπισπορὰς ἀποτρέπεσθαι. Ταῦτα καὶ ἔτι πλείονα τούτων διδάξας ἅμα καὶ παραινέσας ὧν τὰ μὲν ἐκ τῶν θείων εἶχε γραφῶν, τὰ δὲ καὶ μᾶλλον ἐκ τῆς οἴκοθεν βίβλου τῶν ἑαυτοῦ πράξεων, ἔπειτα ὑπεχώρει καὶ πρὸς τὸ [4] ὄρος εὐθὺς παρεδύετο, καὶ πάλιν καιροῦ καλοῦντος ὃν αὐτὸς ἦν ὁ δοκιμάζων, ὡς αὐτοὺς κατῄει, καὶ ταῖς αὐταῖς ἐχρῆτο διδασκαλίαις. Τὰ μέντοι πρὸς τροφὴν τοῦ σώματος, εἴγε δεῖ [5] τροφὴν ἐκείνην καλεῖν ὀλίγῳ μέρει τῶν πτηνῶν ἀποδέουσαν, εἰς ἣν ὁ λειτουργῶν αὐτῷ διά τινων ἡμερῶν τεταγμένων.

κα'. Ἀλλὰ μηδὲ τοῦτο παραλειπτέον ὑπόπλεον ὂν ἡδονῆς ἅμα καὶ θαύματος [1]. Θέρους ἦν ὁ καιρὸς καὶ ὁ καύσων οἷος [2] σφοδρότατος. Ἔρωτα οὖν ἔσχεν, ὡς αὐτὸς ὕστερον οἷς εἰώθει ἀποῤῥήτων κοινωνεῖν ἐξηγήσατο, θριδακίνης μεταλαβεῖν. Καίτοιγε οὐδέποτε εἶξεν ἐπιθυμίᾳ οὐδ' οὔτινος [3] οὖν τῶν βρωσίμων· ἀλλ' ἢ μετὰ τὸ ἐκζητῆσαι παρατιθέντος ἀπέσχετο καὶ κρείττων [4] ἐφάνη γεύσεως, ἢ συμφύρας αὐτὸ [5] καὶ συγχέας, εἰ γάλα ἦν

— [3] αὐτοῖς C Q S. — [4] *om.* Q. — [5] δὴ P C Q.
κα'. — [1] (ὑπόπλεον-θαύματος) *om.* S. — [2] οἷον S. — [3] ὅτινος C. — [4] κρεῖττον B. — [5] αὐτῷ S.

virtutem conatibus segnius agerent, sed omni contentione atque industria institutam ex evangelii legibus vitae rationem observarent et adversus nequam spiritus fortiter resisterent. Ante omnia monebat ne sibi ipsis ullo modo praefiderent, sed a caelesti auxilio penderent; ostendebat etiam qua via et methodo vitiosas animi suggestiones dignoscere ac declinare liceret. Haec aliaque plurima ubi disseruerat, quae partim ex divinis litteris hauriebat, partim ex domestico et familiari actionum suarum libro, gradum ilico referebat ad montis latebras; iterumque postea, appetente quod ipse sibi praestituerat tempore, ad illos rediens, eadem documenta repetebat. Alimenta autem corporis, si alimenta vocanda sunt quae avium escis ampliora vix erant, certus quidam illi statis dierum intervallis administrabat.

21. Atqui omitti hoc non debet in quo coniunctam videre est cum miraculo delectationem. Aestatis tempus erat aestusque oppido quam maximus, cum ipsum, quod postea, uti arcana sua eloqui solebat, commemoravit, edendae lactucae desiderium coepit. Et sane numquam ille huiusmodi cuiusdam cibi cupiditati cessit, sed postquam quod quae-

ἢ ζωμὸς ἤ τι τοιοῦτον, ἑτέροις βρώμασι, καὶ τὸ [6] ἡδὺ ὅλον ἀμαυρώσας οὕτως ἐχρῆτο· οὗτος [7] ἐκεῖνος ἦν [8] ἀντίπαλος σαρκικῆς ἐπιθυμίας καὶ πρὸς τὸ ἡδὺ ἅπαν [9] ἀπομαχόμενος. Πλὴν ἀλλὰ τῶν εἰρημένων ἐπιθυμήσαντι μετασχεῖν, καθημένῳ τε [10] καὶ τὰ τοῦ Δαυὶδ ὑπᾴδοντι ὥσπερ σύνηθες, ἐφίσταταί τις θριδακίνας τρεῖς ἔχων διὰ χειρός, ἃς ἐπιδοὺς ἐκείνῳ, φανερὸς οὐκέτι μετὰ τὴν δόσιν ὑπῆρξεν αὐτός. Αἱ μέντοι δοθεῖσαι, τὸ μὲν εἶδος θριδακίναις εἶχον ὁμοίως, τὴν δὲ γεῦσιν ἡδίω [11] πολλῷ καὶ ξενίζουσαν. Ἕπεται τῷ ῥηθέντι καὶ ἕτερον [12] ὅμοιον [13] καὶ συγγενές. Ἡμέραι μὲν οὖν ἦσαν αἱ τοῦ θείου πάσχα, ἐπιθυμία δὲ τυροῦ νεαροῦ τὸν μέγαν αἱρεῖ πάνυ σφόδρα δεινή. Ὁ μὲν οὖν ἐμέμφετο ταύτην ὡς σωματικωτέραν, καὶ ἑαυτοῦ κατεγίνωσκεν, ὡς σαρκικαῖς ἐπιθυμίαις ἔτι ἁλισκομένου. Φαίνεται δέ τις ὄπισθεν αὐτοῦ πάταγον ἐν γῇ τρὶς ποιήσασθαι· καὶ ὃς ἐπιστραφεὶς ὁρᾷ τὸν πατάξαντα τυρὸν μετὰ χεῖρας κομίζοντα τοῦτον [14] νεοπαγῆ, καὶ τὸ λοιπὸν ἐπίσης ἥ τε τοῦ τυροῦ ἐπίδοσις γίνεται καὶ ἡ τοῦ δεδωκότος ἀφάνεια. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ ὅσιος μετὰ συχνὸν ἤδη παραῤῥεύσαντα χρόνον τῷ φίλῳ ἔκδηλα ποιεῖ Δημητρίῳ [15], ποιεῖ δὲ οὐδ' ἐκείνῳ ἁπλῶς, ἀλλὰ παρ' αἰτίαν εὔλογον τοιαύτην. Ἐκοινολογοῦντο ποτὲ πρὸς ἀλλήλους ἀμφότεροι, καὶ ὁ χρηστὸς οὗτος Δημήτριος τῶν εγγυτέρω

— [6] γὰρ S. — [7] οὕτως R S. — [8] *om.* R. — [9] ὅλον C. — [10] δὲ S. — [11] ᾠδίω B. — [12] τι *add.* B. — [13] τι *add.* R S. — [14] τουτῶ C Q R S, τούτων P B. — [15] (ἔ. π. Δ.) Δ. ε. π. S.

sierat appositum erat, aut eo penitus abstinebat gulamque victor reprimebat, aut certe, si lac erat seu iusculum aliudve id genus, cum alio edulio confundens atque permiscens, retusa omni suavitate, tum demum sic edebat; adeo ille infestus erat carnalibus desideriis voluptatesque omnes perpetuo insectabatur. Ceterum lactucam, ut diximus, desideranti, psalmosque Davidicos de more succinenti, ob oculos sistit se quidam tres lactucas manu gerens, quibus porrectis mox evanuit. Hae autem lactucarum quidem speciem referebant, sapore tamen peregrino erant multoque suaviore. Sequitur aliud superiori affine et consimile. Agebantur dies paschae, cum vehementi rursum casei recentis desiderio teneri coepit : quod quidem ipse ut corporis commodis obnoxium reprehendebat, seipsum condemnans, qui carnalibus desideriis adhuc serviret. Tum a tergo visus est quidam terra ter percussa sonum edere. Ad quem conversus, recentem in eius manibus caseum videt; quo relicto mox, ut in lactuca evenerat, ex oculis abiit. Haec sanctus longo post tempore caro Demetrio prodidit,

τούτων χρόνων κατήγορος ἦν [16] σφοδρότατος, ἅτε δὴ μεγάλων ὡς πρότερον καὶ Θεῷ μεμελημένων ἀπορούντων ἀνδρῶν. Καὶ ὅτι τὰ θεῖα καὶ μέγιστα τῶν πάλαι χαρισμάτων ἀπέσβη νῦν, καὶ οὐδαμοῦ δείκνυται, ποῦ γὰρ ἄρτι τὶς οὕτω Θεῷ κεχαρισμένος ὡς καὶ τοσαύτης ἠξιῶσθαι τῆς παρ' αὐτοῦ προνοίας ἵν' ἐν καιροῖς ἀπόροις καὶ ἀναγκαίοις διὰ χειρὸς ἀγγέλου τροφὴν δέξηται; Πρὸς ταῦτα ὁ ὅσιος ὑπανεὶς ἑαυτὸν ἐν σεμνῷ μειδιάματι· Ὡς ἔοικεν, ἔφη, φίλτατέ μοι Δημήτριε, ῥαθυμία σοι πλείστη τοὺς τοιούτους ἀπέτεκε καὶ λόγους καὶ λογισμούς· οὐδὲ γὰρ ἔμαθες ὁμοίως τῷ θεοπνεύστῳ Δαυὶδ καὶ αὐτὸς λέγειν, τό· Σὺ εἶ αὐτὸς ὁ βασιλεύς μου καὶ ὁ Θεός μου, ὃς εὐδόκησας ἐν αὐτοῖς. Τίσι δὴ [17] τούτοις; Τοῖς προγεγενημένοις πατράσιν ἄντικρυς, ἐπεὶ γὰρ εἷς καὶ αὐτός ἐστιν ὁ καὶ νῦν καὶ τότε Θεός. Ὡμολόγηται δὲ οὗτος φιλανθρωπότατός τε εἶναι καὶ κηδεμονικώτατος, καὶ τοῦ ἀνθρωπείου γένους πολλῷ μᾶλλον ἢ καὶ πατὴρ ἐπιμελόμενος [18], οὐδένα οὗτος [19] τῶν καθ' ἑκάστην γενεὰν φοβουμένων αὐτὸν ἀποστέργει οὐμενοῦν οὐδ' ἀποκηρύττει, ἀλλὰ καὶ λίαν μεταποιεῖται καὶ κήδεται καὶ θείων ἀξιοῖ χαρισμάτων καὶ οἷα πατὴρ φιλόπαις, ὧν ἂν οὗτος ἐν ἐπιθυμίᾳ γένηται, εἰ μὴ κατὰ ψυχὴν βλάπτοιεν, οὐκ ἀποστερεῖ. Ταῦτα εἰπὼν καὶ τὸ τοῦ λόγου εὐθὺς οἴκοθεν ὁ μάρτυς δείκνυται, καὶ

— [16] ὢν S. — [17] δὲ C B. — [18] ἐπιμελούμενος S. — [19] οὕτως Q R S.

haud temere id sane, sed legitima de causa faciens. Colloquebantur aliquando inter sese; et Demetrius nostra haec tempora iisque proxima magnopere vituperabat, ut quae magnos, et quales antiqua protulerant, qui Deo curae essent homines non habeant: maximas illas olim usitatas divinas gratias iam exolevisse, et numquam spectari; ecquis enim Deo nunc adeo gratus, quem tanta providentia dignetur ut angeli manu alimenta urgente necessitate accipiat. Ad haec sanctus leniter subridens: *Non parva, ut apparet, socordia hasce tibi, carissime Demetri, voces et cogitationes expressit; neque enim cum divino Davide illud dicere didicisti: Tu idem es rex meus et Deus meus, qui tibi complacuisti in eis. Quibusnam? Patribus qui antecesserunt. Nam quia unus idemque est Deus qui nunc est et tunc erat, constat autem eum benignissimum et providentissimum esse, neminem ille eorum qui unoquoque in saeculo vivunt odio habet aut spernit, sed magna omnes cura suscipit divinisque donis exornat, et tamquam filiorum amans pater, quae illi concupierint, modo ne fraudi animae sint, non abnuit.* Quae cum dixisset, domesticum mox testem se ipsum

πίστιν ἐκ τῶν οἰκείων πλείονα ἐντιθείς, τὰ περὶ τῆς θριδακίνης καὶ τοῦ τυροῦ. μετὰ πολλοῦ ὅσου [20] τοῦ μετριόφρονος ἐκκαλύπτει.

νβ'. Ὅτι μὲν ἄγγελον ἔχει τῶν πιστῶν ἕκαστος φύλακα τῆς ἰδίας ζωῆς, ὁ ἐπιδοιάζων οὐδεὶς ἐκ τῆς θείας γραφῆς ἀφθόνους λαμβάνων τὰς μαρτυρίας. Ἔστι δὲ καὶ ὁ θεῖος οὗτος πατὴρ ἀξιόχρεως τοῦ προκειμένου μάρτυς, αὐτὸς πείρᾳ μαθὼν καὶ κατὰ καιρὸν πάλιν οἷς ἔδει διηγησάμενος. Ἑώρα γάρ, ἔλεγε, τοῦτον ὁτὲ [1] μὲν ἀνδρὶ γέροντι ἐοικότα, ὁτὲ δὲ νεανίσκῳ, ἔστι δ' ὅτε καὶ παιδὶ ὅμοιον. Ὧ καὶ πεποιθὼς ἐκεῖνος, ἀπτόητος ἦν τὴν [2] καρδίαν [3] ἀωρὶ τῶν νυκτῶν διϊὼν τὴν ἔρημον, καὶ μήτε βροντῶν πατάγους [4] μητ' ἀστραπῶν ἐκτρίψεις, μὴ θηρίων μορφὰς ὑποφρίσσων. Ἀμέλει καί ποτε ὑετοῦ ῥαγδαίου νυκτὸς καταφερομένου, ἓν εἰσδὺς τῶν σπηλαίων τὸ ἀσίγητον αὐτῷ χρῆμα, τοὺς τοῦ Δαυῒδ ψαλμοὺς ὑπηγόρευε, πάρδαλις δέ τις ὑπὸ τῆς τῶν ὑδάτων ἀμέτρου καταφορᾶς εἴσω [5] συνελαθεῖσα, καὶ ἑαυτὴν παραβάσασα τῷ σπηλαίῳ, τοῖς τοῦ μεγάλου ποσὶ κατεκλίθη. Καὶ ὃς αἰσθόμενος, παίει τε λὰξ οὐδὲν ὑποπτήξας, καὶ οὕτως αὐτὴν ἀπωθεῖ. Ἡμερῶν δέ τινων ὁ κλεινὸς Συμεὼν παρ' αὐτὸν ἀνεληλυθώς, ἄλλα τε διειλέχθη τῶν εἰς ψυχῆς ὠφέλειαν συντεινόντων, καὶ δὴ καὶ περὶ τοῦ μὴ πτοεῖσθαι ἤρετο· Πῶς μόνῳ σοι διϊόντι ὄρος, καὶ ὄρος

— [20] ὅσον B.

κβ'. — [1] ὅτι B. — [2] τῇ S. — [3] καρδίᾳ S. — [4] (β. π.) π. β. S. — [5] ἴσως P Q.

producens, quae de lactuca et caseo dicta sunt qua par fuit modestia commemoravit.

22. Suum fideli cuique angelum esse vitae propriae custodem nemo est qui ambigat, cum in sacris litteris tot habeat et tam certa testimonia; divinus vero hic vir locuples fideque dignus testis fuerit, ut qui re ipsa expertus sit, quemadmodum aliis rursum pro re nata narravit. Videre enim se illum dicebat nunc seni, nunc adulescenti, nunc etiam puero similem, eiusque praesentia fretus, intrepido corde semper erat, vastam eremum intempesta nocte peragrans, nec tonitruum fragores nec fulgurum ictus nec ferarum formas ullas reformidans. Accidit forte aliquando ut, ingruente noctu imbre vehementi, antrum quoddam subiret, Davidisque psalmos suo more recitaret; cum pardalis, immensae pluviae vi compulsa, eodem se recepit et ad magni viri pedes accubuit: quam ille sentiens, nullo metu tactus, calce impacto protinus eiecit. Post aliquot dies cum ad eum venisset Symeon, inter ea quae ad variam animae utilitatem disputata sunt, de terroris etiam vacuitate interrogavit. *Qui fieri potest,* inquit, ut *soli tibi montem*

οὕτως ἔρημόν τε καὶ ἀγριώτατον, καὶ μάλιστα ὑπὸ νύκτα, ἄλλως τε δὲ καὶ βροντῶν ἐνίοτε καταῤῥηγνυμένων, καὶ τῶν δένδρων ἀστραπαῖς βαλλομένων, πῶς οὐ δέους ταῦτα ἔμπλεω τὴν σὴν ποιοῦσι ψυχήν; Ὁ δέ· Εἰ καταλίπῃ με, φησίν, ὁ διὰ τὴν πολλὴν ἀσθένειαν περιθάλπων με καὶ φυλάσσων ἄγγελος, οὐκ ἀστραπαῖς μόνον καὶ βρονταῖς καὶ θηρσὶν ἀγρίοις κατάφοβος ἔσομαι, ἀλλὰ καὶ φύλλων ὑποπτήξω τὸν ἦχον. Τοῦτο εἰπὼν τὸ τῆς παρδάλεως ἐπιχαρίστως αὐτῷ διηγήσατο.

κγ'. Ἄξιον καὶ τοῦτο μνήμης τε ἅμα καὶ γραφῆς τυχεῖν. Μετὰ τὸ κατελθεῖν τὸν ὅσιον ἐκ τοῦ στύλου, καὶ τοῖς ἐρημοτέροις, ὥσπερ ἔφημεν, ἐπιβῆναι τοῦ ὄρους, μοναχός τις ὄνομα [1] Παχώμιος [2] (1), τὸν στύλον ἀναβῆναι τοῦτον ἔρωτα ἔσχε, καὶ οἰκῆσαι τὸ σπήλαιον. Ἀρετῆς δὲ οὗτος ἐραστὴς ἦν καὶ ἀψευδὴς Χριστοῦ δοῦλος, ὡς τὸ πέρας αὐτοῦ τῆς ζωῆς ἀναμφιλόγως ἔδειξεν. Ἓν γὰρ ἔτος ἐκεῖ διαζήσας, ἐν τῷ νόμῳ κυρίου ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς διαμελετῶν ἦν. Ἐν μιᾷ τοιγαροῦν τῶν νυκτῶν τὰ τοῦ Δαυῒδ ὑπᾴδοντα, καὶ τῇ βίβλῳ τούτον [3] τὴν κεφαλὴν προσερείσαντα καὶ γὰρ εὕρηται τὸ βιβλίον ἐπὶ χεῖρας ἔχων, ἀπέλιπεν αὐτὸν ἡ ψυχή. Ἦν ὁ θεῖος Παῦλος τῇ κορυφῇ τοῦ ὄρους προσεδρεύων ἐξελθοῦσαν εἶδε

κγ'. — [1] ὀνόματι S B. — [2] Παγχώμιος P. — [3] τούτων B.

obambulanti, et montem quidem adeo vastum et desertum, ac noctu potissimum, tonante interdum caelo arboribusque fulminum igni tactis, haec animum metu et formidine non impleant? Cui ille : *Si me,* inquit, *destituat qui me propter summam imbecillitatem meam fovet et custodit angelus, non tonitrua modo et fulgura feraeque silvestres, sed ipsi me frondium strepitus terrefacient.* Et his dictis, pardalis narrationem lepide subiecit.

23. Dignum praeterea quod sequitur memoria et litteris. Postquam e columna descendens ad ulteriora montis iuga concessit, ut dictum est, monachus quidam, nomine Pachomius, columnam conscendere et specum eundem habitare instituit: vir plane amans virtutis, Christique sine fuco servus, ut eius vitae exitus apertissime declaravit. Is anni spatio quem ibi transegit in lege Domini, dies noctesque assidue meditabatur. Quadam ergo nocte Davidis psalmos canentem capiteque in eius codicem incumbentem, sic enim postea deprehensum est, anima

(1) Iam diximus, p. 43, in quodam Synaxario ad diem xv maii, recoli memoriam τῶν ὁσίων πατέρων ἡμῶν Παχωμίου καὶ [Ἀθανασίου] ἐν τῷ Λάτρῳ. Sitne ille confundendus cum sancto viro de quo hic, necne, alius decernat.

6. Quid multa? De divini tactus inspirationis igniculo, sacrae praedestinationis praeeunte arbitrio, eximius adulescens Rodulfus quod a praefatis petebatur patruis annuit, atque pro patris suorumque consanguineorum remissione peccaminum minister et auctor coepit esse operis, sperans eorum intercessione habere expiationem totius facinoris. Huius siquidem intentionis completa voluntate, maturata legatione, vir venerabilis Vuidricus praedicto abbati cum summae devotionis affectu ad effectum prosperitatis desiderii sui arbitrium fore nuntiavit futurum, sineque prolongationis dilatione, in itinere aptatis complicibus concitoque gressu, cum omni sollicitudine occurrens veniat sine haesitatione securus, quia consensu voluntatis Dei, secundum suae voluntatis desiderium, causa Dei nostri ipsiusque abbatis rogatu, quicquid cum summae sollicitudinis studio erga suum quaesivit nepotem, cum affectu dilectionis fideliter adinvenit. Huius itaque legationis suscepto praeconio, [f. 19v] grandi cum exultatione itineris coepit maturare abbas apparatum, aptiorisque velaminis sumpto apparatu ad suae peragendum voluntatis negotium, binas sacri mysterii aptavit lenas, quae ad tantae recipiendum aptae forent dignitatis thesaurum. Factum est igitur quatinus transacta Christi nativitatis sollemnitate, octavo die scilicet eius * circumcisionis, post huius dispositionis apparatum, istius causa comitatus itineris, quendam Robertum iam dictae fratrem ecclesiae ad se accersiret pater praedictus; forte enim in venerabilis genetricis Mariae Hasteriensi

* *prius* eiusdem.

coenobio, sicut eiusdem habitationis provisor, eandem nativitatis egerat celebrationem.

7. In sequenti autem die ab eodem exeuntibus coenobio, in ipsius itineris incohatione nobis lucidi tanta poli Christo auspice data est serenitas ut mutatio aetheris coruscantis, fugatis caliginosis* imbribus, videretur hiemali postposita austeritate iucundum salubreque vernalis solis tempus reduxisse. Deinde hospitam nostrae peregrinationis quandam villam Arduensis pagi, sub nostrae iuris ecclesiae, Loctras (1) nominatam, regimine, elegit abbas praedictus, hospitalitatisque causa sub ipsius habitationis protectione est ingressus, quousque Christi transacta apparitione [f. 20r] debitum sacrae pensum famulationis Christo solveret, sicque cum ipsius auxilio ad peragendum prioris voluntatis negotium devotius praepararet. Cumque transacto die praedicti praestolaretur adventus Rodulfi, in ipsius pagi confinio, causa cuiusdam concilii, Leodiensis subito archidiaconi nostro intimatur adventus abbati, suaeque postponens sollicitudinis negotium, propter iam dicti Rodulfi dilationem ob cuiusdam rationis occasionem, ad denominatam mature coepit properare contionem. Ascendentibus itaque nobis, subito caeli mutata serenitate nivis et pluviae caliginosus patefecit aer austeritatem, tantaque fuscanae diei cum brumalis nivis conglomeratione exstitit asperitas, quo vix itineris semitam intuentes ad praedicti pervenire valuissemus concilii stationem. Venientes autem ad praefatae stationis congeriem, itineris frustrata vexatione, concilii interdictam sedem percepimus, sicque per viam qua venimus regressi ad locum unde egressi fueramus, redire properavimus concite. Quem cum introissemus, ecce protinus adveniens nostro Rodulfus occurrit adventui, noctisque quietione transacta, summo diluculo cum sollicita acceleratione nostri carpsimus itineris callem, ipsius nobis praedictus ducaminis suffragium praebens. In ipsius ergo introitu itineris iterum divinae [f. 20v] miserationis remedium adfuit. Nam ille qui de thesauris suis ventum producit, nebulosa prioris diei fugata caligine, iubaris venustatem radios solis splendescere iussit, quatinus patenter manifestaretur divini consilii praedestinatione sanctorum fore futuram translationem.

8. Igitur sabbato infra dominicae apparitionis octavas iuris ipsius Rodulfi possessionem penetravimus, atque in suae domicilium habitationis introeuntes, cum summae sollicitudinis studio ad indaginem praefatorum martyrum pervenire cupientes, cum callida argumentatione investigare ordinem rei coepimus. Cum vero inter cetera allocutionis oracula ex sanctorum veneratione proferretur sententia, protinus plurimi protulere plurima, tantaque ex multimoda divinae

* *cod.* fugans caliginosos?

(1) Louette-Saint-Denis (arrond. Dinant).

* *forte supplendum* gratia.

miserationis * prodigia, quae ad enucleandam horum dignitatem in adiacentis regionis habitatione super morbidulos variisque pressos infirmitatibus divina dignatio dignata est ostendere, fuit proferentium copia, quatinus vim rationis ferre non valens sigillo clauderet id animus oblivionis ob pondus mutuae verbositatis. Saepe enim a transeuntibus in eorum basilica claris cum luminaribus ingentes voces dulcesque psallentium, et maxime in festo sanctorum martyrum, auditae sunt, idcircoque propter salubritatis adminiculationem crebro grandis ipsius provinciae praedictam basilicam populorum frequentia [f. 21r] visitans summa cum devotione usque in praesenti tempore consuevit venire, atque dignitatis cultibus inhaerens, sumpto cum corporali sanitate animae remedio, certatim ubique Christum in suis insignis * martyribus laudantes, ipsius praedicabant magnalia.

* *sic.*

9. Interea ex contubernio ingentis familiae ipsius Rodulfi confestim unus quoddam insigne miraculum, quod in antecedenti adventus abbatis suaeque relationis quadragesimali tempore, praedictorum basilicae martyrum terens ob suorum purgationem flagitando scelerum limina, animadverterat, replicare coepit, mirabile pavendumque per omnia illud reddidit. *Contigit enim*, ait ille, *mihi quod, transactorum facinorum expiationem remediumque per eorum intercessionem mente sollicita in cuiusdam quadragesimalis diei apparitione requirens, sacratissimaeque limen penetrans ecclesiae, quietionisque eorum sanctificationem appropinquans, ipsius basilicae sanctuarium intrarem; illudque ingrediens, tanti protinus luminis claritatem erga ipsius sacrarii ambitum diversorum circumspexi cereorum, quod territa mente ipsius deserens luminis venustatem, magnitudine * sic compulsus timoris, contra meae voluntatis * arbitrium omnem confestim ipsius relinquerem basilicae habitationem. Ut autem extra illius sanctificationis dulcedinem arcanum caelestis divinitatis obsequium, obsistente meae crudelitatis facinorosa austeritate, contemplare non* [f. 21v] *valens, exivi, mox tantae dulcedinis suavitatem auscultans, voces quasi diversorum sexuum infra ipsius ecclesiae ambitum dignitatis servitutem per gratuitarum vocum sonoritatem designantes admirabilis speciositatis laudem iucunditatemque dulcissime psallentes audivi. Protinus cum ingenti devotione me reum proclamans, totis interioris mentis visceribus meipsum culpabilem demonstravi; atque deinceps sine honoris reverentia ipsius vitans introitum ecclesiae, locum quietionis eorum ingressionemque ipsius sanctuarii interdicendo mihi, venerabili memoriae eorum per alicuius ausus improvisam temeritatem non appropinquare promisi.* Haec aliaque quamplurima auctor totius bonitatis ad laudem et gloriam eorum dignatus est demonstrare, quae propter multiplicatae loquacitatis pondus, propterque fervorem propositi actus * oblivionis velamine tegens, per scriptoris

* *cod.* magnitudinem.
* *cod.* virtutis.
* *cod.* auctus.

articulum, calamo tardante scribere neglexinus. Quapropter coeptae rationis ordinem sequentes prioris operis voluntatem aperiamus.

10. Adventus igitur nostri transacta nocte, dominici diei diliculo coepit abbas tractare, qualiter sine inquietudinis strepitu sacratissimae mansionis locum adveniens penetraret, definitaque consilii sanctione, praedicto fratri Roberto pro diei veneratione divinitatis obsequium sacratissimaeque dominicae passionis mysterium celebrare praecepit. Qui post huius celebrationem ad prandii invitatur [f. 22r] refectionem; sed suae voluntatis intentionem nutu intimans nepoti Rodulfo, simulataque doloris infirmitate, aliis reficientibus ipsius spernens epulationis sustentationem, fratrem iam dictum contra suae voluntatis desiderium, ne sequenda notificaretur actio, sustentationis alimoniam sumere iussit, illiusque domus benedicens habitatores, post ipsius epuli refectionem et dans pacem omnibus illam reliquit habitationem. Sicque divisis sociorum turmis, cum familiaribus actus industrii comitibus sanctificationis appropinquare locum coepit. Quem praedictus una cum venerabili Rodulfo praeveniens Vuidricus, sine impedimento alicuius scrupulositatis, ante eius adventus introitum aperiri iussit eiusdem basilicae ostium. Illius autem loci habitatoribus moris erat causa speculationis cum religiosis locum intrantes observare personis; sub religionis enim habitu quidam cum quibusdam mulieribus loco deservientes, limina observabant basilicae illius. Quibus venerabilis Rodulfus praecipiens interdixit ne praeoccupando ipsius basilicae ambitum venturo abbati facerent impedimentum, qui cum causa devotionis locum invisere desideravit, cibum vitans sumere ieiunus advenit. Ad illius igitur vocem iussionis mandato mature completo suarumque sollicitudinum postposita consuetudine, securi locum reliquere, sicque ipsius abbatis [f. 22v] adventum praestolavere.

11. Cum autem adveniens introitum penetraret basilicae sanctificationisque locum ingrederetur, in mentis excessu repente positus luminis obumbrationem per unius spatium horae, ut ipso postea referente cognovimus, est abbas perpessus. Qui, prolixioris orationis extensa supplicatione, lavacro purgationis, sacra scilicet confessionis satisfactione, suum studuit pectus purificare; deinde, sancti Spiritus roboratus auctoritate, istius invicem purgationis completa satisfactione, praedictum fratrem (1), oboedientiae dans sententiam, non distulit iubere, quatinus ardua scandens arae feretrum sumendo, insuper sanctificationis loculo poneret altare. Ille ergo, percepto illius oboedientiae mandato, cum summa acceleratione ad illius vocem praecepti, oboedientiae fretus auctoritate, iuxta suae voluntatis man-

(1) Robertum scilicet, de quo recens n. 10.

datum, magni ponderis studuit deponere feretrum, summaque cum agilitate depositum eiusdem ipse aperiri iussit abditum. In cuius siquidem venerabili revelatione mira protinus emanavit odoris suavitas, tantaque nobis actionis illius extitit iucunditas quatinus contemplativae vitae praesens adesset prosperitas. Mundis siquidem linteaminibus sumptis, venerabilia sanctorum pignora frater praedictus cum abbate devotissime aptare coepit, in quorum venerabili coaptatione mira sacrorum corporum venerabilis divisionis apparuit distantia. Nam alterius venerabilis corporis rubicunda [f. 23r] antiquum ebur denotans ossa, unius candidationem corporis pulchritudo munda velut linteamina usque modo patenter demonstrat.

12. Iuxta siquidem temporis opportunitatem, verenter ipsorum aptantes pignora e moenibus illius ecclesiae transtulimus; sicque nostrum cum ingenti gaudio iter accelerare coepimus. Quod ducaminis amminiculationem praedictus praebens Rodulfus, cum callida sollicitudine observare studuit, eius ne matrem sollicitantes provinciae illius incolae loci turbarent habitatores, donec extra sui iuris possessionem egredientes, liberam abeundi haberemus potestatem. In nostrae igitur egressionis itinere non asperitatis scrupulositatisve impedimentum velocis volubilitatis fortuna praebuit labilis, cuncta verum prospera fortunium salutare indidit atque salubria. Rogatu ergo praefati Vuidrici, cum thesauro sibi commisso fratrem praedictum antecedendo, ne strepitu alicuius scrupulositatis turbata provincia turbationem aliquam inferret, iussit familiaribus fretum complicibus abbas praecedere; ipse autem causa cuiusdam rationis iter protelans, quibusdam alloquentibus tyrannis in oppido dicto Macerias (1) se praesentavit.

13. Cum magnae igitur dulcedinis exultatione e terrae illius finibus exeuntes atque Arduennensis pagi asperrimam semitam ingredientes, tum per iuga montium, per concava vallium ambulare coepimus, ita sine alicuius casu [f. 23v] impedimenti illud prospere peragrantes iter, quod praedictus frater venerabile desiderabileque pondus portando nullam alicuius vexationis taedio affectus sentiret ruinam. Enimvero gratia fraternae dilectionis ipse Vuidricus apud abbatem precibus obtinuerat, quatinus suae regressionis hospitium erga eum susciperet; memorato fratri praecepit quo futurus infra illius possessionem securus cum celeri gressu festinaret properare ad aedem habitationis illius. Ergo iuxta senioris edictum ad illius cum summa celeritate ille pervenit domicilium, in cuius cum occultando callide sui oneris pretiosum thesaurum descenderet habitationem, veluti conscia propositae actionis voluntate, si desiderabilem illum nobis miseri-

(1) Mézières (départem. des Ardennes, France).

cordia Domini voluisset demonstrare, si salva vexatione itineris prospera contigisset, Christi voluntate uxor illius coepit inquirere, per cuius tota illius provinciae affinitas liberabatur intercessionem *. Audiens igitur vocem illius, cum ingenti exultatione prospere cuncta ille rettulit evenire, felicem fore una cum habitatoribus domum illius, quae tantis fulta hospitibus, horum decorabatur venerationibus. Cum haec aliaque quam plurima illa requireret et ille referret, cum summae accelerationis secum cunctis acceitis clientulis magna aptantes luminaria, pari recepere devotione sanctorum pignora, atque in aptiori aedis habitaculo collocantes, suorum [f. 24r] flagitaverunt remedia facinorum. Deinde abbatis praestolavere adventum.

* cod. intercessione

14. Noctis igitur quiete cum iucunditate transacta, in quo sanctorum causa maioris reverentiae, aptarentur pignora, summa cum festinatione aptare lipsanum decrevere; in cuius studiosa coaptatione mirabilis prodigii evenit eventus. Nam in illius aptationis celeritate ita eius composita est structio, quod venerabiles in ipso aptantes reliquias non amplius componere (si opus necessitatis incubuisset) valuissemus, neque congruum ad continendam horum dignitatem lipsanum fuisset maius. His itaque compositis, nobilis Geila, uxor ipsius Vuidrici, una cum suo sponso pro suorum remedio peccaminum honorificentiam oblationemque sanctorum venerabili memoriae facere cupiens, ex suae familiae praecipuis, antequam de illius aede egredientes transferrentur, tria contulit mancipia; quorum ob animi illius devotionem atque sanctorum honorificentiam in praesentis operis exigua compilatione ita studui nomina perstringere. Una namque horum, per sui accita vocabuli agnitionem, solvendum deinceps debitum est iussa solvere censum, cuius agnitio vocabuli fertur fore Maria, puerilisque aetatis Imma, Adelaidis, aliae duae dictae sunt in agnitione vocabuli. Cum talis ergo devotionis honorificentia secundum loci opportunitatem venerabilis Geila nostrum sua pro possibilitate prosequens iter, [f. 24v] nos in pace dimisit; illiusque linquentes habitacula possessionis illius, nos accelerare immensitas gaudii coegit. Cumque iterum per devia montium iuga atque concava vallium ambularet frater praedictus, expavescens sonipedis debilitatem, ne illius casu alicuius ruinae fieret impedimentum in arctissimae gravissima semitae illius asperitate, ipsorum fretus auxilio portitor portabatur, atque sine alicuius perturbationis laesione ab omni illius provinciae pertransiit calamitate fines securus.

15. Deinde illius pagi asperitatem transeuntes atque in quandam Famennensis (1) confinii hospitalitatis causa villam Gozin (2) dictam

(1) De pago Famennensi cfr. Ch. Piot, *Les Pagi de la Belgique pendant le moyen âge*, p. 157 et sqq. Bruxelles, 1874. — (2) Prope Beauraing.

ingredientes, desiderabilis oneris thesaurum in venerabili basilica illius loci in sancti dedicata Nicolai veneratione reposuimus custodiendum; sicque diffinito consilio atque tradito vernulae mandato, transmissum celeriter est in Walchiodorensi coenobio. Adveniente autem eo in eiusdem coenobii habitaculo, illius relationis cum ingenti iucunditate ipsum praefati fratres circumdantes desiderabile coeperunt percipere eloquium, sineque aliqua dilatione ordinem rei, qualiter cursu felici concupitae vexationis complessent itinera, invicem investigaverunt. Suae igitur legationis reddito mandato, in sequenti die sanctorum iussit praestolari adventum; sicque creatori omnium dulci cum exsultatione ipsius habitationis turma cum illorum coetu seniorum laudes gratiasque devotissime reddiderunt. Maioris igitur signi sonitu [f. 25r] advocata plebe, in ipso desiderabilis translationis die manualia opera fieri interdixere; verum sine alicuius scrupulositatis occasione cum summae venerationis honorificentia obviam sanctorum pignoribus totam ipsam iusserunt occurrere.

16. Igitur matutinali adveniente luce, summa cum velocitate expleta diei servitutis sollicitudine, venerabilis seniorum contio cum plebe processit obviam venerabilibus personis; atque propter amplicationem devotionis obque dilectionem desiderabilis thesauri usque ad terminum unius miliarii ipsos sanctitatis circumdatos vestibus extendere mysteria processionis non piguit. Occurrunt itaque cum grandi dulcis cantus acclamatione pondus desiderabile portantibus; contigitque, cum eiusdem susciperent dignitatem atque ob honoris reverentiam in sancti Pancratii Falemanniensi (1) basilica lipsanum eorum cultu ornarent venerabili, quatinus repente quorundam mirae suavitatis odor corpora repleverit. Interea cum dulcissimae modulationis sonoritate in suis Christum martyribus dignis gloriosum mirabilemque laudantes, ipsius certatim resonant magnalia, sicque ipsius horumque venerabili freti patrocinio, ad Mosae fluminis cum gaudio perveniunt litora. Illud vero sine subsidio nauticae gubernationis transiere; hiemalis enim asperitas ipsius alveum fluminis conglutinaverat forte.

17. Certatim ergo [f. 25v] quisque cum ipso abbate studet lipsanum venerabile contingens asportare. Quod ut moenia sanctificatae habitationis coepit appropinquare, ita illud quibusdam portantibus coepit gravare, ut unus illorum, compulsus anxietate laboris, circumstantes flagitaret sibi subsidium ferre. Non ergo quis dubitet sine divini consilii praesagio ipsorum fieri translationem, cum tanta agilitate in omni itineris asportatione ipsorum delata sunt corpora, quatinus nullius anxietatis pondus delator eorum diceret se sentire propter meri-

(1) Falmagne (arrond. Dinant).

tum oneris illius. Credat necessario denique divinitatis factum consilio, quo qui Petro liquidum calcabile praebuit elementum, ad honorem eorum ipsis horumque cultum famulationis exhibentibus sine dilationis impedimento flumen profundum in ipsa die praeberet calcabile gressibus. Ergo cum cleri plebisque tripudio in sanctificationem basilicae virginis Mariae translata, populo senior ipsius basilicae ipsorum decrevit manifestare pignora; in quorumque venerabili manifestatione mirae suavitatis iterum coepit odor manare, ex cuius cum odorifera aspiratione corpora quorundam sunt repleta dulciter, sibi petiere pretiosarum reliquiarum non denegari oscula. Igitur dominicae passionis mysterium abbas replicans sollemniter, cum eiusdem loci senioribus populoque diem peregit verenter, ipsiusque diei memoriam invicem quotannis [f. 26r] statuerunt celebrare ad laudem et gloriam sanctorum fideliter.

18. Translata sunt autem corpora eorundem martyrum, Candidi scilicet [et] Victoris, idus ianuarii anno millesimo centesimo quadragesimo tertio ab incarnatione Domini, indictione sexta, anno imperii sexto Cuhonrardi secundi, Leodio Alberone secundo fasces praesulatus gerente, a domno Theoderico abbate, anno sui regiminis quarto decimo, in iam semper virginis Mariae memoratam basilicam, quo usque ad praesentem diem florent ~~eorum~~ beneficia ad laudem et gloriam nominis Iesu Christi per infinita saeculorum saecula. Amen. Laus Deo et beatae Mariae.

II.

[Prologus.]

1. [f. 26v] Omni tempore diligit qui amicus est. Omnimoda tua, frater, dilectio unanimis me cogit usque eo ut, dum non ignorem corruere ab intellectus altitudine quicquid promptula verbositate compositum fuerit a quocumque, veluti parietem ab imperito constructum artifice, tam deformitatis pati calumniam quam ruinae. Id mecum revolvens, etsi curis familiaribus impeditus, vix satis studio otium suppeditante queam, et idipsum quod datur otii libentius meis excessibus curandis insumere mallem, tamen etiam cum mei pudoris detrimento, victus tuo rogatu importuno*, meimet arbitrio dignus obiurgatione, cum subsannatoribus displicuerit incultus sermo, materiam disertis auctoribus reservandam illucubrato et impolito impudens occupavi stilo, satis ducens tolerabile si ob hoc amore tui absens reprober quocumque, dum me huius, cuius post largitorem Deum translationis operator es, scriptorem caveas prodere. Igitur propter devotionem quam erga te

* *cod.* importurno.

et reliquos fratres meos Walchiodorenses habeo, qui me in sodalitium suum ob hoc merito asciscunt, quia crepitanti sub disciplinae suae ferula aetatulam meam domuerunt, et fundamentum si quid in me aedificii est posuerunt, inefficaci sermone penes illos liberalissimos meos magistros non sine rubore confusionis os aperire audeo. Attamen priusquam narrandi ponam exordium, pauca subiungere duxi [f. 27r] necessarium, si quis vestrum ab omni serio feriatus aures ut audiat, vel his quae iuxta linguae meae ariditatem et ingenioli tarditatem referre disposui, oculcs adhibere velit ut perlegat, tamquam fabulosis aut frivolis fidem adhibere non ambigat; vera quippe et fidelis mea erit relatio.

Adventus trium corporum ex collegio Agrippinensium et cetera *.

* *tit. script. alia manu.*

II. Quoniam ex Agrippinensium collegio undecim milium virginum adventus ad nos sollemnitatem et dilectam nobis atque iucundam exceptionem hodierna die debitae devotionis officio celebramus, summopere studeamus nobis ad plurimam imaginare aedificationem quod colimus, ut sicut illae spiritualis praelii bellatores eximiae sexum et mundum cum suo flore triumphantes, Christum crucis baiulatione secutae sunt et castitatis usque ad sanguinis effusionem in posterum suis sequacibus semetipsas formam praebuerunt et exemplum, ita et nos transitoria postponentes, caduca respuentes, nosmetipsos cum vitiis et concupiscentiis crucifigentes, cum beato apostolo Petro constanter Domino dicamus: *Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te.* Quod non solum in ipso apostolo et in eius condiscipulis, sed et in istis beatissimis, quarum solatii et visitationis consolationem hodie nobis venisse, in gratiarum actione divinis laudibus invigilantes gratulamur, perfectissime completum credimus. Derelictis enim omnibus domibus, agris rebusque patriis, saeculi gloriam, nobilem pompam, utpote regum proles, principum progenies, semper virentis paradisi [f. 28v] agrum et domum non manufactam in caelis affectarunt. Dereliquerunt et coniuges et amplexus coniugum delectabiles et qui exinde creantur filios, non quos umquam expertae fuissent, sed quos habiturae * essent, si saeculo fidem servare praeoptassent, castitatis amore contempserunt, malentes ad illa centum quadraginta quattuor milia electorum numerari pertingere, qui cum mulieribus non coinquinati sequentes agnum quocumque ierit, cantant * canticum novum ante sedem Dei et agni, quod nemo potest dicere nisi illi. Nos ergo, dilectissimi, qui primi post praenominatam, quae earum meruit deco-

* *cod.* hibiturae.

* *cod.* cantat.

rari sanguine, sanctam Agrippinam Coloniam, meruimus potiri gloriosae illius xi milium virginum et martyrum legionis portione, ipsarum post ad christiani cultus conversionem habitam intuentes conversationem, imitemur et fidem, non ab re considerantes nobis a Deo provenisse, quod pluribus negatum evidentique miraculo constat prohibitum. Siquidem cum facta opportunitate harum inveniendarum, quam sequenti narratione replicabimus, m lti raptis earum reliquiis in sua quisque transferre desiderarent, clarescentibus correctionibus correpti, quod quisque tulerat confiteri et ad templum quietionis earum referre sunt coacti. Unde cum nobis tam longe remotis haec misericordiae offula cesserit, nulli dubium pium Iesum huic desolatae et priori gloria destitutae conventiculae, interveniente [f. 29r] sancta genetrice sua, domina scilicet et specialiș protectrix nostra, hoc gratiae munus contulisse, ut et ipsa obsequio sui sequacium in praesenti suae dominationis loco stiparetur et utriusque vitae nostrae subsidio earum meritis adminicularetur. Propositi mei videtur autem postulare ratio, quatinus praesenti intexatur opusculo qualiter Deus deorum dominus, virginis virginum filius, a cuius calore fidei nec angulus abscondere se valuit oceani, sanctam huius legionis principem, Britannorum regis filiam, in baptismate, praesago omine, dictam Ursulam, utpote exemplo David futuri regis immanem ursum, diabolum scilicet, superatura, ad suum thalamum corde et animo suspirantem allexerit. His non minus subnectendum arbitror, qualiter virgo praefata pro fama mirae pulchritudinis, qua nimium gratiosa vulgabatur oculis, a filio cuiusdam regis latius regnanti feritate barbarica concupita, ut ab ipsius patre expetita, ac divina revelatione spes frustrandae copulae sit illi concessa. Qualiter etiam sub condicione coniugii et dotis x^cem primaevae aetatis virgines et forma et genere lectissimae perquisitae, et tam sibi quam singulis harum, ipsorum concordi duorum studio regum, mille * nobilis prosapiae virgines suscriptae fuerint, meum erat retexere. Id quoque nihilominus praetermittendum fuerat, qua videlicet divina operatione, condicto nuptiarum die, navali invectione undenis scilicet trieribus in mare contiguo ludum [f. 29v] fingentes et pro servanda tam sua quamque reginae suae integritate Deum exorantes, flabris ventorum impulsa classe, sub parvo temporis spatio ad insignem illam Germaniae metropolim Coloniam applicuerint, indeque pedestri itinere progressae Romam, et regressae apud eandem urbem, depositis corruptibilibus corporum sarcinis, ad caelestem thalamum cum gloria martyrum pervenerint ibique feliciter tumulari meruerint. Haec igitur omnia describenda cum in gestis earum ad liquidum inveniuntur, id quod praemisimus, nos cum primis post praenominatam Agrippinam earum sanguine decoratam sanctas potuisse reliquias adipisci, vel cuius

* *cod.* millę.

industria et studio amminiculante ex eis duarum corpora inde huc delata sint, quibus se illustratam haec ecclesia hodierna celebritate recolit, prosequamur.

* *cod.* res

Textus rei * gestae.

III. Anno dominicae incarnationis millesimo centesimo quinto, princeps N. (1), huius nominis in catalogo Caesarum romanorum rex quintus, alias sane bonus, consiliis impiorum in via peccatorum stantium et in cathedris pestilentiae sedentium anno regni sui quarto depravatus, in augustum piissimum genitorem suum in vigilia natalis Domini manus iniecit, arma commovit, regno pellere omni conamine temptavit, quem adeo saeva persecutione artavit, ut in nullis huius imperii urbibus et oppidis, vicis et [f. 20r] castellis sedem vel quietis diverticulum ei concederet. Quem profugum pia miseratione urbis Agrippinensium sicut et Leodiensium cives excipientes, collato foedere, coniurata conspiratione, usque ad sanguinem in sui * auxilium, filio rebellaturos se, ei ultro pari voto dedere. Ob quam praesumptionem, rex filius primo Leodienses armis, apud quos pater delitescens hiemabat, ad confusionem eius pascha Domini inibi civibus invitis et ob amorem patris renitentibus celebrare contendens, vim inferens expetiit in cena Domini; a quibus, duce Heinrico (2) huius conspiratae compassionis signifero, caesus, non sine magno sui exercitus detrimento terga vertit. Resumptis deinde viribus, coadunato exercitu, utramque urbem subversione exterminaturus, Coloniam versus aciem primitus dirigit.

* *cod.* suis.

Primores urbis, fama venientis regiae expeditionis perculsi, id quod futurum erat, scilicet obsidionem, formidantes insimul et praecaventes, ad tuitionem urbis turritas portas muniunt, muros exaltant, parietes oppositis per girum propugnaculis obfirmant, aggeres comportant, vallum priori vallo adiciunt (3). Sed haec et singula huius seditionis in suo loco abeant, et chronicorum vel annalium historiographis narranda remaneant. Nos tantum inventionem harum sanctissimarum virginum et martyrum hac occasione declaratam, quarum inde ad nos translationem hodierno sollemni tripudio orantes [f. 30v] percolimus, ut invidorum facies obnubilentur, fidelibus et amicis auditoribus retexamus.

(1) Henricus V. — (2) Henricus Lotharingiae, comes Limburgensis. — (3) Summa eventuum in hac § III narratorum cum veritate historica concordat. Videsis L. Ennen, *Geschichte der Stadt Köln*, p. 358-60. Köln, 1863.

Inventio et revelatio.

IV. Cum vallum, ut diximus, per girum fodientes ambitum muri per orbem moeniorum vallarent, ubi e regione fines atrii, qui sparsim piramides illos tumulorum exprimunt, in quibus agmina illa pausant, attigerant, sole cedente, nox singulis laborem relevare in posterum dedit. Succedente crastino, operi se praesentarunt maturius solito; sed rustica manus, utpote conducti vulgi indocta reverentia, non parcentes rostris, ad insistendum coepto hortabatur mutuo, cum extimplo venusti ornatus incredibilis speciei duae muliebris habitus quibusdam ex ipsis supersedere vallo inopinato apparuere, dulci affatu cautius fodere, decentius glebas illas admonentes summovere. A quibus, quaenam tam imperiosae auctoritatis feminae essent, sciscitatae: *Nos ex collegio,* inquiunt, *undecim milium sumus circumcirca quiescentium virginum, nostrumque ductorem et episcopum in medio nostri tumulatum vobis nuntiamus inveniendum post modicum.* Nec huius tam iucundae visionis falso rumor increbuerit, quippe quem iuxta revelationem sanctarum mulierum rei eventus approbavit. Quae mox, ut et tam vultus gravitate quam et alia terribili habitudine, veris sanctitatis indiciis, terrorem attonitis* incussere, dicto [f. 31r] citius disparuere. Secus se stanti indicat hoc alter alteri, turbam gregatim fodientium perculit rumor huiusmodi; per operum magistros divulgabatur verbi tanti fama miraculi, sanctas scilicet virgines, in quibus non sperabantur locis, repertas suique spiritus apparitione suos tumulos suaque membra sui alloquii attestatione revelasse. Certatim ab omnibus utriusque sexus et ordinis et aetatis ad tantae rei novitatem concurritur. Deus in sanctis suis mirabilis ore cunctorum acclamatur, laudum carmine benedicitur, harum patrocinia sanctarum ab imminenti obsidionis periculo suis precibus ut subveniant obsecrantur, ipse Deus ut earum meritis faveat exoratur. Quin etiam tunc liberatam ab excidio absque suae partis sanguine urbem, non ingrati beneficii usque hodie frequenti in gratiarum actione retractione praedicant, et posteris ad laudem Dei et harum sanctarum recolendum inculcant.

* *cod.* attonitus.

V. Fides etiam in miraculorum ostensione adhibetur. Nam aedituus ecclesiae beati Cuniberti, quae erat contigua operi, nomine Christianus, commendabilis vitae presbyter, dum quasi spatiatum vespertina hora illuc pergeret, officiosa sedulitate collaborantibus se ingessit, et quod occurrebat, quamvis modicum, de pignoribus sanctarum humili devotione sibi suisque profuturum domi detulit. Sed cum difficultas receptaculum condignum sub brevi illo spatio deponendi delatum negaret, divina, ut postmodum [f. 31v] patuit, dispositione, secus scri-

nium beati Cuniberti ibidem quiescentis posuit, ut die futuro locare congruentius debuisset. Amotus inde domesticis servitiis properabat parere, cum subito lumen miratur divinitus succensum, quod certum habebat per manus suas ilico fuisse extinctum. Qui, pernici se revocans cursu, secundo exstinxit, ignorans elementum mutum sanctis spontaneum praestare obsequium. Et discessum est. Expeditus denique curis, quibus ad breve exierat deservire, ecclesiam repetiit, lumen iterum ardens reperiens expavit, sanctarumque reputans hoc meritis, omnibus semper memorandum pie vulgavit. Deo igitur cooperante, sanctos suos mirificante, tam certi proventu miraculi fratres sancti Cuniberti prius devoti, nunc devotiores effecti, parochiae suae filios convocaverunt et ad retinendum tam pretiosarum reliquiarum thesaurum precibus et condignis hortationibus auxilium et consilium eorum sibi allexerunt. Erat enim inter eos et sanctimoniales sanctarum virginum non parva pro reliquiis eisdem contentio. Eae quidem sanctarum reliquias sibi reddendas acclamabant, cum coagonistarum suarum corpora in ecclesia sua continebantur; ii sibi eas vendicabant, cum in ecclesiae suae terminos reperiebantur. In hoc autem tam devoto litigio, cuius causae veritas magis accesserit, malui reticere, quam, ea quae parum comperta habeo quasi bene comperta asserens, falsitatis maculam [f. 32r] mihi contrahere. Scio tamen sancti Cuniberti canonicos in vendicandis sibi reliquiis praevaluisse.

VI. Nec interim id quoque praetermittendum, sed ad laudem Dei suorumque fidelium memoriae fideli censeo commendandum, quod didici relatu cuiusdam religiosi presbyteri, ibidem, in ecclesia scilicet sanctarum virginum, praebendarii, quia dum fossores, fodiendi ad horam intermisso studio, refectionis causa suum quisque petiisset diversorium, gaudii non parvi nuntius rumor venit sanctimonialibus, in quadam videlicet fovea summitatem eminere cuiusdam ex lateribus honeste compacti sarcophagi, et inde reliquias sine difficultatis molestia extrahi posse. Tam laeto sanctimoniales excitae nuntio, praefato presbytero praecedente cum cruce et cereis et aliis quae tam sanctis congruunt exequiis, eo festine venerunt, et diligenter fracto sarcophago, quod erat interius litum gypso, cum corpore quod adhuc tam recenti rubebat sanguine, reppererunt. Sanctas igitur cognoscentes esse reliquias, nec immerito, ad ecclesiam sanctarum virginum eas deportaverunt, sanctimonialibus devote subsequentibus cum hymnis et canticis; quibus in condigno loco reconditis, cum ipse praefatus presbyter manus suas, quippe qui eas locaverat, ablueret, cunctis qui aderant videntibus, de manibus eius defluebat velut unda sanguinis. Miraculum succedens [f. 32v] miraculo gaudium continuabat gaudio.

Quaedam enim femina, diuturnae imbecillitatis anxietate fatigata, forte dum effoderentur transiens, de eisdem tulerat reliquiis, sperans

vel sic se adepturam diu negatae subsidium sospitatis. Has vero dum pro simplicitatis suae incuria collocasset in loco non congruo, puellam quandam in somnis sibi astare conspexit, monentem et minantem, quia, nisi reliquias apud se indigne reconditas amoveret, optatae salutis gaudia minus adeptura foret. Excita somno mulier, visioni non tardavit oboedire, quae et diu amissam sanitatem ilico se gaudebat recepisse.

VII. In tam populosa urbe variis referta commerciis diversarum nationum, advenarum et proselytarum causa questus, sed et necessitate tuendae urbis, conductorum multitudo tunc confluxerat; unde nimirum portiones cinerum et ossium harum sanctarum quidam custodum absentiam percipientes mutilaverunt, sicque in sua nil pretiosius delaturi manicare gestiebant. Horum * quidam, Alamanniae gentis, Sueviam natale solum repetens*, cum spatia stadiorum plurima per silvam inclinato ad occasum die gauderet transegisse, retrogrado fessus itinere qua intraverat parte frustrato se repperit labore. Cumque se delusum ignoto semitarum orbe, iterato conamine, diluculi crepusculo alia notiori via maturat repatriare, [f. 33r] ignorans sibi itineris fieri obstaculum ob reliquias indigne praesumptas sanctarum. Sed dum viatorem illum oneris virtus impediret, in tantum ut triduo cassato itinere vergente singulis diebus iam vespere maereret se reditum quo nollet, in se tandem reversus, non sine sui confusione causam expertus, templum sanctarum virginum, sui spiritus angore victus, ingreditur, reatum aperit, furtum detegit, ultro sublata reddit, liber abiit, nulla ulterius obviante itineris vel gressuum difficultate.

* *cod.* harum.

* *cod.* repetentes.

VIII. Alter, Anglus natione, cum ad litora maris descendens, navim solvere paratam repperiens, dato naulo, ascendisset, quamque secum rem virtute divina comitatam ferret cum mallet occultare, pelago urgente coactus est prodere. Nam excitata ventorum procella, motu maris conteri periclitabatur navis, adeo saevissima tempestate orta, ut nec valerent ad aridam remigare nec anchoram ad sistendum figere. Ita navi undique crebra fluctuum collisione quassa, rimis hiantibus, naufragium passos iam tam et vita desperatos quam et irrevocabili praecipitio videres securos. In hoc igitur articulo mortis constituti, ut est moris talium, ante quem pavebant abyssi descensum, sua sibi commissa confitebantur alterutrum. At ille, quem vice Ionae reatus conscientiae gravabat: *Scio,* inquit, *quia mei causa mors haec ingruit ignominiosa. Haec via et* [f. 33v] *hoc opus meum. Haec sanctarum pignora pertinaci audacia temeravi; cuius praesumptionis ultio insontes vos mecum absorbet subito. Quod si intercessionibus earum pius placatus, Deus imminentem hanc mortem dignetur aut differre aut moderare, mox redditus terris, qui maiora in huius baratri chaos deprehensus mallem promittere, nulla diei vel noctis*

indulta quiete, ad tumulum sacrarum virginum regressus, digna satisfactione huius sacrilegii expiabor contagione. Ad hanc compuncti cordis sponsionem, suffragiis, ut credendum est, sanctarum insperata Dei clementia affuit; aura mitior facta, tumultus aequoris sedavit. In syrtes applicita puppis facultatem praebuit aquas exhauriendi et patulas rimas qua fluxerant obturandi. Sic ad vitam animati, resolidata rate, vota solviturum terris hominem revehunt, ne eos iterum redarguat ceti periculum.

Non reticendum quia has sanctarum carnis exuvias totius schismatis recentis et regni status reique publicae divortii auctrix Suevia merito fuisse fertur immerita, nec ad oceanum mare, unde, ut praemisimus, venere, sub verisimili coniectura autumantur voluisse remeare. Quod et veritatis probat indicium. Nam relatae tam ab Suevo quam ab Anglo reliquiae tantis miraculis per dies plurimos claruere, ut de sui reversione sanctis consodalibus suis viderentur applaudere, et urbis ecclesias laetificare de amissarum tam caelibum protectricum recuperatione.

IX. [f. 34r] Impediente nostri sensus tenuitate, hic iam succumbimus materiae, quia quod conatur intellectus exprimere, imperitia facundiae, obstante lingua minus diserta, non suppetit proferre: videlicet, quo tota huius opusculi intentio pendet, qualiter et nos per quendam huius coenobii nutricium, nostrum olim conscholarem, contectalem et commilitonem, adepti sumus tria ex integro corpora ipsarum, quarum ad nos voluntario adventu haec sacra sollemnitas diei spiritualibus feriata gaudiis prosequitur a nobis. Voluntario, inquam, dicimus secundum eventum et redargutionem eorum quos sua virtute, eo quo praefati sumus more, cum sui nimia fatigatione constat asportatis privatos esse. Nisi enim ad nos transire voluissent, nisi, quod semper fatendum est, gratuita sanctae Dei genetricis mediante opitulatione, locum hunc in suae deinceps habitationis domum delegissent, eadem procul dubio nobis obviasset poenalis exactio, eadem maneret faciei confusio. Et si nos servi inutiles, et si in domo Domini vasa fictilia in contumeliam sumus, fuerunt tamen in vasis irae nostris quaedam vasa misericordiae, quae summus faber ille, conflans et emundans argentum, aurea fecit, et huic ecclesiae in honorem fieri tribuit; ex quibus unum memoratus frater noster, A. nuncupatus, a praesentibus et futuris huius ecclesiae fidelibus filiis memoria aeterna non immerito memorandus [f. 34v], vas in honorem domus nutriciae matris praedicabitur.

X. Hic enim veluti Ioseph, quem praescius futurorum Dominus ad sublevamen futurae fratrum transmigrationis famelicae in Aegyptum praemiserat, eodem Domino Deo inspirante, qui per prophetam loquitur: *Voco virum voluntatis meae de longinquo,* ob hanc quam oculis cernimus huius loci multam et magnam spiritualis commodi uti-

litatem, adhuc primaevae aetatis adulescens, cum amore theoreticae vitae ad arctioris institutionis et propositi, videlicet beati Pantaleonis, in saepe dicta Agrippinensi urbe, multa sanctitate pollens coenobium se a nobis exiens contulisset, claustralis disciplinae fideli executione eiusdem monasterii patri domno Herimanno (1), nulli modernorum omni morum probitate et religiosa honestate nostra aetate comparabili, adeo acceptus exstitit, ut in omni bene morigerata subiectionis obtemperantia Maurum, in omni paternae condescensionis affectu ipsum patrem cerneres Benedictum. Notandum igitur, nec iniuria, gratia praedestinationis divinae futurum aliquid, ut credimus, in hoc portendente, sanctarum virginum martyrii die corpori eiusdem ecclesiae incorporatum eum fuisse. Hinc vicissim concordante in alterutrum tam sincera paternitate quam debita filiatione, eiusdem piissimi abbatis consensu et permissione, benivolentia et liberali benedictione, ipse enim tunc temporis, ut alter Equitius (2), illam puellarum congregationem regebat, [f. 35r] tria ex integro corpora ex collegio undecim milium virginum et martyrum, ea qua praemisimus revelatione repertarum, a custodibus et aedituis quoquo pacto emendicata et acquisita emeruit. Qui exinde pie memor suorum, pie recordatus matris et nostri collectaneorum et concretorum, huc delatis iis mansuris et saeculis aeternis profuturis margaritis, super aurum et topasium pretiosis, templum hoc decoravit et extulit. Unde ab hymnidicis angelorum et omnium caelitum choris sit laus et gloria nomini Domini Dei omnipotentis et sanctissimae suae genetricis, huius aediculae gubernatricis, omnis misericordiae matris, quod ex nostris et ex nostrae et institutorum nostrorum disciplinae alumnis et coaevis talis processit educatus, cuius probitate hoc domicilium est auctum in tantum decorem et sanctitatis cacumen.

XI. Appropinquante cum his deificis xeniis memorato fratre loco Walchiodorensi, quo ea deponere statuerat, sero a duobus miliariis hospitio susceptus pernoctavit. Attamen, quamquam diurno fatigatus itinere, noctis instantis spatium iners non passus est praeterire; sed velut Martha circa Dei frequens ministerium, fratribus ad claustrum suum, immo tam pretiosi thesauri, adventum nuntiari procuravit, et eorum voluntatis atque dispositionis responsum inibi praestolans, nusquam declinavit. Indefessa igitur legatorum devotio, tam brevis itineris actutum emenso spatio pervenit quo [f. 35v] mittebatur. Fratres, servitutis Dei penso rite completo, soporati reperiuntur, exceptis quos rerum claustralium neglecta cura tardius sollicitabat. Nuntiatos hospites, caritate qua ceteris praestare praedicantur, suscipiunt; data-

(1) Cfr. supra, p. 114. — (2) Cfr. *Acta SS.*, ad d. 7 martii, t. I, p. 650, n. 1: *Ut viris ante praeerat, ita coepit postmodum etiam feminis praeesse.*

que fandi copia, gratiam adventus ex ordine discunt. Insperato bono exhilarati, continuo absentem patrem, Hasteriae tunc positum, adeunt, quid facto opus sit super hoc consulunt, eumque matutino tempore reducunt. Communi igitur habito consilio et ordinatis decenter quae oportebant, sollemniter processerunt, atque in monte qui vulgari vocabulo *Solotanus* vel *Solitarius* (1) dicitur subsistentes, e vicinio sanctarum reliquiarum exspectant adventum. Plebs etiam plurima, volucris famae nuntio excita, sancto timore ac pio accensa amore, ex vicis et oppidis circumquaque sitis laude Dei canora concurrit. Sed prae ceteris tardius occurrerunt, qui prae ceteris minus amaverunt.

Nam quidam *Leffli* (2), qui iuxta idioma sui nominis barbara interpretatione expressi coclear (3) dicuntur, quod est instrumentum purgatorium coquorum, quorum princeps, ut ait propheta, destruxit muros Ierusalem, invitati et exspectati, non occurrerunt. Sed tam pio pigritantes interesse officio, benedictionem nolentes, Flaccicum illud promeruerunt: *Occupet extremum scabies*. Ex eodem tamen castrensi oppido, a Deonant (4) antiquitus nuncupato, coetus fratrum, qui bonus odor est Deo in omni loco, de monasterio beati Perpetui (5), sollemni [f. 36r] cultu, sollemni ordinata processione, longius quam expetiti exspectabantur, obviam exierunt, id est usque ad praefati montis viculum *Solotanum*. Ibique statione pro exspectatione catervatim circumfluentis populi disposita, exorsi sermocinare ad turbam, nostrae augmentationi recte vicinitatis debito affectu congaudentes, rumorem de tanta huius regionis et totius patriae ex adventu harum sanctarum virginum illustratione auxerunt; sicque his comitati, cum tantae exultationis tripudio in pertaeso pedestri itinere ad hunc * usque, ita ut erant infulati, locum processerunt, repositam sibi a Deo gratiam et a nobis sincerae dilectionis de cetero habituri vicissitudinem meritam.

* *cod.* huc.

XII. Et nobis, Iesu bone, corpore virgineo edite, quid laetitiae, quid gaudii spiritualis tunc fuerit, cum pro modulo nostro, quibus impensis, quo sacri cultus ornatu, qua diligentia valuimus, hoc tuae largitatis donum, tam delatorem quam delatum, excepimus; et excipiendo, qua reverentia has tuas virgineas sponsas et tuae passionis conformes in iubilo laudis tripudiantes amplexati sumus, tu respicias, tu acceptum habeas, tu nobis profuturum concedas. Beata vere haec mater ecclesia,

(1) Latet situs eius. — (2) Hodie Leffe, suburbium Dionanti, ad dexteram Mosae ripam. — (3) Alluditur ad vocem germanicam *Loeffel*. — (4) Cod. habet: *Deo Nam*. Forma Dionant in priscis diplomatibus occurrit. Cfr. St. Bormans, *Cartulaire de la commune de Dinant*, t. I, p. 11. Namur, 1880. Quem locum sic interpretatus est Mirwart, *op. cit.*, p. 81: *Leur cloistre estoit assis au pied d'un chasteau anciennement appelé Nam, du nom d'un Dieu des Payens qui aussi s'apelait Nam*. Inde patet ipsi praesto fuisse similem codicem mendosum. — (5) Cfr. St. Bormans, *op. cit.*, p. 65, nota.

quam sic honor divinae dignationis gratuita pietate his luminariis eadem die illuminavit, quam ipsarum victoriosarum martyrum gloriosus sanguis exornavit, quam earundem inviolatae confessionis candida induit virginitas. [f. 36v] Floribus eius nec rosae vernantes ex passionis sanguine, nec desunt lilia ex virginitatis honore candentia. Laudem et gloriam ex hac * requie quae harum, quas huc inscrutabili suae miserationis arcano delegavit, media hoc in loco praesidet, cuius etiam stipendiis nostra servitus Deo vegetata ministrat, dicere nullus sermo praevalet. Hic namque ipsa mater virgineis laetatur virgo choreis; e regione virgineae sponsae gaudent de virgine matre. His gaudiis nos interesse quia gloriamur, secundum apostolicam institutionem in Domino gloriemur.

* *cod.* hoc.

Sciendum non uno eodemque die harum adventus exceptionem extitisse. Enimvero vi° kal. iunii unius totum ex integro corpus meruimus; octavo kal. octobris alterius cum media portione tertii corporis, ac non post multum temporis reliquam dimidiam partem. Amen.

Scriptum anno xv°xxv, die decima mensis iunii per domnum Arnoldum Trudonensem. Laus Deo.

VITA

S. PAULI IUNIORIS

IN MONTE LATRO

CUM INTERPRETATIONE LATINA

IACOBI SIRMONDI S. I.

(Continuatur. Vide supra p. 19.)

κθ'. Ἔθος τῷ μακαρίῳ τὴν μετὰ τὸ ἅγιον πάσχα κυριακήν, νέαν αὐτὴν καλεῖν εἰώθαμεν (1), λαμπρότατα ἑορτάζειν, ἐπεὶ καὶ ἡ τράπεζα δαψιλὴς καὶ οἱ κεκλημένοι πλεῖστοι. Ὁ τοίνυν μοναχὸς Λουκᾶς (2), ἐκεῖνος γὰρ ἦν [1] ὁ τὴν οἰκονομίαν τῆς λαύρας πεπιστευμένος, ἐπετρέπετο τὴν παρασκευήν· τῶν εἰς βρῶσιν δὲ μὴ ὑπόντων, οὔτε γὰρ ἄλευρον ἦν, οὔτ' οἶνος, οὔτ' ἔλαιον, οὔτ' εἶδος τῶν ὀσπρίων οὐδέν, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν ἐπιτηδείων, ἀλλὰ πάντων ἀκριβὴς ἔνδεια, ἐδυσφόρει μὲν καὶ ἤσχαλλεν, οὐκ ἐθάῤῥει δὲ τὴν ὑπὲρ τούτου πρὸς τὸν μέγαν ὑπόμνησιν. Διὰ ταῦτα

κθ'. — [1] *om.* P B.

29. Mos sancto fuit dominicam post ferias paschales quam ***novam*** appellamus festivo splendore erigere; nam et plurimos invitabat, et mensam opipare instruebat. Lucas ergo monachus, is laurae oeconomus erat, apparare iussus, cum cibi deessent, neque enim farina erat nec vinum, nec oleum, non leguminum genus ullum, non aliud quippiam ex necessariis, sed omnium summa inopia, aegre admodum ferebat et angebatur. Sancto autem id significare non audebat.

(1) Dominica secunda post Pascha, seu Δευτερόπασχα. Ducange, *Glossarium mediae et inf. graecit., s. vv.* κυριακή et πάσχα. — (2) Monachi cuiusdam Lucae, illius forte de quo hic, c. 33 vita narratur.

καὶ τῷ μετ' ἐκεῖνον πατρί, τῷ κλεινῷ φημὶ Συμεών, ἀπαγγέλλει τὴν ἔνδειαν, ἀξιοῖ τε θερμῶς εἰς τὸ ὄρος εὐθὺς ἀνελθόντα τῷ μεγάλῳ περὶ τούτων διασαφῆσαι. Καὶ ὃς ἀνῆλθε μὲν καὶ ἐγνώρισε, καὶ ὡς ἡ τῶν τροφῶν σπάνις πλειόνων κλῆσιν καὶ τράπεζαν φαιδροτέραν [2] ἀπαγορεύει ἐνστατικῶς [3] εἴρηκε. Χαλεπήναντα δὲ τὸν ἅγιον πρὸς ταῦτα ἰδών, καὶ μικροψυχίαν αὐτοῖς ὀνειδίσαντα καὶ ἀπιστίαν, οὐδαμῶς ἐπέσχεν, ἀλλ' εἰς τὴν λαύραν ὀξύτατα κατελθὼν ἀπαγγέλλει τῷ Λουκᾷ ἅπαντα, ἐπειπών· Σοὶ ἐπιμελὲς γενέσθω τὰ νενομισμένα πρᾶξαι τῆς ἐκκλησίας, ἕωθεν δὲ ὁ ὅσιος κατελθών, ὃ δοκεῖ αὐτῷ πάντως ποιήσει. Οὔπω ἡμέρα σαφὴς ἦν, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ θαυμάσια ἐτελεῖτο. Δύο γὰρ εὐθὺς ἐκ Μιλήτου ἡμίονοι κατελάμβανον οἷς ἀγώγιμα ἦν οἶνος τε καὶ τυρὸς καὶ ὠὰ καὶ ψωμοὶ καθαρώτατοι, δωρήματα ταῦτα φιλοθέων ἀνδρῶν ἐν [4] γειτόνων οἰκούντων. Ὥρας παρῆλθε τὸ ἥμισυ, καὶ πάλιν ἕτεραι δωρεαὶ παρῆσαν [5] ταῖς προλαβούσαις ὁμοίως ἔχουσαι καὶ τοῖς αὐτοῖς εἴδεσι δεξιούμεναι. Ὁ δὲ τὰ τοιαῦτα παρεσχηκώς, ὁ τῆς Ἀμαζόνος (1) ἐπίσκοπος ἦν· οὐκ ἐκεῖνος δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ τοῦδε κληρικοὶ ἐδωροῦντο πάλιν καὶ αὐτοὶ τοῖς αὐτοῖς ὁμοίως. Πρὸς τούτοις καὶ οἱ τῶν πέριξ χωρίων οἰκήτορες προσῆγον τὰ παραπλήσια· καὶ ἅπαντα ταῦτα τῆς αὐτῆς ἡμέρας, μίκρου

— [2] *om.* B, σφαιδροτέραν S. — [3] ἐνταστικῶς B. — [4] ἐκ P Q. — [5] παρῆλθον B.

Quare ei qui post illum proximus erat, praeclaro inquam Symeoni, significat, oratque ut in montem sancto id nunciaturus ascendat. Ascendit ille et exposuit, commeatusque penuria ne multi vocentur aut mensa splendidius instruatur vetari asseveranter ostendit. Cum vero indignantem ad haec verba sanctum videret, et pusillum ipsis animum exprobrantem, haudquaquam subsistit, sed ad lauram celerrime reversus, Lucae omnia rettulit, adiecitque, ut iussum vocationis officium sequeretur, venturum mane sanctum, et quae e re visa fuerint peracturum. Vixdum illuxerat dies, cum mira Dei opera expleta sunt. Veniunt Mileto bini muli vino onusti et caseo et ovis ac iusculo nitidissimo, quae piorum hominum munera erant vicinis in locis habitantium. Dimidiata hora effluxerat, et alia rursum dona advehuntur, prioribus genere omnique ex parte consimilia, quae ab Amazonis episcopo mittebantur. Neque solus ille, sed et clerici eiusdem et alii porro adiacentium vicorum incolae similia pariter adiecerunt, eaque omnia die uno atque una paene hora, tamquam

(1) **Antiquitus pro Ἀμαζών scribi solebat Ἀμυζών. PAPE-BENSELER, *Wörterbuch der griechischen Eigennamen*. Cfr. LEQUIEN, *Oriens Christianus*, t. I, p. 911, 912.**

δὲ καὶ ὥρας συνεφορεῖτο, καθάπερ ἐξ ἐπιτάγματος ἑνὸς καὶ συνθήματος, ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα τὸ ᾀδόμενον κεχορηγήμενα. Ὥστε τοῖς προσενεχθεῖσι τούτοις οἴκημα ἓν οὐμενοῦν μετρίαν τὴν χώρησιν ἔχον πλῆρες γενέσθαι. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἡ τράπεζα εὐτρεπὴς ἦν καὶ τοῖς βρώμασι βρύουσα, καὶ ὁ μέγας τοῖς μοναχοῖς ἤδη καὶ τοῖς ἄλλοις συνειστιᾶτο, περὶ τὰ μέσα που [6] τῆς εὐωχίας τὸν κλεινὸν Συμεὼν μετακαλεσάμενος· Τῆς ὑμετέρας ἀπιστίας, ἔφη, ἔλεγχοι ταῦτα παρὰ Θεοῦ καὶ σκώμματα, ἀνθ' ὧν μικροψυχοῦντες ὤφθητε, καὶ τῇ αὐτοῦ πλουσίᾳ διαπιστοῦντες χειρί. Εἰ οὖν ὑμῶν οὕτω μικρολόγως ἐχόντων αὐτὸς ἄφθονός ἐστι καὶ δαψιλὴς τὴν εὐεργεσίαν, πιστευόντων ἄρα θερμῶς τί οὐκ ἂν ἐκεῖνος ἐποίει; Πρὸς ταῦτα ὁ κλεινὸς Συμεὼν ἀντειπὼν οὐδὲν ἢ προφασισάμενος, προσπίπτει μᾶλλον, καὶ συγγνώμην αἰτεῖται τῆς πρὸς τὸν ὅσιον αὐθαδείας. Ὁ δὲ ἡσθεὶς αὐτοῦ τῷ περιόντι τῆς ταπεινώσεως, λύει τε τὸ πρὸς αὐτὸν σκυθρωπὸν σεμνῷ μειδιάματι, καὶ κελεύει καθεσθέντα [7] πάλιν ἐσθίειν.

λ'. Ἀλλὰ προσθετέον καὶ ἕτερα σύμβολα οὐκ ἀμαυρὰ ὄντα τῆς αὐτοῦ πρὸς Θεὸν παῤῥησίας ἅμα καὶ προφητείας [1]. Ὁ πρωτοσπαθάριος (1) Μιχαὴλ ἐκεῖνος, ᾧ ἡ τῶν βασιλικῶν κτημάτων ἐγκεχείριστο [2] πρόνοια,

— [6] *om.* P. — [7] καθεθέντα B.
λ'. — [1] (πρὸς — προφητείας) *om.* S. — [2] ἐκεγχείριστο B.

ex tessera signoque eodem; nec sata, ut dicitur, nec culta oblata sunt; ita ut domus una, haud modice capax, tot munerum copia repleretur. Adornata itaque mensa et edulibus redundante, accumbens cum ceteris vir magnus, sub medium epulum Symeonem advocat et : *Vestrae,* inquit, *incredulitatis tacita a Deo reprehensio sunt haec et convicium, qui animos despondere visi estis, et de divite eius manu diffidere. Quod si erga vos, qui tam angusto animo fuistis, adeo largum et beneficum se exhibuit, quid facturum fuisse existimatis si fervida in eum fide crederetis?* Ad haec Symeon nihil adferens excusationis, in genua procubuit, veniamque petiit in sanctum temeritatis. At ille, summa eius humilitate recreatus, frontis severitatem moderato risu discussit et mensae iterum accumbere iussit.

30. Verum subtexenda sunt alia non obscura tum prophetiae ipsius, tum magnae simul in Deo fiduciae symbola et argumenta. Protospatharius Michael, cui praediorum imperialium commissa cura

(1) De dignitate protospatharii dilucide disputat Reiskius ad Constantini Porphyrog. *De cerimoniis*, l. I, c. xix, *P. G.*, t. CXII, p. 187.

γνωστὸς δὲ ὁ ἀνὴρ τῷ μεγάλῳ, οὗτος γείτονας [3] λαχὼν ἀδίκους καὶ ληστρικούς, Μαῦροι αὐτοῖς ἡ ἐπωνυμία, οἳ οὐ διελίμπανον τοῖς περὶ τὰ ὅρια τῶν βασιλικῶν κτημάτων πένησιν ἐπηρεάζοντές τε καὶ ληϊζόμενοι· ἐπεὶ παραγγελίας πολλάκις καὶ διαμαρτυράμενος ἀποσχέσθαι τῶν γινομένων, οὐκ ἔπειθεν, ἀλλὰ καὶ οὕτω τῶν συνήθων εἴχοντο. Τί ποιεῖ; πλήθει λαοῦ καὶ ἐπιθέσει βαρυτέρᾳ τὰς ἀδίκους αὐτῶν ὁρμὰς ἐπισχεῖν ἔγνω, κακῷ φασι τὸ κακὸν ἰώμενος, πλὴν ἀλλὰ καὶ τούτου γενομένου, καὶ συχνῶν ἤδη κατ' αὐτῶν ἐπιστρατευσάντων, ἐκεῖνοι τοῦ συντρόφου θράσους καὶ τῆς ἀπονοίας οὐδαμῶς ἀπέστησαν, οὐδὲ τῶν προλαβόντων ᾐτοῦντο συγγνώμην· ἀλλὰ θρασέως μάλα [4] καὶ φιλοκινδύνως αὐτοῖς ἀντέπιπτον. Συμβαίνει τοιγαροῦν ὥσπερ εἰκὸς ἐν τοῖς τοιούτοις, ἐνίους τῶν Μαύρων ἀναιρεθῆναι· οἱ δ' ἄλλοι τῷ βασιλεῖ προσελθόντες, ὁ ἀοίδιμος οὗτος ἦν Κωνσταντῖνος, ἐνεκάλουν τε τὴν ἐπίθεσιν, καὶ ἐκδικίας ᾐτοῦντο τυχεῖν. Μετακαλεῖται τοιγαροῦν ὁ Μιχαὴλ ὅτι τάχιστα, καὶ βασιλικῷ σὺν τοῖς Μαύροις παρίσταται κριτηρίῳ· εἶτα βασάνῳ πολλῇ καὶ δοκιμασίᾳ τῶν πραχθέντων τῶν [5] ὑποβληθέντων, ὁ Μιχαὴλ τὸν διὰ ξίφους καταψηφίζεται θάνατον, προτραπεὶς τόγε νῦν ἔχον τὸν ὑπὲρ τῶν βασιλικῶν κτημάτων ὑποσχεῖν λόγον, ἔπειτα καὶ τὰ τοῦ οἴκου διαθέσθαι, καὶ οὕτως ὑπαχθῆναι τῇ ψήφῳ. Ὅδε ταῦτα μὲν δευτέρας ἠξίου φροντίδος,

— [3] γείτονος Q. — [4] μᾶλλον S. — [5] *om.* C Q.

erat, vir sancto notus, vicinos nactus improbos praedones, qui Mauri nominantur, qui pauperes ad limitem regiarum possessionum positos vexare et depraedari non cessabant, cumque eos, ut abstinerent, multis frustra saepe obtestatus esset, collecta demum multitudine in eos immissa, iniustos illorum impetus reprimendos censuit, malum malo curans, ut est in proverbio. Ceterum illi, multis in eos iam irruentibus, nequaquam inolitam audaciam amentiamque posuerunt, nec ad veniam praeteritorum postulandam conversi sunt; sed in apertum discrimen temere prosilientes, resistere aggressi sunt. Contigit ergo, ut in huiusmodi fieri solet, ut Mauri aliquot interficerentur; reliqui vero ad imperatorem, celebrem scilicet Constantinum profecti, impressionem accusare et vindictam flagitare. Advocatur itaque Michael, regioque tribunali cum Mauris sistitur. Deinde, post exactam eorum quae gesta fuerant inquisitionem ac iudicium, capitali gladii poena damnatur Michael, induciis brevibus concessis, per quas imperialium praediorum rationem reddere et domestica negotia componere iubebatur. Ille autem vitae iacturam leviorem ducens,

τὸν γὰρ ὑπὲρ ψυχῆς ἔθει. Γράφει δὲ ὡς τάχιστα πρὸς τὸν μέγαν ἐπιστολὴν καὶ βοήθειαν αἰτεῖται τὴν ἀναγκαίαν. Καταχέκριμαι γάρ, φησίν, ὁ δυστυχὴς θάνατον. Ὡς οὖν παρ' αὐτὸν ἔφθασεν ἡ ἐπιστολὴ καὶ ἐπῆλθε ταύτην, κελεύει τὴν θείαν ἐν τῇ λαύρᾳ γενέσθαι μυσταγωγίαν· εἶθ' οὕτως τὸν κλεινὸν ἐπέταττεν ὡς αὐτὸν ἀνελθεῖν Συμεών. Ἐπεὶ οὖν τῆς θείας μυσταγωγίας ἤδη τελεσθείσης ὁ [6] Συμεὼν ἀνῆλθεν, εὐθὺς ἐκελεύετο [7] γράψαι πρὸς τὸν τοῦ Μιχαὴλ οἶκον, ὡς χθὲς περὶ τρίτην ὥραν τοῦ πραιτωρίου τε ἐξεβλήθη, καὶ ἀπελύθη τῆς κατακρίσεως. Τούτων ἀκούσας ὁ Μιχαήλ, εἶχε γὰρ οὕτως, πάντων ἀλογήσας τῶν ἄλλων τῆς πόλεως ἔξεισι, καὶ πτηνῷ τάχει παρὰ τὸν ὅσιον ἀφικόμενος τοῖς ποσί τε [8] αὐτοῦ προσέπιπτε, καὶ δάκρυσι κατέβρεχε τούτους, καὶ μεγάλας ἀνωμολόγει τὰς χάριτας. Καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου διαμνημονεύων αὐτῷ τῆς εὐεργεσίας, τί γὰρ τοιοῦτον ὡς θανάτου ἀπαλλαγὴ καὶ ζωῆς [9] δώρημα, τὰ πρὸς τὴν τοῦ σώματος χρείαν ὑπῆρχε τῇ λαύρᾳ διακονούμενος.

λα'. Ἡ τοῦ τιμίου σταυροῦ ὕψωσις (1) ἐν γειτόνων ἦν, καὶ ὁ μέγας τὸν Συμεὼν [1] μετακαλεσάμενος, κατῄει ἀπὸ τοῦ ὄρους, καὶ σὺν αὐτῷ

— [6] *om.* B. — [7] ἐγκελεύεται S B, *et* Q *qui prius* ἐκελεύεται. — [8] *om.* S. — [9] ζωή Q.
λα'. — [1] Συμεῶνα B.

graviore animae cura urgebatur. Scribit ergo e vestigio litteras ad sanctum eiusque in supremo articulo opem necessariam implorat: *Morti enim,* inquit, *infelix addictus sum.* Has litteras ut accepit legitque Paulus, mox sacram in laura mystagogiam peragi iubet, tum ad se venire praeclarum Symeonem. Qui ut peractis sacris ad eum conscendit, ad Michaelis familiares scribere iussus est, illum hesterna die circa horam tertiam e praetorio emissum, mortisque sententia absolutum fuisse. Quae ut didicit Michael, sic enim reipsa contigit, ceteris omnibus posthabitis urbe relicta, celerrime ad sanctum contendens, ad eius pedes accidit multisque cum lacrimis gratias egit immortales, acceptique exinde memor beneficii, quid enim cum morte depulsa vitaque concessa conferri queat? necessaria vitae subsidia laurae perpetuo subministravit.

31. Appetebat venerandae crucis exaltatio, accitoque ad se Symeone, ad Caryae monasterium, una pretiosum lignum adoraturus

(1) Sanctae Crucis exaltatio in ecclesia graeca sicut in latina celebratur die XIV septembris.

πρὸς τὸ μοναστήριον τῆς Καρύας ἐφοίτα, τὸ σωτήριον [2] προσκυνήσων ξύλον. Πεφύλακτο δὲ τῷ ὁσίῳ τὴν ὁδὸν παρίοντι μηδένα τῶν συνόντων ἐγγίζειν, ἀλλὰ [3] μακρόθεν ἕπεσθαι [4]. Αἰτίαι δὲ τοῦ πράγματος οὐ μικραί, ὅτι τε ηὐλόγει [5] τὸν κύριον κατὰ τὸν θεῖον Δαυὶδ [6] ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τὴν αἴνεσιν αὐτοῦ εἶχε διὰ παντὸς ἐν τῷ στόματι, καὶ ὅτι μηδόλως ἀφιστάσθαι τῆς τοῦ Θεοῦ ἔσπευδεν ἐννοίας, καὶ ὅτι μὴ νοεροῖς μόνον ἀλλὰ καὶ ὀφθαλμοῖς αἰσθητοῖς τὸν ἑπόμενον αὐτῷ ἄγγελον κατὰ ἀνθρωπίνην ἑώρα μορφήν, ὥσπερ ἤδη καὶ φθάσας ὁ λόγος δεδήλωκεν. Ἐπεὶ οὖν καὶ [7] προσκυνήσαντες τὸν σταυρὸν τῆς πρὸς τὸ ὄρος φερούσης εἴχοντο, ὁρᾷ κατά τινα τόπον ὁ μέγας φύτον [8] ἄγνον [9], εὔχρηστον εἰς ῥάβδου κατασκευήν, καὶ φωνήσας τὸν Συμεὼν [10], αὐτῷ μὲν τὴν ἐκκοπὴν ἐπέτρεψεν· ἐκεῖνος δὲ ὑπομείνας οὐδὲν τῆς ὁδοῦ εἴχετο. Ὁ μέντοι Συμεών, καὶ γὰρ καὶ πελέκεως ἀπορία ἦν καὶ ξίφους ἑτέρου ᾧ ῥᾴδιον τὸ φυτὸν ἐκκοπῆναι, ἄπρακτός τε [11] ἵστατο καὶ κατεγόγγυζεν τοῦ ἁγίου. Εἶτα ᾔσθετο κτύπου [12] τινός, καὶ περιστραφεὶς ὁρᾷ παιδίον ἔγγιστα ἑστηκός οὐ πλεῖον ἢ δώδεκα χρόνων τὴν ἡλικίαν· τοῦτο λινοῦν μὲν ἠμπίσχετο, χιόνι τὴν λευκότητα ἐοικός, πέλεκυν δὲ ἐπήγετο κατὰ σπιθαμὴν (1) τὸ μῆκος, καὶ

— [2] τίμιον S B. — [3] καὶ *add.* P. — [4] ἔσεσθαι C Q. — [5] εὐλόγει S B. — [6] (τ. κυ. κ. τ. θ. Δ.) κατὰ τ. θ. Δ. τὸν κύριον C. — [7] *om.* S B. — [8] φύτος P B. — [9] ἄγονον P. B. — [10] Συμεῶνα B. — [11] *om.* B. — [12] κτύπον B.

proficiscebatur. Curae autem erat ut iter faciente sancto, nullus comitum propius illum contingeret, sed eminus omnes assectarentur. Causaeque huius rei non exiguae : tum quia Dominum in omni tempore iuxta divinum Davidem benedicebat eiusque laudem in ore suo semper gerebat, tum quia numquam a Dei cogitatione divelli satagebat; denique non mentis solum, sed ipsis etiam, ut ante dictum est, corporis oculis sequentem se humana specie angelum conspiciebat. Postquam ergo, peracta crucis adoratione, montis viam ad reditum ingressi sunt, vidit sanctus quodam in loco fruticem ad conficiendum scipionem idoneum, et Symeoni ut eum excideret demandavit; ipse vero iter suum persecutus est. At Symeon, cui nec securis erat nec ferrum aliud quo viticem facile secaret, otiosus manebat, adversus sanctum obmurmurans; deinde, strepitu pone exaudito, conversus, puerulum adhaerentem videt, duodenum aut amplius annorum, linea veste candidissima cinctum, et securim spithamae longitudine manu

(1) Σπιθαμή mensura usitatissima, spatio quod est inter pollicem minimumque digitum expansos aequalis. F. Hultsch, *Griechische und römische Metrologie*, p. 28.

πρὸς τὸν Συμεών· Ἀλλὰ σύ, ἔφη, τοῦτο λαβὼν ὃ [13] προσετάγης φυτὸν ἔκκοψον. Δέχεται τοίνυν καὶ ἐκτεμὼν ἐπικεκυφὼς ἔτι, ὀπίσθιον ἐδίδου τὸν πέλεκυν· ἔπειτα τὸ τμηθὲν [14] ἐξελὼν ἤδη ἀπὸ τῆς βάτου, ἐν μέσῳ γὰρ αὐτῆς ἦν, ἐπεστράφη μὲν ὥστε καὶ αὖθις ἀναλαβεῖν τὸ ξίφος, διακαθάραι γὰρ τὸ φυτὸν ἐβούλετο [14], καὶ λεῖον αὐτὸ θέσθαι καὶ τῇ χειρὶ εὔληπτον· οὔτε δὲ αὐτὸ [15] εὗρεν, οὔτε τὸ παιδίον εἰσέτι οὐδαμῶς ἐθεάσατο. Ἔγνωστο τοίνυν τῷ Συμεὼν [16] ἄγγελον εἶναι τὸν ὀφθέντα, ἡλικίαν προσποιηθέντα παιδός. Εἶτα καὶ μαχαίρᾳ ᾗ ἐπεφέρετο τὸ φυτὸν ἐκεῖνο καθαίρει, καὶ τὸ βῆμα εὐθὺς ἐπιτείνας φθάνει τὸν ἅγιον, ὃς ἐπεὶ αὐτὸν ἐθεάσατο· Σοὶ δὲ τῷ γογγυστῇ, ἔφη, λελόγιστο [17] μὴ δύνασθαι τὸ φυτὸν ἐκκόψαι, καὶ ἰδοὺ κέκοπται.

λβ'. Πῶς ἂν τὰ ἄμετρα μετρῆσαι δυναστὸν γένοιτο; Μετὰ γὰρ τῶν ἄλλων, ὧν ἔμπλεως ὑπῆρχε χαρισμάτων ὁ μέγας, οὐδὲ ἀποστολικῶν ἐτέλει χαρίτων καὶ τοῦ δεσμεῖν τε καὶ λύειν ἄμοιρος. Καὶ τούτου παρὰ πόδας ἡ μαρτυρία. Γεωργῷ τινὶ τοὔνομα Δομετίῳ ὑπνοῦντι νυκτὸς φωνή τις θεία τρὶς λεχθεῖσα καθαρῶς ἐξακούεται. Πῶς δὲ ἄφροντις, λέγουσα, σὺ καθεύδεις, καὶ περὶ [1] τῶν ἡμαρτημένων σοι μέλλον οὐδέν; Τοῦ δὲ καὶ ποίων διερωτήσαντος, ἡ θεία φωνὴ τὰ ἤδη [2] τῶν ἁμαρτηθέντων εὐκρινῶς

— [13] ᾧ B. — [14] ἠβούλετο Q S. — [15] αὐτὸν S. — [16] Συμεῶνι B. — [17] λελόγισται C S B.
λβ'. — [1] *om.* S B. — [2] εἴδη C S.

gerentem. Qui ad Symeonem : *Tu vero,* inquit, *hanc cape, et iussum fruticem excide.* Accepit ille, secat, et adhuc operi incumbens, securim a tergo reflexus reddit. Ubi vero excisum ramum e sepe exemit, in medio enim erat, oculos convertit, ut ferrum iterum reciperet ad ramum expurgandum, quo levior et ad tractandum habilis redderetur. Sed neque ferrum, neque puerum amplius repperit. Unde facile coniecit angelum fuisse, quem pueri forma viderat. Deinde, cultello quem gerebat, lignum perpurgat, graduque citato sanctum assequitur. Qui simul ac eum vidit : *Tu vero, murmurator,* ait, *fruticem abscindi non posse existimabas, et en abscissus est.*

32. Quis mensuram omnem excedentia metiri queat ? Inter alia charismatum genera quibus abundabat, ipsius etiam apostolicae ligandi solvendique gratiae expers non fuit, eiusque rei in promptu est testimonium. Agricolae cuidam Domitio in somnis divina quaedam vox ter reddita est his verbis : *Quonam pacto securus, amens, dormis, et peccatorum tuorum curam nullam geris ?* Illo autem : *Quorumnam ?*

ἐδήλου. Τούτων ὡς ἤκουσεν ἐκεῖνος, οἰμωγαῖς τε ἐκέχρητο [3] καί· Τί με δεῖ ποιεῖν, καὶ πῶς ἄν, ὑπεφθέγγετο, τοῦ δεσμοῦ τούτων ἀπολυθείην; Καὶ ἡ φωνὴ αὖθις ἐπέταττεν· Ἄνελθε πρὸς τὸ ὄρος, καὶ τῷ κυρῷ [4] Παύλῳ περιτυχών, ὃ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψειε [5] πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν μελέτω σοι· οὕτω γὰρ ποιοῦντι ἕψεται πάντως καὶ ἡ τῶν ἡμαρτημένων [6] ἄνεσις. Μετὰ τὴν φωνὴν ταύτην ἀναβολαὶ [7] οὐδ' ὅλως τῷ Δομετίῳ, ἀλλ' αὐτίκα ὁδοῦ τε εἴχετο, καὶ πρὸς τὸν ἅγιον ἀφικνεῖτο. Ὃν ἔτι μήκοθεν ὄντα ὁ μέγας ἰδών, πρὸς τὸν παρόντα ἐκεῖ μοναχόν, καὶ γὰρ ἐτύγχανέ τις τῶν τῆς λαύρας ἀναβὰς [8] ἐκεῖσε· Ὁ ἐρχόμενος οὗτος, ἔφη, πρὸς ἐξαγόρευσιν ἄνεισι. Δεξάμενος οὖν αὐτόν τε καὶ τοὺς αὐτοῦ λογισμούς, εἴργει μὲν τῶν ἁγιασμάτων ἐπὶ τρισὶ χρόνοις, εἶθ' οὕτως αὐτῶν μὲν μετέχειν ἐκέλευε, τῶν δὲ προλαβόντων ἔργων ἀπέχεσθαι ἰσχυρῶς.

λγ'. Ἀλλὰ πῶς ἄν τις ἀνάσχοιτο τὸ τοῦ καλοῦ Λέοντος, ἐκείνου δέ φημι τοῦ καὶ Λουκᾶ μετονομασθέντος (1), σιωπῇ δοῦναι, καὶ ζημίᾳ τοιαύτῃ ζημιῶσαι τοὺς φιλοκάλους; Οὗτος ἐν Θήβαις μὲν ᾤκει, Θήβαις ταῖς ἐν Μιλήτῳ (2), ἀτόπῳ δέ τινι καὶ ἀλοκότῳ [1] νοσήματι περιπίπτει, καὶ

— [3] ἐχρῆτο B. — [4] χοριῷ C. — [5] ἐπιστρέψει B. — [6] ἡμαρτημάτων S. — [7] μεταβολαὶ B. — [8] *om.* Q.
λγ'. — [1] ἀλλοκότω S.

interrogante, vox eadem singula quae commiserat diserte recensuit. Quae audiens ille, solvitur in planctum : *Et quid mihi agendum,* inquit, *aut qua ratione his vinculis exsolvi possim?* Tum vox rursum : *Montem,* ait, *conscende, et divum Paulum adi; quae ille praescripserit vide ut observes omni studio : sic enim peccatorum veniam haud dubie consequeris.* Nulla posthac mora fuit Domitio quin ad sanctum recta proficisceretur. Qui ut venientem eminus adhuc positum conspexit, monacho, qui eo tum forte e laura venerat : *Hic homo*, inquit, *ad confessionem venit.* Illum igitur excipiens eiusque cogitationes, triennii spatio a sacris abstinere iussit, postea participare; ceterum, ab anteactis cavere in posterum diligenter.

33. Quis autem aequo animo ferat de egregio Leone, illum dico qui mutato nomine Lucas appellatus est, sileri, et tanto damno affici studiosos? Hic Thebis quidem habitabat, Thebis, inquam, Milesiis. Inciderat autem in morbum quendam peregrinum et incognitum, quem

(1) Lucas aliquis, oeconomus laurae c. 29 laudatur. Vide supra, p. 136. — (2) Sub verbo Θήβη citat STEPHANUS BYZANTINUS quinto loco Θ. Ἰωνίας κατὰ Μίλητον, cuius mentio rarissime alibi occurrit.

ἰατροῖς ἅπασιν οὐ θεραπεῦσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰάσασθαι χαλεπῷ· ὁτὲ μὲν γὰρ πυρὶ ἔνδον ᾤετο τὰ σπλάγχνα πεφλέχθαι [2], κἂν ἐπὶ χιόνος ἔθηκας αἴσθησις [3] αὐτῷ ψυχρότητος [4] οὐδεμία· ὁτὲ δὲ ἔμπαλιν ψῦχος αὐτοῦ ἄμαχον κατεκράτει, κἂν ἐπὶ πυρὸς ἐῤῥιψας, οὐδὲ μικρὸν ᾔσθάνετο θέρμης· καὶ τὸ πάθος οὐκ ἐπ' ὀλίγον [5], ἀλλ' ἐπὶ πολλαῖς αὐτὸν ἐπίεζε ταῖς ἡμέραις. Ἀπορηθεὶς οὖν τοῖς ὅλοις, καὶ πᾶσαν ἄλλην ἀπογνοὺς θεραπείαν, καὶ γὰρ ἔκαμον καὶ [6] φίλοι καὶ συγγενεῖς ἐκ τοῦδε τοῦ ναοῦ πάλιν εἰς ἄλλον μετακομίζοντες, ὀψὲ καὶ μόλις τὰ τοῦ μεγάλου πατρὸς ἀκούσας ὡς αὐτὸν πρὸς τάχος ὑπὸ τῶν συγγενῶν φέρεται· καὶ ὢ θείας οἰκονομίας, ἀπαλλάττεται μὲν γὰρ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κακοήθους τοῦδε νοσήματος τέχνῃ οὐδεμιᾷ, ἀλλὰ προσευχῆς φαρμάκῳ δραστικωτάτῳ. Ἀφίσταται δὲ τὸ λοιπὸν οὐκέτι, οὔτε μὴν [7] ὄμμασιν ἰδίοις τὸν ἑαυτοῦ οἶκον ἰδεῖν πείθεται· ἔκρινε γὰρ ἐκεῖνος οὐ τῆς νόσου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ἁμαρτίων [8] μᾶλλον [9] ἀπαλλαγῆς δεῖσθαι, αἵγε ἴσως ὑπῆρχον καὶ τοῦ νοσήματος ἀφορμαί. Τοιγαροῦν ἀποκείρεται, καὶ Λουκᾶς μὲν μετονομάζεται· τὸ δὲ ἀπ' ἐκείνου ἀδιάσπαστος γίνεται τοῦ μακαρίου [10] πατρός, ἄχρι δὴ καὶ πέρας ἔσχεν αὐτῷ ἡ ζωή. Ὃς οὕτω δεξιῶς [11] τὰ πρὸς ὑπουργίαν αὐτῷ κατέστη ὡς ἕτερος τῶν πάντων οὐδείς, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ

— [2] φλέχθαι Q. — [3] αἴσθησιν Q R. — [4] ψυχρότης Q. — [5] ὀλίγου S. — [6] οἱ S. — [7] μὲν B. — [8] ἁμαρτημάτην S. — [9] *om.* S. — [10] μακαρίτου B S P C. — [11] δεξιὸς S B.

non sanare modo sed etiam curare difficile foret. Interdum enim igne illi viscera deflagrare videbantur, ita ut, quamvis in nivem coniceres, nullo frigoris sensu tangeretur; interdum frigore contra tam insuperabili tenebatur, ut ne igni quidem impositus aestum vel leviter persentisceret. Nec breve id malum fuerat, sed multos iam dies illum opprimebat. Omnibus ergo destitutus, omnique alia spe curationis exutus, adlaborarant siquidem et amici et consanguinei ex alio in aliud templum circumferentes, sero tandem, cum de magno patre inaudiisset, confestim ad eum defertur a suis. Et o divinam dispensationem! Liberatur a maligno quidem hoc morbo, non arte ulla, sed oratione, pharmaco praesentissimo. Illinc autem de cetero non excessit, nec revisendae domus desiderio tactus est, quippe qui non morbi tantum sed peccatorum etiam, qui morbi fortasse causa fuerant, curatione sibi opus esse iudicabat. Tondetur itaque, et Lucas transnominatur, beatumque patrem, quoad vixit, indivulsus comes numquam deseruit. Tanta vero in eius obsequio industria fuit, quanta alius nemo; nec eo contentus, post excessum etiam patris, fratribus

μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἐκδημίαν οὐ διέλιπε τοῖς ἀδελφοῖς πᾶσι διακονούμενος [12] διακονίαν μικρόψυχον ἢ ἀγεννὲς ἢ ὀλίγωρον οὐδὲν ἔχουσαν, ἀλλὰ θερμὴν παντάπασι καὶ σπουδαίαν, καὶ οὐκ ἐν βραχεῖ ταύτην, ἀλλὰ παρ' ὅλοις πέντε καὶ τριάκοντα χρόνοις ἀρκέσασαν. Περὶ τούτου καὶ ὅτ' ἄλλα μοι πάντα κατεξαίρετον παραδοὺς ὁ τὴν ἀρετὴν θαυμάσιος Γαβριὴλ διεσάφησεν, οὗ καὶ ἤδη φθάσαντες διεμνημονεύσαμεν, ὡς λίαν αὐτῷ κεχαρισμένος ὁ Λουκᾶς οὗτος κατέστη, τοῦτο μὲν εἰπὼν διὰ τὴν ἁγνείαν, τοῦτο δὲ καὶ διὰ τὸ λίαν ἀκέραιον καὶ [13] τὴν ἀληθεστάτην μετριοπάθειαν καὶ [14] τὸ πρᾶον, τὴν πάννυχον ἀγρύπνιαν, τὸ ἴσα καὶ πηγῇ ῥέον δάκρυον, ὃ καὶ ἑκούσιος [15] ἂν βροχὴ λέγοιτο κατὰ τὸν θεῖον Δαυΐδ, τὴν ἀνάγραπτον τοῦ θανάτου μνήμην, τὴν ἄπταιστον τῶν λογισμῶν διάκρισιν, ὃς καὶ μόνῳ τῷ εὐγαλήνῳ τῆς ὄψεως τὸν ὁρῶντα ἐπήγετο πρὸς [16] φιλίαν. Ταῦτα δὲ ἔφη ὁ πάγκαλος Γαβριήλ, καὶ ὅτι πρὸς ταῖς ἐμαῖς ἐκπνεύσας [17] χερσὶ τῷ κοινῷ ἐγκατετέθη κοιμητηρίῳ, ἑπτὰ δὲ πρὸς τοῖς δέκα διαγενομένων ἐνιαυτῶν, ἀλλαχόσε, φησί, τοὺς ἤδη κοιμηθέντας ἀδελφοὺς μεταθεῖναι ἔγνων [18], καί μοι θέαμα θαυμαστὸν ὡράθη, καὶ ἀκοῆς ἄξιον. Πολλοῖς γὰρ ἑτέροις τὸ ἐκείνου σῶμα τὸ πάντιμον ὑποκείμενον ὄν, εἶτα καὶ τῆς ὕλης πάντων ὡς ἡ φθορὰ πάσχειν οἶδεν ἐπ' ἐκείνῳ καταῤῥεούσης, εὑρέθη

— [12] διακονούμενοι B. — [13] διὰ *add.* C. — [14] *om.* P C. — [15] ἑκουσίως C. — [16] εἰς S. — [17] ἐμπνεύσας S. — [18] ἔγνω C.

ministrare non destitit, ministerium exhibens non ignavum illud aut lentum et neglegens, sed fervens prorsus et accuratum, nec brevi id spatio, sed totis quinque et triginta annis non interruptum. De hoc mihi idem qui praecipua quaeque alia tradidit, vir admirandae virtutis Gabriel, cuius antea meminimus, significabat magnopere sibi Lucam hunc placuisse, partim quidem propter castimoniam, partim etiam propter eximiam simplicitatem sinceramque humilitatem et lenitatem, insomnes vigilias, profluentium fontes lacrimarum quam pluviam voluntariam cum Davide appellare possis, expressam mortis memoriam, inoffensam cogitationum discretionem, qui ipsa vultus serenitate spectatores in sui amorem rapiebat. Haec dicebat Gabriel, addebatque in suis illum manibus exspirasse, et in communi aliorum conditorio depositum fuisse. *Septem vero ac decem post annis visum mihi,* inquit, *conditos ibi fratres alio transferre, stupendumque spectaculum, et auditu dignum apparuit. Nam cum venerandum eius corpus multis aliis subiaceret, omniumque tabes, ut fieri solet, in ipsum deflueret, repertum est nihilominus integrum, purumque et intactum*

καθαρόν, ἀηδὲς οὐδὲν ἔχον, ὅλως ἀκέραιον, ὥσπερ ἄρτι [19] τῆς ψυχῆς ἀπολιπούσης αὐτό. Καὶ τὰ μὲν τοῦ ἀξιεπαίνου τὴν ἀρετὴν Λουκᾶ ταῦτα.

λδʹ. Δόξαν δὲ τῷ μεγάλῳ ποτὲ κατά τινας ἀφορμὰς εὐλόγους εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἀποστεῖλαι· δύο τῶν ἀδελφῶν πέμπονται, αὐτός τε ὁ πολλάκις ῥηθεὶς κλεινὸς Συμεών, καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης (1). Πέμπονται δὲ θαλάττιοι. Ἐπεὶ οὖν ἀντικρὺ τῆς νήσου γεγόνασιν ἣ Καλώνυμος (2) καλεῖται, βίαιος αὐτοῖς ἄνεμος ἐμπεσὼν καὶ κλύδωνα φρικώδη ποιήσας ἱστία μὲν καὶ λοιπὰ πάντα [1] νηὸς ὅπλα συντρίβει, καὶ ῥήγνυσι [2], θείοις νεύμασι τῆς νηὸς ἀτρήτου συντηρηθείσης. Πάντων δὲ τὸ ζῆν ἀπογνόντων, ὤφθη γὰρ [3] ἔμπροσθεν αὐτῶν ὁ συνήθως καλούμενος σίφων φοβερῶς τὴν θάλασσαν ὑπελίσσων, καὶ ψάμμον ἐξ αὐτῶν ἂν εἴπες τῶν μυχῶν ἀνέλκων τῆς γῆς, καὶ τὸ πλοῖον αὐτάνδρον πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπώμενος. Ὁ κλεινὸς Συμεὼν γεγωνοτέρᾳ φωνῇ χρώμενος, τὰς τοῦ μεγάλου θείας εὐχὰς βοηθοὺς ἐκάλει. Οὕτω τοιγαροῦν εὐχομένῳ θεία δύναμις ἀφανῶς διωθεῖται τὴν ναῦν καὶ παραχρῆμα ὄπισθεν ὅσον ἄρα καὶ βέλους βολὴ τοῦ σίφωνος γίνεται, καὶ τῷ τῆς νήσου αἰγιαλῷ παραπίπτει. Οἱ δ' ἀποβάντες, ἐκάθηντο ἐπ' ἐδάφους τρόμου τε καὶ σκότους ὑπόπλεω καὶ

— [19] *om.* R.
λδʹ. — [1] τῆς *add.* S B. — [2] διαῤῥήγνυσι S B. — [3] *om.* S.

ab omni labe, perinde ac si tum primum anima emigrasset. Atque haec quidem de praestanti virtute Luca.

34. Graves aliquando causae Paulo fuerant, cur aliquos in regiam urbem destinaret. Missi duo e fratribus fuerunt, Symeon saepe memoratus et Ioannes presbyter; missi autem mari fuerunt. Qui postquam e regione insulae quam Calonymum vocant constiterunt, violento repente exorto vento et terribiles procellas excitante, vela ipsis aliaque omnia navis armamenta confracta sunt, navi integra non sine divino numine permanente. Cum vero de vita iam desperarent, ob oculos visus etiam est typho quem appellant, mare horrendum in modum agitans, arenamque ab ipsis quodam modo terrae visceribus convolvens navim iamiam cum vectoribus absorpturus. Tum magni viri preces auxiliares Symeon clara voce invocat; ipsoque adhuc orante, divina quaedam occulta vis navem propellit, ita ut typhonem ultra, quatenus est iaculi iactus repente constiterit, insulaeque litus appulsa tenuerit. Illi autem descendentes, terrore ac maerore pleni

(1) Idem videtur designari de quo iam in c. 26. — (2) Hoc nomen legitur quoque apud Leonem Diaconum, *Histor.*, l. IX, c. IV, *P. G.*, t. CXVII, p. 870.

τὴν ψυχὴν ἄχους [4] πεπληρωμένοι. Ὁ μέντοι Συμεὼν καὶ παραφθέγγεταί πως καθ' ἑαυτόν. Εἰ παρὰ σοὶ ἦν εὐχή, πάτερ, εἰπών, οὐκ ἂν ἡμεῖς ἀνάγκῃ τοιᾷδε ἁλώσιμοι ἦμεν. Οὕτως ἔφη, καὶ παραχρῆμα ὕπνῳ κάτοχος γίνεται. Καὶ ὁ θεῖος Παῦλος αὐτῷ ἐφίσταται· Ἀνάστηθι, λέγων, καὶ φόβου μηδ' ὁτιοῦν ἔχοντες, ὁδοῦ [5] ἅπτεσθε. Τὰ ὅμοια δὲ καὶ τῷ πρεσβυτέρῳ, καὶ γὰρ καὶ αὐτὸν ὕπνος εἷλε, παρέστη. Καὶ ἀναστάντες ἀλλήλοις τε καὶ τοῖς ναύταις τὰ θεαθέντα διαγορεύουσιν. Εἶθ' οὕτως ἀπὸ τῶν τῆς νήσου οἰκητόρων τὴν ναῦν ἐξαρτύσαντες [6], εὐθὺ τῆς βασιλίδος πόλεως ἀσμένως ἀπέπλεον, καὶ εἰς αὐτὴν ἥκουσιν ἐν ὀλίγῳ, ἄχαρί τε καὶ ἄγριον οὐδὲν τῆς θαλάσσης αὐτοῖς ἐπιδειξαμένης. Τὰ αὐτὰ δὲ συμβέβηκε καὶ Βαάνει [7] ἑνὶ μὲν τοῦ τῶν λεγομένων ἀσηκρῆτις [8] (1) ὄντι χοροῦ, πρὸς τὴν Ὀξεῖαν δὲ καλουμένην νῆσον (2) ἐκπλέοντι, καὶ ὁμοίῳ μὲν ἐμπεσόντι κλύδωνι, ὁμοίας δὲ καὶ αὐτῷ τυχόντι τῆς παρὰ τοῦ μάκαρος βοηθείας. Καὶ γὰρ ἦν αὐτῷ συνήθης καὶ ἐν πᾶσιν ὧν κατὰ ἄνθρωπον πεπείραται λυπηροῖς βοηθοῦ τετύχηκε τοῦ μεγάλου, καὶ τὸ τοῦ Παύλου αὐτῷ ὄνομα γλώττης ἥδυσμα ἦν, καὶ διηνεκῶς ᾀδόμενον.

— [4] ἄχθους C. — [5] ὁμοῦ B. — [6] ἐξαρτήσαντες B. — [7] Βαάνῃ C B R. — [8] ἀσικρῆτις C. *Lege notam 1 infra positam.*

in terra consederunt. At Symeon tacitus apud se : *Si pro nobis,* inquit, *pater, orares non his scilicet angustiis capti teneremur.* Sic ille ratiocinabatur, cum in somnum statim versus est; et divinus Paulus per visum apparuit : *Surge,* inquiens, *omnique metu liberi viam inite.* Eadem etiam presbytero, nam et illum quoque somnus oppresserat, acciderunt. Quare, experrecti, visa inter se et cum nautis conferebant; refectoque per insulanos navigio, cursum alacres ad regiam urbem recta intendunt, brevique ad eam perveniunt, nihil asperum vel iniucundum in mari amplius experti. Eadem praeterea Baani, qui unus erat ex ordine eorum qui a secretis appellantur, cum in Oxiam insulam navigaret accidisse memorantur. Pari enim tempestatum discrimine obsessus, par a beato auxilium adeptus est; quippe illi familiaris erat, et in molestiis aerumnisque omnibus quascumque secundum hominem pertulit, illum semper adiutorem habuit. Unde Pauli nomen, tamquam linguae delicias, assidue celebrabat.

(1) De varia ratione scribendae huius vocis vide Miklosich-Müller, *Acta et diplomata monasteriorum*, t. II, p. 462; cfr. *C. I. G.*, 9019, 9330, 9335. — (2) Ὀξεῖα insula parva prope Lebenam Cretae. Hanc citat *Stadiasmus maris magni*, 321; forte *Ophiussa* Plinii. Müller, *Geographi graeci minores*, t. I, p. 506.

λε'. Πλὴν ἀλλὰ καὶ αὖθις ὁ ὅσιος δι' ὄχλησιν ἀδιάπαυστον τοῦ πλήθους τῶν προσιόντων, ἐπιθυμίαν ἔσχε μετρίας τινὸς μεταβάσεως καὶ τόπων ἐρημοτέρων τὸ ἥσυχον ἐμποιούντων αὐτῷ· ἡσυχία γὰρ Παύλῳ τὸ ἥδιστον, καὶ μέλιτος, ὅ φασι, μυελός. Κοινοῦται τοιγαροῦν τῷ Συμεὼν [1] τὴν διάνοιαν· Ἐπιθυμία μοι, λέγων, εἰς τὸ τῆς Σάμου σπήλαιον οἴχεσθαι (1) καὶ μυσταγωγίας ἐκεῖ τῆς θείας ἀξιωθῆναι. Οὕτως εἰπὼν αὐτόν τε τὸν Συμεών, πρὸς δὲ καὶ [2] πρεσβύτερον καὶ ἕνα τῶν ἀδελφῶν λαμβάνει, καὶ τοῦ ὄρους εὐθὺς κατίασι [3], πλοίῳ τε νυκτὸς ἐμβάντες εὐθὺ τῆς Σάμου ἀπέπλεον. Ἤδη δὲ ἡμέρας ὑπαυγαζούσης, ὁρῶσι τὸ πλοῖον οἱ [4] ἐκεῖ συνόντες πρὸς τὰ ἄοικα τῆς [5] νήσου εὐθυδρομοῦν. Καὶ τοῦτο δὴ θεασάμενοι καταγογγύζειν ἤρξαντο [6] τοῦ ἁγίου, τὴν ἐρημίαν αὐτῷ προτείνοντες καὶ τὴν τῶν χρειῶν ἀπορίαν, ἐπεὶ μηδὲ ἓν τῶν χωρίων ὅλως τῷ τόπῳ πάρεστιν. Ὁ δὲ ἐπετίμα πράως· Ἡνίκα μοι συνδιάγετε, λέγων, τῶν γογγυσμῶν ὅλως καὶ τῆς μικροψυχίας ἀφεκτέον ὑμῖν· εἰδ' οὖν ἐπιτιμίοις ὑποκείσεσθε βαρυτέροις. Ἤδη δὲ τοῦ αἰγιαλοῦ μὴ μακρὰν ὄντων, ὁ κλεινὸς Συμεών· Εἰ μὴ πλάνη τις ἔχει με, φησίν, ἄνδρα πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἱστάμενον βλέπω, καὶ προσευχόμενον. Οὕτως εἰπὼν

λε'. — [1] Συμεῶνι B. — [2] τὸν *add.* S B. — [3] κατεῖσι C, κατίουσι B. — [4] *om.* P. — [5] τὴν B. — [6] ἤρξατο B.

35. Verumtamen sanctus propter continuos adventantium motus, modicam etiamnum migrationem expetiit, secessumque ad desertiores oras quae ipsi quietem maiorem adferrent. Quies enim Paulo suavissima, mellisque, quod aiunt, medulla erat. Huius ergo cogitationis suae participem facit Symeonem: *Mihi,* inquit, *animus est, Samiam speluncam repetere, divinaquae ibi mystagogia frui.* Et his dictis, Symeonem ipsum, cum presbytero et fratre uno comitem adsciscens, e monte descendit, navigiumque noctu ingressi, Samum versus recta contendunt. Illucescente die, cum viderent, qui una erant, se ad incultos insulae tractus deferri, adversus sanctum obtrectare coeperunt, solitudinem obtendentes, et futuram rerum inopiam, quandoquidem nullus toto illo tractu vicus erat. Ille autem leniter increpans: *Dum mecum estis,* inquit, *a murmuratione vobis animique deiectione prorsus abstinendum est; sin minus, graviores poenas dabitis.* Iam litori propinquabant, cum Symeon in haec verba prorumpit: *Nisi fallor,* inquit, *hominem video ad solis ortum stantem,*

(1) Supra, c. 24, p. 63.

εὐθέως καὶ τῷ δακτύλῳ αὐτὸν γοῦν [7] τὸν φαινόμενον ὑπεδείκνυ. Ὅς [8] καὶ τοῦ πλοίου ἤδη τῇ γῇ προσέχοντος, ὀξέως παρ' αὐτοῖς [9] φοιτήσας· Καλῶς ἤλθετε, τρὶς μεγίστῃ προσηγόρευε τῇ φωνῇ· τοῖς δὲ ἐπήει πυνθάνεσθαι τίς τε εἴη, καὶ πόθεν ὁ οὕτω φιλοφρόνως αὐτοὺς ἀσπαζόμενος. Καὶ ὅς· Ἐκ τῆσδε μέν, ἔφη, τῆς κώμης εἰμί· ταύτης δὲ τῆς [10] νυκτὸς φωνή τις ἀφανῶς διηκούσθη, σπεύσατε, λέγουσα, καὶ ὡς τάχος πρὸς τῷ αἰγιαλῷ γενέσθε [11], ὁ γὰρ κύρις [12] Παῦλος πάρεστιν ἤδη· ᾧ ἀπελθόντες συνάρασθε πρὸς τὴν ἔξοδον. Διὰ ταῦτα γοῦν καὶ πάρειμι, ἔφη, πάρειμι δὲ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ δύο τῶν ἀχθοφόρων ζώων ἐπαγόμενος. Ἐξέστησε ταῦτα τοὺς ἐν τῷ πλοίῳ ἰδόντας τε καὶ ἀκούσαντας, καὶ τὴν περὶ τὸν μέγαν τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ κατενόουν κηδεμονίαν. Ἐπιθέντες τοιγαροῦν τοῖς ζώοις οὓς ἐπήγοντο [13] βαρυτέρους μανδύας, εὐπετῶς [14] οὕτω διήνυον τὴν ὁδόν. Οὐ πολὺ τὸ μέσον, καὶ ὑπαντῶσιν αὐτοῖς ἀσμένως τῶν τὴν Σάμον οἰκούντων μοναχῶν οἱ ὀνομαστότατοι, Νικόδημος αὐτοῖς ὄνομα καὶ Κοσμᾶς, τὰ αὐτὰ καὶ οὗτοι λέγοντες, ὥσπερ οὖν καὶ ἀκούσαντες ὡς φωνὴ διηχήθη τρανέστατα ἐκλαλοῦσα· Ὁ κύρις [15] Παῦλος ἐνταῦθα γίνεται, ὑπαντῆσαι οὖν [16] ὑμεῖς ἐκείνῳ ταχὺ σπεύσατε.

λϛ'. Οὕτως εἰπόντες συνανέρχονται πρὸς τὸ σπήλαιον τῷ πατρί. Καὶ τῆς [1] θείας ἤδη τελεσθείσης μυσταγωγίας, ὁ ὅσιος τοῦ Λάτρου πάλιν

— [7] *om.* B. — [8] *om.* B. — [9] αὐτους Q S. — [10] τὴν B. — [11] γενέσθαι S B. — [12] κύριος C. — [13] ἐπεφέροντο S B. — [14] ἀπετῶς Q. — [15] κύριος C. — [16] γοῦν B.
λϛ'. — [1] *om.* C.

orationique intentum; simulque digito locum indicabat et hominem qui navigio ad terram appellente celeriter occurrens, magna ter illos voce salutavit dicens : *Opportune adestis;* illisque quinam esset et unde, qui tam amanter eos compellaret interrogantibus : *Ex hoc vico sum,* inquit; *proxima vero nocte vox arcana mihi exaudita est, festinare ad litus iubens,eo quod dominus Paulus adesset,ut occurrens ipsum exciperem. Propterea nunc adsum, nec vacuus veni, sed cum sarcinalibus iumentis duobus.* Obstupuerunt qui in navi erant, haec videntes audientesque, et divinam rga sanctum providentiam admirati sunt. Impositis itaque in animalia palliis suis, iter facili negotio peregerunt. Haud multo post, obvii pariter veniunt duo inter monachos Samum incolentes clarissimi, Nicodemus et Cosmas, eodemque modo divina se voce de Pauli adventu admonitos, eique occurrere iussos narrant

36. Et cum eo ad speluncam usque profecti sunt. Peracta autem, ut statutum fuerat, mystagogia, ad Latri montem reversus, pristinis

ἐμέμνητο, καὶ πρὸς τὸ [2] ὄρος εὐθὺς ἐπανῄει. Καὶ ἦν ἐκεῖ τῶν συνήθων ἐχόμενος ἐμμελῶς. Τὰ δὲ ἦν διηνεκὴς πρὸς Θεὸν νεῦσις [3], θεωρία διαφανής, ἀποκαλύψεις ἄπταιστοι, εὐχὴ ἀπαράλειπτος, καὶ τὰ τοῦ Δαυῒδ ᾄσματα. Ἐπισκέψεως οὖν ποτὲ χάριν ὁ κλεινὸς Συμεὼν ὡς αὐτὸν ἀφιγμένος, ὁρᾷ πέτρας ὑψηλῆς ἐπιβεβηκότα ὄρθιόν τε ἱστάμενον, καὶ ὑψοῦ τὰς χεῖρας ἔχοντα [4]· διεβεβαίου δὲ φιλαλήθης ὢν ὅτὲ μὲν ἕνα πῆχυν [5], ὅτὲ δὲ καὶ δύο εἰς ἀέρα ὥσπερ ἀνιπτάμενον, εἶτ' αὖθις ἐπὶ τῆς πέτρας ἱστάμενον, ἀτενῶς τε εἰς οὐρανὸν ὁρῶντα, καὶ ἀερίους ἀσπασμοὺς ποιούμενον, ἄδηλον δὲ πρὸς τίνας οἱ ἀσπασμοί· πλὴν εἰκάζειν εἶχεν, ὡς τῷ τῆς θείας ἀγάπης πυρὶ διαθερμαινόμενος, καὶ οἱονεὶ παροῦσαν τὴν τοῦ Χριστοῦ μορφὴν θεώμενος, τοῖς ἀερίοις τούτοις φιλήμασι τὸ διακαῖον τοῦ πόθου παρεμυθεῖτο.

λζ'. Φώτιον ἐκεῖνον, ὃς τιμῆς μὲν τῆς τῶν πατρικίων ἠξίωτο, ἐπιφανέστερος δὲ ὁ ἀνὴρ μᾶλλον ἀπὸ τοῦ τρόπου, καὶ παρὰ τοῦτο καὶ Κωνσταντίνῳ τῷ βασιλεῖ θεράπων εὔχρηστος καὶ ἀπόλεκτος, τοῦτον οὖν ποτὲ μετὰ καὶ γραμμάτων παρὰ τὸν μέγαν ἐκπέμπει· ἐπεὶ δὲ καὶ ἐντυχὼν αὐτῷ τὰ γράμματα δεδωκώς, ἀλλὰ καὶ εἰληφὼς ἀντίγραφα ἤδη περὶ τὴν ἐπάνοδον ἦν, αἴτησιν αἰτεῖται τοῦτον ὁ μέγας, ὥστε τῇ ἀχειροποιήτῳ

— [2] *om.* C. — [3] δι[ηνεκὴς — νεῦ]σις *om. folio dilacerato* C. — [4] ἀνέχοντα Q. — [5] πήχουν Q.

studiis de more institit. Haec autem erant perpetua in Deum propensio, perspicua contemplatio, revelationes minime fallaces, oratio indefessa, et Davidis cantica. Cum ad visendum ipsum venisset aliquando Symeon, in edito saxo stantem offendit, manibus sublime expansis; affirmabat autem veriloquus interdum cubito uno, interdum duobus in aera quodammodo evolantem, deinde iterum in saxo consistentem, defixis in caelum oculis haerentem, et aerios quosdam complexus ac salutationes edentem conspexisse. Incertum quidem quosnam complecteretur; conicere autem licere illum divinae caritatis flamma succensum, quasi praesentem Christi formam cerneret, aeriis illis complexibus ardentem amoris vim solari voluisse.

37. Photium illum, qui patriciatus honore clarus, moribus etiam clarior fuit, eoque nomine Constantino imperatori inter praecipuos ministros lectissimus, hunc ad sanctum miserat cum litteris. Qui cum ad eum pervenisset, datisque et receptis iam litteris ad reditum accingeretur, unum ab eo sanctus petiit, ut non manufactae Christi imagini quam mantile sanctum appellare mos est, lineum aequale

τοῦ Χριστοῦ εἰκόνι, ἣν σύνηθες μανδήλιον [1] ὀνομάζειν ἅγιον (1), ἐπιτεθῆναι [2] ταύτῃ μέρος ὀθόνης ἰσόμηκες ἀκριβῶς, εἶτα καὶ παρ' αὐτὸν ἐκπεμφθῆναι τοῦτο. Γίνεται οὖν [3] τὸ αἰτηθὲν κατὰ γνώμην αὐτῷ, κἀκεῖσε πέμπεται· ὅπερ ὑφαπλωθὲν τῷ μὲν ἁγίῳ ἐβλέπετο [4] καθαρῶς τὴν τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα ἐπ' ἀκριβείας ἀναμαξάμενον, καὶ τοῦ τύπου τύπος [5] ἐπ' ἄκρον γενόμενον. Τοῖς δὲ ἄλλοις οὐδὲν τοιοῦτον οὐδαμῶς ὡρᾶτο. Οὐδὲ τοῦτο παραλιπεῖν ἄξιον, ἱκανὸν ὂν γνωρίσαι τῆς Παύλου ἀρετῆς τὸ ἀκρότατον, καὶ ὅπως τὸ ἐκείνου πρόσωπον, ᾗ προέφημεν, μωσαϊκῶν οὐχ ἡμοίρει [6] χαρίτων. Τῷ πατρικίῳ τούτῳ Φωτίῳ παρὰ [7] τῷ θείῳ πατρὶ γενομένῳ ἐπιμελὲς ἦν καὶ τὰ ἔξω ταῦτα καταμαθεῖν, ὅπως ἔχει προσώπου καὶ ὀφθαλμῶν, φθέγματος τε καὶ βαδίσματος καὶ τῶν ἄλλων, καὶ προηγουμένως τῆς ὄψεως· καὶ τοῦτο γὰρ ἐκ τοῦ χρηστοῦ Κωνσταντίνου προστεταγμένον αὐτῷ. Ἠβουλήθη μὲν ἐκεῖνος τὸ προσταγὲν ἀγαγεῖν εἰς πέρας· ἠδυνήθη δὲ οὐδαμῶς. Ἐπανιὼν γὰρ ἤδη, καὶ πρὸς τοῦ κλεινοῦ παραπεμπόμενος Συμεών, ἐκκαλύπτων αὐτῷ τὸ ἀπόρρητον· Ὡρμημένῳ μοι, ἔφη, ἀτενίζειν πολλάκις τῷ αὐτοῦ προσώπῳ ἀμήχανον ἦν· οἷα γάρ

λζ'. — [1] μανδύλιον B. — [2] ἐπιτεθῇ B. — [3] γοῦν B. — [4] ἐφαίνετο C. — [5] τύπον C. — [6] ἠμείρει B. — [7] (τ. Φ. π[αρὰ]) *om. folio dilacerato* C. — [8] οὖν *add.* C S B.

velum applicaret, idque sibi mittere ne gravaretur. Factum est quod postulabat, missumque velum ex animi sententia. Quod cum expandisset, Christi effigiem in eo adamussim expressam, et figurae figuram exactissimam vidit : aliis autem nihil tale apparebat. Neque hoc praetermitti debet, quod ad declarandam Pauli summam virtutem facit, et vultum eius mosaicis, ut ante diximus, gratiis non caruisse probat. Patricio huic Photio, dum apud divinum patrem versatur, curae fuit etiam externa haec observare, qualis eius facies esset, quales oculi, vox, gressus et alia; tum imprimis quales oculi et adspectus. Etenim hoc etiam illi in mandatis dederat Constantinus. Conatus itaque est iussa exsequi, sed nulla ratione potuit. Discedens enim, deducenti se Symeoni arcanum prodens fassus est : *Conatus*, inquit, *persaepe in eius faciem oculos defigere, numquam potui; nam*

(1) Haec imago non manufacta Edessa Constantinopolim translata fuit, a. 944. Exstat CONSTANTINI PORPHYROG. *Narratio* de hac imagine eiusque translatione, *P. G.*, t. CXIII, p. 424-453. Cfr. RAMBAUD, *L'Empire byzantin au Xe siècle*, pp. 105-11.

τις ἀκτὶς ἡλιώδης ἐκεῖθεν ἐκπεμπομένη τοὺς ἐμοὺς ἔβαλλεν ὀφθαλμοὺς καὶ μύειν ἐποίει.

λη'. Καὶ τοῦτο προσθετέον τοῖς ἄλλοις· ὅτι γὰρ οὐ σιωπῆς ἄξιον αὐτὸ [1] τοῦτο μετὰ τὸ ῥηθῆναι δηλώσει. Ὁρῶν ὁ κλεινὸς οὗτος Συμεὼν τὸν μακάριον ποτὲ μὲν χαρίεντα τὴν ὄψιν καὶ [2] ἤπιον, ὥσπερ ἄρα καὶ ἦν, ποτὲ δὲ σκυθρωπὸν καὶ τοῦ συνήθους ἐξηλλαγμένον, καιροῦ τυχὼν ἐκεῖνος ἐπιτηδείου, ἐζήτησε τὴν αἰτίαν, καὶ αὐτὸς ὅπως εἶχεν ἐξήγγειλεν· ἐφίλει γὰρ κἀκεῖνον καὶ τὴν ἀλήθειαν. Ἡνίκα μηδείς, ἔφη, παρελθὼν ἐμποδίσει μοι, καὶ τὸ τῆς ἡσυχίας ἐπιταράξει καλόν, ὁρῶ γὰρ κύκλῳ περὶ ἐμὲ φῶς ἥδιστόν τε καὶ χαριέστατον, καὶ τούτου κατατρυφῶν ἐγὼ καὶ τούτῳ καθαρῶς ἐνηδόμενος, εἰς λήθην ἔρχομαι οὐ τροφῆς καὶ ποτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ κόσμου παντός, ἱλαρὸς ὅλος καὶ εὔθυμος γίνομαι, καὶ τοῖς κατὰ καιρὸν ἐρχομένοις ὁρῶμαι περιχαρής. Ὁπόταν δέ τις προσβαλὼν τὴν ἡδίστην διατριβὴν περικόψῃ [3] ταύτην, καὶ πρός τινας ἑλκύσῃ [4] με λόγους, εὐθὺς ἀπολείπει με τὸ γλυκὺ τοῦτο [5] καὶ πάγκαλον φῶς, καὶ παρὰ τοῦτο σκυθρωπὸς γίνομαι, καὶ τῶν συνήθως μοι προσιόντων [6] τὴν ὁμιλίαν ἀπέστραμμαι. Πρὸς ταῦτα ὁ Συμεών· Ἀλλ' ὅρα, πάτερ, φησί, καὶ μὴ θράσους τὸ ἐρώτημα οἰηθεὶς ψυχῆς δὲ μᾶλλον τῆς

λη'. — [1] ἑαυτὸ C. — [2] *om.* C. — [3] περικόψαι C. — [4] ἑλκύσαι C. — [5] τούτον B, (μ. τὸ γ. τ.) μ. τούτου τὸ γ. S. — [6] μοι *add.* S.

ex ea tamquam radius quidam solis emissus oculos meos perstringebat, et claudere cogebat.

38. Addendum aliud est, quod silentio tegendum non fuisse ex narratione constabit. Cum videret Symeon beatum virum nunc vultu hilarem et blandum, uti revera erat, nunc vero subtristem et specie immutata, occasionem nactus opportunam, de causa percontatus est; et ille quod res erat exposuit; amabat enim illum, simulque veritatem. *Quando nullus,* ait, *impedimento mihi est, qui bonum quietis interpellet, lucem circa me fusam video suavissimam ac iucundissimam, qua fruens gaudensque, non cibi modo potusque, sed mundi ipsius universi in oblivionem venio : hilarisque et alacer fio, laetusque iis qui ad me tum veniunt appareo. At, cum accedens quispiam suavissimum hoc otium abrumpit, et ad colloquium aliquod me abripit, tum me dulcis illa et pulcherrima lux ilico deserit, eamque ob causam tristior fio, et eorum qui mecum versari solent congressum aversor.* Ad haec Symeon: *At vide, pater,* inquit, *neque tu interrogationem meam audaciae potius quam incenso erga amplitudinem tuam amori meo tribuendam putes ;*

σῆς μεγαλειότητος περικαιομένης, μή ποτέ σοι τὸ φῶς τοῦτο οὐ φῶς ἐστι θεῖον, ἀλλ' ἀντικειμένης δυνάμεως. Καὶ ὁ ὅσιος· Μηδὲν ἐν τούτῳ δείσῃς, φησί, πεπείραμαι γὰρ ἀμφοτέρων, τοῦ τε [7] θείου λόγου [8] καὶ τοῦ δαιμονιώδους, καὶ εἰ βούλει, ἐρῶ σοι παράσημα τούτων· ἐπεὶ τὸ μὲν τοῦ ἀντικειμένου πυροειδές ἐστι καὶ καπνῶδες, καὶ τῷ αἰσθητῷ τούτῳ πυρὶ ὅμοιον, καὶ ἐπειδὰν αὐτὸ μετριοπαθὴς ἴδῃ [9] ψυχὴ καὶ κεκαθαρμένη, ἀηδῶς ἔχει πρὸς αὐτὸ καὶ βδελύττεται. Τὸ δ' ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ, ἀγαθὸν χαριέστατόν ἐστι καὶ ἀκραιφνές, καὶ προσβάλλον ἁγιάζει, φωτός τε καὶ χαρᾶς καὶ ἱλαρότητος πληροῖ τὴν ψυχὴν [10], καὶ ἠπίαν αὐτὴν καὶ φιλάνθρωπον ἀπεργάζεται. Τοῦτο, φεῦ, ἀπελαύνουσι λογισμῶν φαύλων συγκαταθέσεις, αἰχμαλωσία νοός, καὶ κοσμικαὶ μάλιστα ὁμιλίαι.

λθ'. Καὶ τῶν ἄλλων μὲν ἁγίων αἱ μνῆμαι εὐφροσύνης ἀφορμαὶ τῷ Παύλῳ. Ἡ δὲ τῆς μάρτυρος Αἰκατερίνης (1) οὐχ ἡδονῆς [1] μόνον ἐπλήρου τὸν ὅσιον, ἀλλὰ μικροῦ καὶ σκιρτήματος· ἐπεὶ καὶ ἑώρταζε ταύτην οὐ σωματικῶς ἁπλῶς, ἀλλὰ παρακρίνων [2] αὐτῇ καὶ πνευματικὴν ἀγαλλίασιν,

— [7] *om.* P. — [8] λέγω S B. — [9] ἴδοι C, *om.* Q. — [10] εὐχὴν Q.
λθ'. — [1] ὁδονῆς B. — [2] παρακιρνῶν Q C.

vide ne lumen hoc non divinum sit interdum, sed adversae potestatis. Cui sanctus : ***Nihil est quod vereare,*** dixit; ***novi ego utriusque discrimen, divini inquam et daemoniaci; tibique, si audire vis, utriusque signa expertus ostendam. Adversarii etenim lumen igniforme est fumoque admixtum, et a nostro hoc sensili igne non discrepans. Cumque illud humilis anima et purgata conspexerit, minime illo delectatur, quin potius abhorret. Quod vero a bono est, bonum, gratissimum purumque est, et adventu suo sanctificat. Animam luce, gaudio et hilaritate replet, mitemque ipsam et humanam reddit. Sed lumen hoc, proh dolor, depellunt pravarum cogitationum assensus, mentis captivitas, et saecularia imprimis colloquia.***

39. Et aliorum quidem sanctorum memoriae hilaritatis ansam Paulo dabant; martyris vero Aecatherinae non solum voluptate sanctum replebat, sed propemodum exsultatione et tripudio. Etenim celebrabat illam non corporis tantum sensu, sed admixta simul spirituali

(1) Nullum antiquiorem S. Catharinae cultorem invenit Knust, ***Geschichte der Legenden der H. Katharina von Alexandrien,*** Halle, 1890, pp. 170, 178-180, qui S. Paulum novit ex Baronii ***Annal.,*** a. 956, n. VI, et ab Allatio deceptus Nicephorum Blemmidam scriptorem Vitae Pauli putavit.

μᾶλλον δὲ τὸ πλεῖον διδοὺς τῷ πνεύματι. Ἑορτάζοντι τοιγαροῦν καὶ ἐν ὑπαίθρῳ τοῖς ἀδελφοῖς συνεστιωμένῳ, ὑετοῦ λάβρου [3] καταφοραὶ παρέβαλλον, καὶ τοὺς μοναχοὺς ἀνίστασθαι ὡρμημένους ἀπεῖργεν αὐτός. Καὶ ὁ ὑετὸς ἔστη καθάπερ [4] ἐξ ἐπιτάγματος, οὐ δὲ ψεκάδος λεπτῆς κατιούσης, ἕως καὶ [5] τέλος εἶχεν ἡ τράπεζα. Ταύτης δὲ τὸ πέρας καὶ ἡ τῶν συνεστιωμένων ἔγερσις ἀρχὴ πάλιν τῷ ὑετῷ γίνεται, καὶ λάβρως [6] ἤρξατο καταφέρεσθαι τοῦ δήσαντος ὥσπερ [7] ἐν συνθήματι καὶ ἀνέντος.

μ'. Μοναχός τις τῶν μὴ μοναχῶν καὶ ἰδιαζόντων, ἀλλ' ἀγοραίων καὶ περιπατητικῶν καὶ πρὸς ἅπαντα ἀνειμένων, ἐν τῷ ὄρει γενόμενος, καὶ τῷ ὁσίῳ περιτυχών, ἀργύριον ᾔτει παρασχεῖν αὐτῷ ἢ ἱμάτιον. Ἤτει δὲ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς ἀπαιτῶν μᾶλλον ἤπερ αἰτῶν, τῆς ἀναιδείας ἢ τῆς ἐνδείας ὑποθηγούσης αὐτόν. Ὁ δὲ μηδὲν ἔχων, τί γὰρ παρ' αὐτῷ πλέον τοῦ ἑνὸς χιτῶνος καὶ τῶν σαρκῶν, ἠφίει μὲν οὕτως, ἤλγει δὲ τῷ μὴ θεραπεῦσαι τὸν ἀδελφόν. Ἐκεῖνος δὲ πένης ὢν ὡς μάλιστα καὶ κατὰ ψυχήν, ἑνὶ τῶν πανδοχείων παραβαλὼν ἔνθα μοναχὸς ἦν Βασίλειος ὄνομα [1], εἷς καὶ αὐτὸς τῆς τοῦ [2] ὁσίου ποίμνης γνωριζόμενος, ἐκακηγόρει τὸν ἅγιον, καὶ περιττῇ γλώττῃ καὶ ἀνέτῳ ταῖς κατ' αὐτοῦ διαβολαῖς ἐχρῆτο, τὸ [3] μὴ λαβεῖν ἁπλῶς αἰτιώμενος· ὅτι δ' αὐτὸς ᾔτει λαβεῖν παρὰ τοῦ

— [3] λαύρου S. — [4] ὥσπερ S B. — [5] *om.* C. — [6] λαύρως S. — [7] καὶ *add.* B.
μ'. — [1] τοὔνομα S. — [2] *om.* C. — [3] τῷ P.

laetitia; aut potius, praecipuum id erat quod spiritui dabat. Ferianti igitur et sub dio epulanti cum fratribus, largus imber imminebat, monachosque surgere parantes ipse inhibuit; et pluvia cursum tamquam iussa repressit, ne gutta quidem vel tenui lapsa, quoad sublatae sunt mensae; idem vero convivis surgendi initium fuit, et pluviae cadendi. Mox enim magno impetu et copia ferri, quasi tessera data, coepit.

40. Monachus quidam ex his qui minime monachi sunt ac solitarii, sed ex vagis et circumforaneis, cum ad sanctum venisset in montem, argentum ab eo petiit, aut vestimentum; nec petere simpliciter sed exigere potius quam petere, impudentia pariter atque inopia instigante videbatur. Ille autem, ut qui nihil haberet, quid enim illi praeter tunicam unam et corpusculum erat, vacuum dimisit, dolens se fratris morbo mederi non posse. At pauper ille, animo imprimis egenus, hospitium unum ingressus in quo monachus erat Basilius, unus e sancti viri grege non ignotus, in sanctum convicia iactare coepit, effrenataque lingua calumniari, quod ab illo nihil accepisset: se vero

δοῦναι μὴ δυναμένου, τοῦτ' οὐδαμῶς ἑώρα. Ὁ μέντοι Βασίλειος τὴν ἀκρασίαν [4] αὐτῷ προέτεινε, καὶ τὴν γλωσσαλγίαν ἐμέμφετο, εἰκῆ κατὰ [5] τοιοῦδε θρασυνομένην ἀνδρός. Τοῦ δὲ μὴ σιωπῶντος, ἀλλ' ὅ φασι, νικῶντος τὸν ὀνηλάτην, καὶ τῷ [6] κακῶς λέγειν ὥσπερ ἐγκαυχωμένου, ὁ Βασίλειος· Ἴσθι, φησίν, ὅτι μὴ ἀτιμώρητά σοι τὰ τῆς ὕβρεως ἔσται. Οὔπω πέρας εἶχεν αὐτῷ τὸ ῥηθέν, καὶ πεσὼν ἐκεῖνος εἰς γῆν ὕπτιος διωγκοῦτο καὶ ὑπεπίμπρατο [7], καὶ ἀσκῷ πεφυσημένῳ εἶχεν οὐκ ἀνομοίως, ὁ μέντοι ὄγκος εἰς τοσοῦτον οἰδήματος ἤρετο ὡς μικροῦ καὶ διαῤῥαγῆναι μὴ ἀπηλπίσθαι τὸν ἄθλιον. Ἀλλὰ γὰρ τοῦ κακοῦ τὸ κεφάλαιον, ὅτι μὴ ἐλεύθερον τὸ φύσημα ὀδυνῶν, ἀλλὰ δριμεῖαι καὶ συνεχεῖς ἔβαλλον· ταύτῃ τοι καὶ κραυγῇ ἐχρῆτο μεγίστῃ· Ἐλεήσατε, βοῶν, ἐλεήσατε, καὶ εἴ τις δύναμις σπεύσατε ῥηγνυμένῳ μοι βοηθεῖν. Ἐπικύψας οὖν ὁ Βασίλειος εἰς τὸ οὖς ἐκείνου· Ἀλλ' οὐκ ἔσται σοι, φησίν, οὐδαμῶς ἴασις, εἰ μὴ αὐτοῦ μόνου εἰς ὃν ἄρα καὶ ἐξύβρισας δεηθείς. Ὁ δὲ μόλις καὶ γὰρ ἤπειγον αἱ ὀδύναι, δεῖσθαι τοῦ ἁγίου ἤρξατο, καὶ κατ' ὀλίγον οὕτω μεταλαμβάνων ὑγιείας [8] ἄπεισι πρὸς τὸν μέγαν ᾄδων παλινῳδίαν, καὶ γλώττῃ εὖ λέγειν διδασκομένῃ τοὺς προτέρους [9] ἀποκλύζων ὕθλους. Τί οὖν ἡ πραεῖα καὶ φιλανθρωποτάτη ψυχή; Μειδιῶσαν αὐτῷ καὶ εὐπροσήγορον ἐμπαρέσχεν ὄψιν,

— [4] ἀκροασίαν C. — [5] τοῦ *add.* B. — [6] τὸ B. — [7] ὑπεμπίπρατο Q. — [8] ὑγιείαν S. — [9] πρώην B.

ab eo postulasse qui dare non poterat, minime considerabat. At Basilius intemperantiam illi obiciebat linguaeque petulantiam arguebat, qui tanto viro temere obtrectaret. Deinde illo nihilominus haud silente, sed agasonem, quod aiunt, superante et in maledicentia sua exultante: *Atqui scito,* ait Basilius, *impunitam tibi hanc contumeliam non fore.* Vixdum finierat, cum in terram ille corruit supinus, et utri similis inflato, intumuit cum ardore; adeo vero tumor excrevit, parum ut abesset quin rumpendum se crederet infelix. Quod mali caput erat, minime dolorum expers hic tumor, sed acutis et continuis acerbe vexabat. Itaque, prae dolore inclamans, vociferabatur: *Miseremini, miseremini, et si quam potestis opem, quia disrumpor, adferte.* Cui Basilius in aurem: *At tibi,* inquit, *curatio nulla futura est, nisi illum ipsum, quem iniuria affecisti, implores.* Ille autem vix sanctum precari, etenim compellebant dolores, coeperat, cum incolumitati restitutus ad sanctum properat, palinodiam canit, et lingua iam melius loqui docta pristinas nugas abstersit. Quid ergo benigna et mitissima anima? Blandum illi affabilemque se praebuit, quin etiam occurrens

ἀλλὰ καὶ προσελθὼν ἠσπάσατο, καὶ συγγνώμην αἰτοῦντι προθύμως ἔδωκε. Τοιαύταις γνώμη θεοφιλὴς ἀπαιδεύτου ληρήματα γλώττης ἀμείβεται φιλοφροσύναις.

μα'. Πάνυ σφόδρα εὐκαταφρόνητον τῷ ἁγίῳ, μᾶλλον δὲ καὶ ἀξιομίσητον ἀνθρωπίνη δόξα· διὰ τοῦτο βασιλέων αὐλαὶ καὶ ἀρχόντων τιμαὶ ἀσπούδαστον αὐτῷ καὶ ἀπόστροφον, τοῖς ταπεινοτέροις εὐδοκιμοῦντι μᾶλλον, καὶ πλέον γε τοῖς Θεῷ εὐνουστέροις. Οὐ μὴν οὐδὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις [1] καλοῖς οὐδὲ τοῦ ζήλου τῶν ἁγίων ἀπελιμπάνετο· ἀλλὰ καὶ Φινεὲς (1) ἐν τούτῳ παρήλαυνε, καὶ Ἠλίου (2) παρ' οὐδὲν ἠλαττοῦτο. Ἀπόδειξις τῶν εἰρημένων αἱ κατὰ τῶν μανιχαίων αὐτοῦ σπουδαί· ὧν τοὺς ἐπισημοτέρους καὶ τῷ [2] βλάπτειν πιθανωτέρους, τῶν ὁρίων Κιβυῤῥαιώτου (3) τέ φημι καὶ Μιλήτου [3] μακρὰν ἐκτετόπικε (4) τοῖς πρὸς βασιλέα [4] χρησάμενος γράμμασιν, ἃ ἐκείνου γλυκέα δηλαδὴ τῷ λάρυγγι, καὶ ὑπὲρ μέλι τῷ στόματι. Καὶ τοῦτο τῶν θαυμαστῶν Παύλου προοράσεων καὶ διανοίας τῆς ἐλλαμπομένης ὑπὸ Θεοῦ εἴσω τοῦ ἱεροῦ ναοῦ τοῦ κατ'

μα'. — [1] *om.* C. — [2] τὸ S. — [3] Μηλήτου P. — [4] βασιλεως C Q.

amplexus est, et veniam postulanti libenter concessit. Tali mens Dei amans benevolentia indomitae linguae ineptias ulta est.

41. Contemnebat supra modum aut potius exosam habebat gloriam humanam. Propterea imperatorum aulas et principum honores nec affectabat, et reipsa aversabatur, humiliorum ac piorum Deoque carorum maxime consuetudinem anteponens. Ceterum, nec zelus sanctorum inter cetera illi defuit, sed et Phineem hac in parte vicit, et Elia nihilo fuit inferior. Argumenta sunt quae contra manichaeos molitus est, quorum quidem antesignanos et qui ad nocendum paratiores erant, longe a Cibyrraeoti Miletique finibus summovit, litteris ad imperatorem datis, quae illius scilicet faucibus dulces et super mel ori erant. Fuit et hoc admirabilium Pauli praevisionum mentisque a Deo illuminatae specimen, quod cum in Ephesino Ioannis Theologi

(1) *Num.*, c. XXV, 7, 8. — (2) III *Reg.*, c. XVIII, 40. — (3) De themate Cibyrraeotarum, agit Constantinus Porphyrog., *De Thematibus*, l. I, Thema XIV, *P. G.*, t. CXIII, 100-104. — (4) Hosce Manichaeorum antesignananos in exsilium mittendo, praelusit imperator Ioanni Tzimiscae, qui paucis post annis Paulicianos in Thraciam relegavit. Anna Comnena, *Alexias*, l. XIV, *P. G.*, t. CXXXI, p. 1100. Cfr. quae notavit Ducange ad *Villehardouin*, n. 227. Fontes et subsidia de historia haereseos manichaeorum toto medio aevo indicat Gieseler, *Lehrbuch der Kirchengeschichte*, ed. 3, t. II, 1 (1831), pp. 12-17, 352; brevem eiusdem conspectum concinnavit Doellinger, *Beiträge zur Sektengeschichte des Mittelalters*, t. I, (1890), p. 1-15.

Ἔφεσον, Ἰωάννου τοῦ θεολόγου φημί [5], γενόμενον. Τῶν διακόνων τὶς τούς τε ἄλλους ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὸν προσελθὼν ἐθυμία [6]. Πρὸς ὃν ὁ μέγας· Ἀλλ' οὐ πολὺς ὁ μεταξὺ χρόνος καὶ ἐπίσκοπος ἡμᾶς, ἔφη, θυμιάσεις. Ὁ δὲ τοῦ μετρίου γενόμενος· Ἐμοὶ δε πόθεν τὸ τοιαύτης ἀξιωθῆναι χάριτος ἁμαρτωλῷ, φησίν, ὄντι; Καὶ ὁ [7] μακάριος· Μὴ ἀμφίβαλλε, ἔφη, οὕτω γὰρ ἕξει τὸ εἰρημένον. Ταῦτα οὐ τῶν ἐκ τρίποδος καὶ τῶν ἄλλων ἃ μῦθοι καὶ δαιμόνων ἀπατηλῶν [8] φάσματα, ἀλλὰ [9] τῶν ἐξ ἀληθείας μᾶλλον καὶ θείας κομιδὴ χάριτος. Καὶ παρὰ τοῦτο καὶ πέρας ἔσχε μετ' ὀλίγον ἡ προῤῥησις [10], καὶ μητροπολίτης ἐκεῖνος, ὃν ἔφημεν τὸν τῶν διακόνων ἔχειν βαθμόν, χειροτονεῖται Πατρῶν, Νέας ταύτας καλεῖν εἰθισμένον [11] (1). Τὴν περὶ τοὺς δεομένους τοῦ μεμακαρισμένου συμπάθειαν πῶς [12] ἄν τις παραστήσειε λόγος; Οὐ γὰρ τῶν ἐν τῇ λαύρᾳ περιττῶν μόνον, εἴγε τὶ καὶ περιττὸν ἦν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀναγκαίων οὐδαμῶς ἐφείδετο οὐδὲ αὐτῆς δήπου τῆς ἐφημέρου τροφῆς, ἀλλ' ἀφειδῶς ἐσκόρπιζε, καὶ ἀμφοτέραις ἐδίδου πένησι· πολλάκις δὲ μηδὲ τοῦ ἑνὸς ὃν ἠμφίεστο χιτῶνος μεταποιούμενος, ἀλλὰ καὶ τούτου ῥαδίως

— [5] (τ. θ. φ.) φ. τ. θ. S. — [6] *corr. post rasuram* P. — [7] *om.* S. — [8] ἀπατηλα S. — [9] καὶ *add.* B. — [10] προσηγορία S. — [11] εἰθισμένων S. — [12] ποιος C.

templo esset, eique inter ceteros diaconus quidam suo loco thus offerret, huic ille: *Non longum,* ait, *tempus abibit, cum episcopus thure nos perfundes.* Cui diaconus (2): *Unde mihi peccatori et indigno tanta dignitas obtingat?* Et sanctus: *Ne dubita,* inquit, *sic enim eveniet, ut dictum est.* Haec non ex tripode aliisve fabulosis et daemonum fallacibus oraculis, sed ex veritatis aut divinae utique gratiae fonte hausta, exitumque suum brevi sortita est praedictio. Nam metropolita factus est diaconus ille Patrarum, quae Novae appellari solent. Beati viri in egenos pietatem et misericordiam quaenam eloqui possit oratio? Etenim, non ea solum quae in laura redundabant, si quid tamen redundabat, sed ipsa etiam necessaria largiebatur, ac ne quotidianis quidem alimentis parcebat, sed prolixe omnia et ambabus, quod aiunt, pauperibus erogabat. Saepe unicam qua tegebatur tunicam non retinebat, sed hanc quoque petentibus facile concedebat. Cur reticeo quod maxime inusitatum quodque stuporem audientibus inicere

(1) Episcopus ille cuius nomen reticuit auctor noster, collocandus est in serie episcoporum Novarum Patrarum ante Nicolaum qui sedit extremo saeculo X. Lequien, *Oriens christ.*, t. II, p. 123. — (2) Hic rursum pauca omisit interpres.

cultus, novamque Christi fidem abs se abalienarent. Non parentibus poena mors erat, qua affectos virorum quinque milia et eo amplius scribunt quidam. Nam ductos ante Herculis effigiem, illi reverentiam abnuentes in amphitheatrum iubebat trahi feris dilaniandos. Quod ad cetera pertinet, bonus imperator existimatus. Qui cum Diocletiano de universo fere orbe victor triumphavit, et ut ille aurei saeculi, ita hic ferrei parens dictus. Quamobrem non parum multi (1) scribunt hunc primum ferrea corona Mediolani ornatum, unde ferreae coronae consuetudo manavit, ut ille non Augustus, non Imperator, sed Caesar (2) tantum sit, cuius tempora eo honore caruerint. Nequaquam me latet esse alios, qui hanc consuetudinem ab Henrico, qui ab Othone, qui ab Carolo trahant; sed quibus auctoribus ducti ipsi viderint (3). Huius sane imperatoris tempore, quam florida, quam opulens et magnifica urbs ipsa fuerit, Mamertini viri consularis dictus ille panegyricus demonstrat.

IV. Codex signatus A. 197 Inf. (olim R. et etiam B.).

Chartaceus, foliorum 216, formae med. (0^m,332 × 0,218), lineis plenis, largis marginibus, una manu anno 1456 nitide exaratus, uti constat ex codicis subscriptione : *Explicit liber iste, quem ego Antonius de Juniis Mediolani scripsi et explevi die primo decembris anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto.* Interiore teguminis parte, eiusdem aetatis manu notatum est : *Iste liber est conventus sanctae Mariae Coronatae Mediolani fratrum Eremitarum sancti Augustini observantium congregationis Lombardiae.* Tituli rubricati sunt; litterae maiores, nonnihil decoratae, variis vicissim coloribus depictae. Epistulis sancti Cypriani martyris et episcopi Carthaginensis, quibus totus codex constat, praemissa est

Brevis descriptio vitae beatissimi et doctissimi Cypriani episcopi et martyris, Pontii diaconi, qui Cypriano comes indivulsus fuit (fol. 1^r-8^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Septembris, t. IV, p. 325-31.

V. Codex signatus A. 251 Inf.

Membraneus, foliorum 205, formae maior. (0^m,428 × 0,30), binis columnis, una manu, grandiusculis caracteribus nitide exaratus saec. XIII. Rubro colore usus est amanuensis ad ducendos titulos litterasque capitales initio Vitarum praegrandes

(1) *Nota marg.:* Scripserunt ut voluerunt, hoc est verisimiles coniecturas consecuti, non bonos auctores, qui quidem exstent. — (2) *Nota marg.:* Caesarem intellegit pro rege Italiae, qui nullus esse potest, quem non Mediolanenses legerint ac coronarint. — (3) *Nota marg.:* Bene vident, qui a Carolo scilicet Magno trahunt, cum iam diu res sit iudicio victa atque testata. C. S. annal. M.

describendas. Plerumque infra folium repetitus est titulus et supra numerus, quo sibi Vitae succedunt. Identidem lacerata sartaque est pergamena et praebet columnas partim scripturae vacuas, quin sensus sit intercisus.

Textus est emendatissimus et diligenter videtur cum optimo codice collatus : cuius indicia sunt rasurae bene multae et correctiones, iterataeque transcriptiones, aliae aliis longiores. Praefixus est Vitarum index eiusdem aetatis, et fol. 1r saeculo XV scriptum est : *Liber domus Vallis sancti Hugonis.*

Codex ille plane convenit cum codice Biblioth. Nationalis Parisiensis 5312. Cfr. *Catalogus codd. hagiographicorum latin. Bibl Nat. Paris.*, t. II (1890), p. 82-6, exceptis numm. 49°, 50° et 51°, quibus ob avulsa folia codex Ambrosianus caret.

1° Vita beati Pauli primi eremitae (fol. 1r-3v).

Auctore Hieronymo, ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Ianuarii, t. I, p. 604-7.

2° Vita sancti Hilarii Pictavorum episcopi (fol. 3v-6v).

Liber primus Vitae auctore Fortunato, ed. ibid., ad d. 13 Ianuarii, t. I, p. 790-3.

3° Vita beati Felicis presbyteri et confessoris Nolani (fol. 6v-7r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Ianuarii, t. I, p. 938, n. 11.

Inc. : *Beatus Felix a Maximo Nolanae urbis episcopo.*

4° Item ex libro miraculorum beati Gregorii Turonensis episcopi (fol. 7r-7v).

Ed. ibid., p. 942, numm. 4 et 5.

Inc. : *De beati Felicis miraculis pauca perstringam. Erat quidam pauper...*

Des. : *Saepius beatus scripsit Paulinus episcopus.*

5° Passio Marcelli papae (fol. 7v-11r).

Ed. ibid. ad d. 16 Ianuarii, t. II, p. 5-9.

6° Vita sancti Antonii abbatis (fol. 11r-33v).

Ed. ibid., ad d. 17 Ianuarii, t. II, p. 120-41, deficiente in cod. epilogo Evagrii interpretis ; cui suffectum est : *Explicat Vita sancti Antonii primum scripta ab Athanasio episcopo Alexandrino in graeco, translatum in latinum ab Evagrio praeside.*

7° Passio sancti Sebastiani martyris (fol. 33v-49r).

Ed. ap. P. Ballerini, *S. Ambrosii Opera omnia,* t. VI, col. 797-830 (Mediolani, 1875-83).

Subsequitur in codice, maioribus litteris exaratus titulus : *Passionem sanctae Agnes martyris quaere in matutinali.*

8° Passio sancti Vincentii archidiaconi et martyris (fol. 49r-53v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Ianuarii, t. II, p. 394-7.

9° Passio sancti Polycarpi episcopi et martyris, sicut habetur in historia ecclesiastica libro quarto (fol. 53v-56r).

Ex Eusebii *Hist. eccl.*, interprete Rufino, lib. IV, capp. 14, 15 et lib. V, capp. 20, 24.

10° Passio sanctae Agathae, virginis et martyris (fol. 56v-59r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 5 Februarii, t. I, p. 615-8. In cod. om. num. 1.

11° Vita beati Gregorii papae, edita a Paulo diacono, qui Longobardorum gesta descripsit (fol. 59r-63v).

Auctore anonymo, ed. ibid., ad d. 12 Martii, t. II, p. 130-7, nonnullis variantibus lectt. sed textus codicis praestantior videtur. Subsequitur continuo : *Vitam sancti Hugonis quaere in principio secundi sermonarii.*

12° Beati Paulini vita sancti Ambrosii Mediolanensis episcopi (fol. 63v-72r).

Ed. ap. P. Ballerini, *Op. cit.*, t. VI, col. 885-906.

13° Hymnus sancti Paulini episcopi de beato Ambrosio episcopo (fol. 72r-72v).

Cfr. *Catal. codd. hagiograph. lat. biblioth. nationalis Parisiensis*, t. II (1890), p. 83, cod. 5312, 13°.

Ineditus. Vide Append.

14° Passio sancti Georgii martyris (fol. 72v-78r).

Ed. in *Bibliotheca Casinensi*, t. III, Florilegii p. 341-8.

15° Passio sancti Marci evangelistae (fol. 78r-79v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Aprilis, t. III, p. 347-9 ; sed fine paululum discrepante. Ita in cod. : *Apud Alexandriam Aegypti, die tricesimo, quod est apud Romanos septimo kalendas maias, iuxta Hebraeos autem sexto decimo, imperante Gaio et Iulio, regnante D. N. I. C.*

16° Vita beati Philippi apostoli (fol. 79v-80r).

Ed. ap. I. A. Fabricium, *Codex apocryphus N. T.*, parte II, p. 738-842 (Hamburgi, 1719).

17° Passio sancti Iacobi [Minoris] apostoli (fol. 80r-80v).

Ed. ex cod. Carnotensi 144, *Analecta Bolland.*, t. VIII, p. 136-7.

18° Inventio sanctae crucis (fol. 80v-83v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Maii, t. I, p. 445-8, inter Acta apocrypha S. Iudae-Quiriaci. In cod. om. ultima phrasis.

19° Passio sanctorum Alexandri, Eventii et Theodoli, sociorumque eorum (fol. 83v-85v).

Ed. ibid., ad d. 3 Maii, t. I, p. 371-5.

20° Passio sancti Gordiani martyris (fol. 86r-87r).

Ed. ibid., ad d. 10 Maii, t. II, p. 552-3.

21° Gesta et passiones sanctorum martyrum Flaviae et Domitillae, Nerei et Achillei, Euticetis, Victorini, Maronis, Sulpicii et Serviliani, Theodorae et Eufrosynae (fol. 87r-92v).

Ed. ibid., ad d. 12 Maii, t. III, p. 6-13. Sed in cod. pars prologi om. Incipit enim : *Eorum sollicitudinem qui ante nos fuerunt.*

22° Passio beati Pancratii martyris (fol. 92v-93v).

Ed. ibid., p. 21. In codice neglecta est sub fine memoria S. Sotheris virginis et martyris.

23° Passio Urbani papae et martyris (fol. 93v-98v).

Principium ut in cod. Bruxellensi 380-82, 24° (*Catal. codd. hagiograph. biblioth. regiae Bruxell.*, t. I, p. 207-9). Reliqua plerumque concordant cum Passione ed. *Bibl. Casin.*, t. III, Florilegii p. 84-101.

24° Passio sanctorum martyrum Marcellini presbyteri et Petri exorcistae (fol. 98v-100v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Iunii, t. I, p. 171-3, omissa in cod. sententia ultima.

25° Passio sanctorum Primi et Feliciani (fol. 100v-102r).

Ed. ibid., ad d. 9 Iunii, t. II, p. 152-4. Sed clausula in cod. omissa est a verbis *Et si quis aegrotorum ibidem...*

26° Passio sancti Barnabae apostoli (fol. 102v-104r).

Ed. ibid., ad d. 11 Iunii, t. II, p. 431-5, interpretatione haud parum diversa. In cod. om. paragraphus ult., sed eius locum obtinet epilogus, quem reperies apud Mombritium, t. I, fol. 72v ad verba : *Propter hanc itaque occultam* (in cod.) *collocationem.*

27° Passio sanctorum Cyrici et Iulitae (fol. 104r-107v).

Accedit ad Passionem ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Iunii, t. III, p. 28, cap. 1.

Inc. : *In illo tempore, sub Alexandro praeside orta est persecutio christianis. Veniens enim idem Alexander praeses in Antiochiam, accepta potestate ab imperatore vehementius persequebatur Ecclesiam Dei. Iulita autem mulier quaedam civis Isauriae, timens Deum, videns iram praesidis...*

Des. : *ut nec sepulturae darentur secundum praeceptum praesidis. Venit autem angelus Domini et congregavit omnia membra eorum et reduxit ad statum pristinum, et sepelierunt eos christiani.*

28° Revelatio sive passio sanctorum Gervasii et Protasii (fol. 107v-109r).

Epistula S. Ambrosii ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Iunii, t. III, p. 821-2, nonnullis lectionibus variantibus.

29° Passio sanctorum Gallicani, Iohannis et Pauli (fol. 109v-112r).

Ed. ibid., ad d. 25 Iunii, t. V, p. 37-9, *Acta S. Gallicani martyris*; et ibid. ad d. 26 Iunii, p. 159-60, *Acta SS. Ioannis et Pauli martyrum*. In codice omissus est num. 6 (p. 160), excepta propositione prima; quae inter uncos edita, plerumque contracta sunt vel exciderunt.

30° Passio beatissimorum apostolorum Petri et Pauli. Sic habetur in libro quarto Egisippi historiographi fol. 112r-113r).

Ed. *Bibl. Casin.*, t. III, Florilegii p. 239, col. 1 med. *(Erant Neronis tempore Petrus et Paulus doctores...)* — 240, col. 1 fin. *(... alter cruce, alter gladio necati sunt).*

31° Passio sancti Pauli apostoli a Lino episcopo Romano conscripta et ecclesiis orientalibus destinata (fol. 113r-117v).

Ed. *Maxima Bibliotheca veterum Patrum*, t. II, parte I, p. 70-3 (Lugduni, 1677).

32° Passio sanctorum martyrum Processi et Martiniani (fol. 117v-118v).

Ed. *Bibl. Casin.*, t. III, Florilegii p. 240-2.

33° Passio sanctae Felicitatis et filiorum eius (fol. 118v-119v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Iulii, t. III, pp. 12, 13.

34° Vita sanctae Praxedis virginis (fol. 119v-120r).

Passio, auctore Pastore, ed. ibid., ad d. 19 Maii, t. IV, p. 300, numm. 5-8, variantibus lectt. bene multis.

35° Vita sanctae Mariae Magdalenae (fol. 120v-121v).

Ed. ap. Faillon, *Monuments inédits sur l'apostolat de Sainte Marie-Madeleine en Provence*, etc. (Paris, 1848, gr. 8°), t. II, p. 433-6, cum prologo et additamentis, ed. ibid., p. 445-52, § 3.

36° Passio sancti Apollinaris episcopi (fol. 121v-126r).

Ed. ap. Muratori, *Rerum italicarum script.*, t. I, parte 2, p. 529 col. 1-p. 533, col. 2.

37° Passio sanctae Christinae virginis (fol. 126r-131r).

Ed. ap. Mombritium, t. I, variantibus lectt.

38° Passio beati Iacobi [Maioris] apostoli (fol. 131^{v}-134^{r}).

Ed. ap. I. A. Fabricium, *Codex apocryphus N. T.*, t. I, p. 516-31 (Hamburgi 1719). In cod. sic incipit: *Apostolus D. N. I. C. Iacobus, frater beati Iohannis apostoli et evangelistae, omnem Iudaeam et Samariam visitabat. Ingrediens per synagogas...*

39° Passio sancti Christophori martyris (fol. 134^{r}-137^{v}).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Iulii, t. VI, p. 146-9, interpretatione paululum diversa. Adiectum est in cod.: *Passus est autem sanctus Christophorus octavo kalendas augusti, in Samo civitate Liciae, regnante D. N. I. C. cui est virtus et imperium in saecula saeculorum. Amen.*

40° Passio sanctorum Nazarii et Celsi (fol. 137^{v}-139^{r}).

Ed. *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 50-4.

41° Passio beati Felicis papae et martyris (fol. 139^{r}-139^{v}).

Ed. *Analect. Bollandian.*, t. II, p. 322-4, neglectis in cod. tribus ultimis sententiis.

42° Passio sanctorum Simplicii, Faustini et Beatricis (fol. 139^{v}-140^{r}).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Iulii, t. VII, p. 36.

43° De vita et virtutibus sanctissimi Germani episcopi Autisiodorensis (fol. 140^{r}-155^{v}).

Auctore Constantio presb., ed. cum praefatiunculis ibid., ad d. 31 Iulii, t. VII, p. 200-7, n. 21, litt. *K*; p. 209, n. 32 (incip. in cod.: *perveniens tandem ad civitatem et explorans*), — p. 220.

44° Item vita sancti Germani episcopi (fol. 155^{v}-186^{r}).

Miracula, auctore Herico, ed. ibid., p. 255-83. — In cod. argumenta capitulorum litteris rubris indicantur, non secus ac numero 43.

45° Festivitas sancti Petri quae dicitur ad vincula (fol. 186^{r}-186^{v}).

Sermo falso attributus Bedae, ed. *P. L.*, t. XCIV, p. 498.

46° Passio sancti Stephani papae ac sociorum eius (fol. 186^{v}-191^{r}).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Augusti, t. I, p. 139-44.

47° Epistula Aviti presbyteri ad papam Valconium de inventione corporis beati Stephani martyris (fol. 191^{r}-191^{v}). Inventio corporis eiusdem martyris a Luciano presbytero scripta in graeco, in latinum vero translata ab Avito presbytero (fol. 191^{v}-194^{r}).

Ed. *P. L.*, t. XLI, p. 807-15.

48° Passiones sanctorum Polocronii et Parmenii, Abdon et Sennes, Xisti, Felicissimi et Agapiti, Laurentii et Ypoliti, aliorumque multorum (fol. 194r-203v).

Scilicet *a)* Passio S. Polycronii, Babylonensis episcopi, ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 212r-v; *b)* Act. SS. Abdon et Sennes, ed. *Act. SS.*, partim ad d. 30 Iulii, t. VII, p. 137 num. 1, partim ad d. 15 Aprilis, t. II, p. 375, num. 2 a verbis: *Eodem die traditi sunt Decio Olympiades et Maximus* — num. 4; partim primo loco cit., num. 2-7; *c)* Acta SS. Xysti II papae, Felicissimi et Agapiti, ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Augusti, t. II, p. 140-1; *d)* Passio S. Laurentii diac. m. Romae, ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 50r-52r; *e)* Passio S. Hippolyti, m. Romae, ed. ibid., fol. 14r-15r. In cod. incip.: *Regressus itaque Hippolytus post tertium diem* et ob discerptum folium sistit ad verba: *Obtulit beatus Iustinus milites quadraginta sex ad baptismum venera....*

Appendix ad cod. A. 251 Inf.

Hymnus de sancto Ambrosio (Cfr. supra, p. 213, 13°).

Miraculum laudabile
Canite omnes populi
Quod datum est Ecclesiae
Fluctuanti in saeculo.

Ambrosium vatem magnum
Praedestinatum a Deo
Tempore quo diabolus
Foedaverat templa Dei.

Christus qui numquam deserit
Quos suo redemit sanguine,
Direxit virum inclitum
Ut Arrium destrueret.

Infulas dum gerit saeculi
Acquisivit paradisi;
Iusque dum portat gladii
Suscepit evangelii.

Mysterium incognitum
Altissimus quod noverat:
Nondum ablutus lavacro,
Iam pontifex eligitur.

Ingressus est ecclesiam
Plebem sedare turbidam;
Cunctorum ora conclamant
Ambrosium episcopum.

Arrii tunc perfidia
Purgatur de Ecclesia;
Cuncta concrepant agmina,
Nec desunt Christi munera.

Nox tetra cedit lumini,
Confunduntur haeretici;
Adest tantum piissimus
Qui purget mentes infidas.

Virtus ex alto data est
Ambrosio in baptismo;
Statimque ut renatus est
Coepit fugare daemones.

Suscepit is ecclesiam,
Gubernavit intrepidus;
Confessor esse meruit
Dum Arrianis non cedit.

VI. Codex signatus A. 266 Inf.

Membraneus, foliorum 232, formae maior. (0m,393 × 0,29), duabus columnis, una manu, bellissime exaratus ineunte saec. X. Tituli litteraeque maiores sunt colorata. Ex chartaceo folio insiticio accipimus hunc codicem fuisse a cardinali Frederico Borromeo anno 1609 bibliothecae Ambrosianae acquisitum.

Maximam partem occupant Ioannis Cassiani de Instituto renuntiantium libri xii (deest fere totus liber primus) et Collationes; praeterea

1° Vita sancti Frontonis monachi (fol. 226v-228r).

Prout descripta et ed. ap. Faillon, *Monuments inédits sur l'apostolat de Sainte Marie-Madeleine en Provence*, t. II, p. 427-32.

2° Visio quae fratri nostro Wettino ostensa fuerat pridie ante transitum eius (fol. 230r-232v).

Ad finem mutila est. Ed. *Monum. Germ.*, Poet. II, p. 268 sqq.

VII. Codex signatus B. 33 Inf. (olim Q.).

Membraneus, foliorum 222, formae maior. (0m,43 × 0,316), duplici columna, relictis marginibus amplis, una manu, nitidissime exaratus saec. XIII. Praemissus est ordo Vitarum, cui plus aequo haud fidendum est; superiore margine iam antiquitus earundem series romano numero indicata est. Tituli rubricati sunt, non secus ac litterae maiores; quae Vitarum principio occurrunt, nonnihil decoratae sunt. Multis foliis aliquid pergamenae excisum est, intacto textu; recentiore atramento obducta sunt vocabula correctionesque interpolatae.

Fronti codicis saeculo XV inscriptum est: *Iste liber est de domo Vallis Sancti Hugonis.*

Maximam partem, nimirum usque ad Vitam sancti Nicolai, Myrae espiscopi, hic codex cum codice Parisino 5293 concordat, praeterquam quod in codice Ambrosiano documenta de sancto Martino, Turonensi episcopo, omissa sunt. Cfr. *Catalogus codd. hagiograph. latin. bibl. nat. Paris.*, t. I (1889), p. 561-5.

1° Passio sancti Symphoriani (fol. 1r-2v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Augusti, t. IV, p. 496-7.

2° Passio sancti Bartholomaei apostoli (fol. 2v-6v).

Ed. ibid., ad d. 25 Augusti, t. V, p. 34-8.

3° Vita sancti Augustini episcopi (fol. 6v-20r).

Auctore Possidio, ed. ibid., ad d. 28 Augusti, t. VI, p. 427-40. Sequitur (fol. 20r-23r) *indicium librorum, epistularum atque tractatuum eiusdem Augustini*, ed. ibid., p. 441-60, sed multis discriminibus ordineque saepe inverso.

4° Inventio capitis sancti Iohannis Baptistæ (fol. 23r-24v).

Ed. ibid., ad d. 24 Iunii, t. IV, p. 757, num. 254-6, sed phrasi valde diversa magisque sobria. Desinit: *Apparuit autem sanctus Iohannes in visione presbytero cuius manus aruerat, dicens: Pone manum tuam super hydriam, statimque sanabitur. Hoc autem cum fecisset, restituta est pristinae sanitati. Celebrata est autem festivitas Iohannis praecursoris atque baptistae in eadem basilica, vicesimo nono die mensis augusti, id est quarto kalendas septembris, indictione septima, ad laudem et gloriam sanctae et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum. Amen.*

5° Relatio eiusdem capitis ab oriente in occidentem (fol. 24v-26r).

Ed. ibid., num. 257-65. Pleraeque ibi ex ms. Rubeae Vallis annotatae lectiones variantes in codice reperiuntur.

6° Passio sanctae Sabinae virginis (fol. 26r-26v).

Ed. ibid., ad d. 29 Augusti, t. VI, p. 503-4, num. 12-5.

7° Passio sanctorum Felicis et Adaucti (fol. 26v-27r).

Ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 285r, multiplici lectionum varietate.

Incipit: *Cum furor Diocletiani et Maximiani sanctos Dei diversis poenis interficeret, duos fratres Felices nomine et opere, presbyteros sanctae Ecclesiae catholicae, oblatos impietati suae, ad Dracium urbis praefectum dirigi iusserunt, dicentes ut, si sacrificare contemnerentur, punirentur. Interea unus ex ipsis Felix, qui erat senior frater, cum ex iussione praefecti.....*

8° Passio sanctorum Dorothei et Gorgonii. Sic habetur in libro VIII historiae ecclesiasticae (fol. 27r-29r).

Scilicet Eusebii Caesariensis *Hist. eccl.* interprete Rufino, lib. VIII, cap. I et fere dimidia pars cap. VI (ed. 1740, t. I, p. 461-71..... *multitudo prosequitur).*

9° Passio sanctae Eugeniae virginis et sanctorum Prothi et Iacinti (fol. 29r-36v).

Ed. ap. Rosweyde, *Vitae Patrum*, p. 340-49 (Antverpiae 1615), prout descripta est in *Catal. codd. hagiographic. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 119, 64°.

10° Exaltatio sanctae crucis (fol. 36v-38r).

Ed. ap. Mombritium., t. I, fol. 213v-214v.

11° Passio sancti Cornelii papae et martyris (fol. 38r-39r).

Ed. ibid., fol. 210r-210v.

12° Liber Pontii diaconi Carthaginensis de vita sive gestis beati Cypriani episcopi et martyris (fol. 39r-44r).

Ed *Act. SS.*, ad d. 14 Septembris, t. IV, p. 325-33. Sed in cod. pro num. 32-7 descripta sunt Acta proconsularia, ed. ibid., p. 332-3.

13° Translatio corporis eius (fol. 44r).

Ed. ibid., p. 340, n. 29-31. In cod. additur: *Referuntur autem cum beato Cypriano passi Crescentianus, Victor, Rosula et Generalis.*

14° Passio sanctorum Luciae et Geminiani (fol. 44r-48r).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 59v-62r.

15° Passio sanctae Euphemiae virginis (fol. 48v-52r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Septembris, t. V, p. 266 et sqq., secundum annotata in *Catal. codd. hagiographic. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 44, 109°.

16° Passio sancti Matthaei apostoli et evangelistae (fol. 52r-55v.)

Ed. ibid., ad d. 21 Septembris, t. VI, p. 221. In codice omm. numm. 1 et 2 et subiunctus est epilogus, quem apud Mombritium, t. II, reperies : *Zaroes autem et Arfaxar....*

17° Beati Eucherii Lugdunensis episcopi passio sanctorum martyrum Thebeorum (fol. 55v-57v).

Ed. ibid., ad d. 22 Septembris, t. VI, pp. 342 et 343.

18° Vita sanctae Teclae virginis (fol. 57v-59r).

Compendium Passionis ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 307r-10r.

19° Passio sanctorum Cosmae et Damiani (fol. 59r-61v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Septembris, t. VII, p. 474-8. Sed pro num. 1 descriptus est num. 1 tertiae Passionis (ibid., p. 473).

20° Relatio qualiter apparuit sanctus Michael archangelus in monte Gargano et qualiter ibi locum consecravit in nomine suo (fol. 61v-63r).

Ed. ibid., add. 29 Septembris, t. VIII, p. 61-2.

21° Item revelatio ecclesiae eiusdem in loco qui dicitur Tumba, in occiduis partibus, sub Childeberto rege Francorum et Auberto episcopo (fol. 63r-65v).

Ed. ibid., p. 76-8.

22° Vita sancti Ieronimi presbyteri (fol. 65v-68v).

Vita cuius pars media constat num. 30 epistulae ad Eustochium ed. ap. Migne, *P. L.*, t. XXII, p. 394 sqq. Partes autem extremas videsis ed. in *Catal. codd. hagiograph. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 94-5, 14°.

23° Vita sancti Remigii episcopi, apostoli Francorum (fol. 68v-94v).

Auctore Hincmaro, ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Octobris, t. I, p. 131-66. Sequitur encomium

de eodem sancto, quod incipit: *Videamus etiam quomodo hic beatus pater et pastor noster...* (ed. *P. L.*, t. CXXV, p. 1187-98).

24° Passio sanctorum Caprasii et Fidis (fol. 94^{v}-96^{v}).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Octobris, t. VIII, p. 823-5.

25° Passio sanctorum Dionysii et sociorum eius (fol. 96^{v}-102^{r}).

Fragmentum passionis ed. ap. Surium, t. V, ad d. 9 Octobris, p. 733, cap. 18 — p. 740, cap. 36.

26° Passio sancti Calixti papae et martyris (fol. 102^{r}-104^{r}).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Octobris, t. VI, p. 439-41.

27° Vita sancti Hilarionis (fol. 104^{r}-112^{r}).

Auctore Hieronymo, ed. ibid., ad d. 21 Octobris, t. IX, p. 43-58.

28° Passio sanctorum Crispini et Crispiniani (fol. 112^{r}-114^{r}).

Ed. ibid., ad d. 25 Octobris, t. XI, p. 535-7.

29° Passio apostolorum Symonis et Iudae (fol. 114^{r}-119^{r}).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 293^{v}-297^{r}.

30° Passio beati Caesarii martyris (fol. 110^{r}-121).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Novembris, t. I, p. 106-17.

31° Passio sanctorum martyrum Eustachii et sociorum eius (fol. 121^{r}-126^{r}).

Ed. ibid., ad d. 20 Septembris, t. VI, p. 123-35, haud parum discrepante interpretatione. Omm. prologus et ea quae in ed. uncinis inclusa suut.

32° Passio sanctorum martyrum Claudii, Nicostrati, Symphroniani, Castorii, Simplicii et * quatuor Coronatorum (fol. 126^{r}-130^{r}). * *sic.*

Ed. a cl. W. Wattenbach ap. M. Büdinger: *Untersuchungen zur römischen Kaisergeschichte*, t. III, p. 324-38.

33° Passio beati Theodori martyris (fol. 130^{r}-132^{r}).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 322^{r}-323^{v}.

34° Passio beati Mennae martyris (fol. 132^{r}-134^{r}).

Ed. ibid., t. I, fol. 155^{r}-156^{v}.

35° Vita beati Briccii Turonicae urbis episcopi: sic habetur in historiae Francorum libro secundo (fol. 134^r-134^v).

Ed. in Gregorii Turonensis *Historia Francorum*, lib. II, cap. 1. Om. prologus.

36° Vita beati Columbani abbatis (fol. 134^v-148^v).

Auctore Iona, ed. ap. Mabillon, *Acta SS. O. S. B.*, saec. II, p. 5-29 (Lutetiae Parisiorum, 1669). In cod. post praefationem descripta est capitum partitio.

37° Passio sanctae Caeciliae virginis (fol. 148^v-153^v).

Ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 188^r-93^r.

38° Passio beati Clementis episcopi et martyris (fol. 153^v-156^r).

Ed. ibid., fol. 193^v-195^r.

39° Miracula beati Clementis. Sic habentur in libro primo miraculorum beati Gregorii Turonici episcopi (fol. 156^r-157^r).

Ed. ibid., fol. 195^r-195^v.

40° Passio beatae Anastasiae ac sociorum eius (fol. 157^r-164^v).

Ed. partim ap. Mombritium, t. I, fol. 200^v-203^r, secundum annot. in *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 118, 62°; partim *(Passio sanctae Theodotae cum tribus pueris)* in *Bibl. Casin.*, t. III, Florilegii p. 179-84.

41° Passio sanctorum martyrum Agricolae et Vitalis (fol. 164^v-165^v).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 346^v-347^r.

42° Passio sancti Andreae apostoli (fol. 165^v-168^v).

Epistula ecclesiae Achaiae, ed. ap. Surium, t. VI, ad d. 30 Novembris, p. 696-700 (Coloniae Agrippinae, 1581).

43° Iohannis diaconi in vitam beati Nicolai Mirreae civitatis episcopi (fol. 168^v-179^v).

Fragmentum Vitae ed. ap. Carminium, p. 112 sqq.; scilicet numm. 1, 2 et 3 usque ad verba *vice contentus* (med.).

44° Passio beatae Eulaliae virginis et martyris (fol. 178^v-181^v).

Ed. ap. Florez, *España Sagrada*, t. XIII, p. 398-406.

45° Passio sanctae Luciae virginis (fol. 181^v-183^r).

Ed. ap. Surium, t. VI, ad d. 13 Decembris, p. 987-9 (Coloniae Agrippinae, 1581).

46° Passio beati Thomae apostoli (fol. 183r-188r).

Ed. ap. Max Bonnet, *Acta Thomae*. p. 133-60 (Lipsiae, 1883).

47° Vita beati Iohannis apostoli et evangelistae (fol. 188r-192r).

Vita, auctore Pseudo-Melitone, ed. *P. G.*, t. V, p. 1239-50.

48° Magistri Iohannis venerabilis Carnotensis episcopi passio beatissimi Thomae Cantuariensis archiepiscopi et martyris (fol. 193r-199v).

Ed. *P. L.*, t. CXC, 195 sqq. Desinit: *Et invictae virtutis perseverantiam facturus erat, de veritatis ac fidei adversarii triumphantes, qui cum Patre et Sp. sancto... Amen.*

Subsequitur autem in codice hoc distichon :

Annus millenus centenus septuagenus
Primus erat, primas cum ruit ense Thomas.

Enumeratis deinde quae rex Angliae in Ecclesiam attemptavit (ed. *P. L.*, t. CXC, Ep. 5, p. 442), add. :

Haec sunt capitula pro quibus inter beatum Thomam et regem lis oborta est. Quae quia approbare vel confirmare vir sanctus noluit, exilium fere septennem et tandem constanter mortem excepit; et libertatem, quam vivens non potuit, moriens Ecclesiae restituit. Proceres autem, qui beatum Thomam occiderunt, eodem anno post scelus perpetratum peregrinando obierunt.

Isti sunt episcopatus Angliae. Archiepiscopus Cantuariensis [*Cantuarebiri*] (1), *metropolitanus et primas Angliae. Cui subsunt : Dominus Londoniensis* [*Lundres*], *Ravensis* [*Roueecestre*], *Linconiensis* [*Nichole*], *Cestrensis* [*Cestre*], *Herefordensis* [*Herefort*], *Wigorniensis* [*Virecestre*], *Norwicensis* [*Norwich*], *Exoniensis* [*Excestre*], *Bathoniensis* [*Ba...* (sic)], *Saresbiriensis* [*Saresbiri*], *Wintoniensis* [*Wincestre*], *Cicestrensis* [*Cicestre*], *Eliensis* [*Eli*]; *et omnes episcopi Walliae, quorum nobis incertus est numerus; archiepiscopus quoque Eboracensis, cum uno episcopo suo et aliquando duobus.*

Archiepiscopo Eboracensi [*Evervich*] *solus Dunelmensis* [*Durehalme*] *oboedit. Carduliensis* [*Carduil*] *tamen civitas aliquando episcopum habuit; sed, paupertate faciente, non semper episcopum habet. Modo tamen habet episcopum quendam, scilicet archiepiscopum Hispaniensem exulem, et Domino Eboracensi subiectum non ut archiepiscopum, sed ut episcopum. Archiepiscopus enim extra limites sui episcopatus est; sed intra solius episcopi habet officium.*

Archiepiscopus Eboracensis Rogerus et episcopus Londoniensis Gillebertus, cognomento Foliot [*i. e. cantus saecularis*], *et episcopus Saresbiriensis Iocelinus,*

(1) Nomina uncinis inclusa vocabulo antecedenti in cod. superscripta sunt.

hi principaliter inter regem et sanctum Thomam odii et litis seminarium sparserunt.

Liber miraculorum sancti Thomae maximis IIIIor libris comprehenditur. Liber quoque epistularum, ab ipso ad alios vel ab aliis ad ipsum directarum, duplicem litteram ad posteriorem continere aestimatur.

49° Vita sancti Silvestri papae (fol. 200r-219r).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 278v-292r, col. 1, usque ad verba *inaestimabilem affluentiam gaudiorum*. Continuo add. : *Proposita est autem haec lex octavo kalendas augusti, regnante Constantino Augusto et Crispo Caesare consule.* Quibus verbis adnexae sunt appendices duae, ed. *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 253-4, 13° et p. 119-20, 65°.

50° Vita monachi captivi a beato Hieronimo edita (fol. 219v-222r).

Ed. *P. L.*, t. XXIII, p. 53-60.

VIII. Codex signatus B. 49 Inf. (olim R, 978).

Membraneus, foliorum 200, formae max. (0m,532 × 374), duplici columna, grandi et nitido caractere exaratus saec. XII. Retractati sunt aliquot loci, eadem manu, sed scriptura densiore et in marginem exundanti. Tituli litteraeque maiores bene multae rubrae et tenuiter ornatae sunt. Littera autem, qua singulae Vitae incipiunt, oblongam formam prae se fert haud inelegantem, licet rudiorem, coloribus viridi, flavo et caeruleo obductam, quae suis delineamentis exprimat alicuius monstri speciem vel florum stemma. Largae sunt foliorum margines, quarum pergamena identidem excisa est. Quinquaginta folia postrema Vitis quorundam prophetarum constant. Passim iuxta foliorum marginem occurrunt notulae recentioris aetatis nonnullaque signa ex quibus eruitur codicem hunc liturgicis ritibus inserviisse.

Folium in capite insiticium interius exhibet codicis catalogum, saec. XV descriptum; exteriore autem parte legitur: *Hunc codicem, qui fuit metrop. ecclesiae Mediol., ei ab archiepiscopo Piccolpasso legatus, Illmo Card. Frederico Borrhomaeo, B. Caroli patrueli et Bibliothecae Ambrosianae fundatori, Rmum eiusdem ecclesiae capitulum simili munere compensatum humanissime tradidit anno 1606. Antonio Olgiato, eiusdem bibliothecae, quam primus omnium tractavit, Praefecto.*

1° Pridie id. decembris, passio beati Andreae (2r-3r).

Epistula ecclesiae Achaiae, ed. ap. Surium, t. VI, ad d. 30 Novembris, p. 696-700, mutato codicis penultimo paragrapho.

2° Passio beati Amsani martyris, die kalendarum decembris (3v-5r).

Ed. *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 129-32.

3° II nonas decembris, passio sanctae Barbarae martyris (fol. 5r-6r).

Ed. ap. Zaccaria, *Dissertationes latinae*, t. I, p. 137-43.

4° VIII idus decembris, vita sancti Nicolai confessoris (fol. 6r-12r).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 162r-166v.

5° Passio sancti Savini episcopi [Faventini] et martyris. Quod est VII idus decembris (fol. 12r-13v).

Ed. ap. Baluzium, *Miscellanea* (ed. Mansi), t. I, p. 12-4.

6° Vita sancti Ambrosii episcopi, quod [est septimo idus] decembris (fol. 14r-19v).

Auctore Paulino, ed. ap. P. A. Ballerini, *S. Ambrosii opera omnia*, t. VI, col. 885-906.

7° Passio sanctae Luciae virginis et martyris. Natalis eiusdem mense decembris, dies XIII (fol. 19v-21r).

Ed. ap. Surium, t. VI, ad d. 13 Decembris, p. 987-9.

8° Mense decembris dies XX. Natalis sancti Thomae apostoli (fol. 21r-25v).

Passio ed. ap. Max Bonnet, *Acta Thomae*, p. 133-60, exceptis sex ultimis lineis, quarum locum obtinet narratio alicuius miraculi, scilicet restitutae a sancti Thomae discipulo sanitatis et liberatae ab obsidione civitatis Edessae per imaginem D. N. I. C.

Inc. *Cum D. N. I. C. salutarem vitam hominibus praedicaret... quidam rex Abgarus nomine, qui apud Edissenam civitatem Syriae regnabat.*

Des. *Qui vero haec pleniter nosse desiderat, septimum inquirat concilium, et scire potuerit nos non inania rettulisse.*

Toti Vitae praemittuntur etymologiae, sicut in *Legenda aurea* occurrunt, et ineditum de apostolis evangelistisque encomium quod soluto primum sermone cusum in versus desinit paractericos.

Vide Appendicem.

9° [Vita sancti Stephani protomartyris] (fol. 26r-26v).

Initio mutila. Vita fabulosa, ed. *Bibl. Casin.*, t. III, Florilegii p. 36-8.

10° [De sancto Stephano protomartyre] (fol. 26v-27r).

Ex *Act. Apostolorum*, capp. VI, VII et VIII, 1, 2.

11° Assumptio beatissimi Iohannis apostoli et evangelistae. Natalis eiusdem mensis decembris XXVII (fol. 28r-31r).

Vita, auctore Pseudo-Melitone, ed. *P. G.*, t. V, p. 1239-50.

12° II kal. ianuarii, vita sancti Silvestri papae (fol. 32v-42r).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 278v-292r, col. 1, l. 46. Desunt in cod. prologus et conclusio paraenetica; saepe ipsa Vita contracta est. Additum autem est compendium, quod reppereris in *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 253-4, 13°.

13° kal. ianuarii, passio sancti Concordii martyris (fol. 44v-45r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Ianuarii, t. I, p. 9-10.

14° Eodem die sancti Secundi martyris (fol. 45r-45v).

Descripta et ed. *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 135-6, 6°.

15° Vita et acta sancti Basilii archiepiscopi Cappadociae, seu miracula eiusdem. Quod est kal. ianuar. die II (fol. 45r-47v).

Fragmentum Vitae, Amphilochio imputatae, ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Iunii, t. II, p. 949, num. 43-9 (in cod. Giladius loco Helladius); et p. 954, num. 59, a verbis *mulier quaedam* — num. 61. Abundant lectiones variantes.

16° Vita sancti ac beatissimi Hilarii Pictaviensis episcopi et confessoris, composita a servo Dei Fortunato presbytero (fol. 52v-54v).

Est liber primus Vitae, auctore Fortunato, ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Ianuarii, t. I, p. 790-3.

17° Vita beati Felicis Nolani XIIII mense ianuarii (fol. 54v-55r).

Ed. ibid., ad d. 14 Ianuarii, t. I, p. 951, numm. 1-6.

18° Passio sancti Marcelli papae, mense ianuarii, XVII kalendas februarii (fol. 55r-57r).

Ed. ibid., ad d. 16 Ianuarii, t. II, p. 5-8.

19° Passio Diodori et Mariniani, XVI kal. febr. (fol. 57r-59r).

Ed. ap. Surium, t. I, ad d. 17 Ianuarii, p. 424-7.

Sequitur de iisdem sanctis cantilena (fol. 58v-59r), versibus paractericis conscripta. Vide Appendicem.

20° Passio sanctorum martyrum Marii, Marthae, Audifax et Abacuc, XIII mense februarii (fol. 59r-60v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Ianuarii, t. II, p. 216-9.

21° Passio sancti Sebastiani martyris, XIII kal. februarii (fol. 60v-68v).

Auctore Ambrosio. ed. ibid., ad d. 20 Ianuarii, t. II, p. 265-78.

22° Passio sanctae Agnetis virginis, XII kal. februarii (fol. 68v-70v).

Auctore Ambrosio, ed. ibid., ad d. 21 Ianuarii, t. II, p. 351-4, num. 1-16.

23° Incipit natalem * sancti Vincentii [Caesaraugustani] martyris XI kal. februarii (fol. 70v-72v). * sic.

Ed. ibid., ad d. 22 Ianuarii. t. II, p. 394-7, omissis numm. 1 et 2, et textu ad finem sat discrepante.

24° Passio sancti Anastasii [monachi] martyris, eodem die (fol. 72v-73v).

Ed. ibid., ad d. 22 Ianuarii, t. II, p. 426, num. 1-10 et p. 430 num. 32 medio — 34, paululum immutatum.

25° [Miraculum sancti Anastasii martyris] (fol. 73v-75v).

Vide Appendicem.

26° Vita gloriosissimi ac reverendissimi Iuliani confessoris atque pontificis Cenomanensis ecclesiae, VI kal. februarii (fol. 76r-79r).

Auctore Lethaldo, ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Ianuarii, t. II, p. 762-7.

27° Vita et acta sancti Severi confessoris [episcopi Ravennatis] (fol. 79v-80r).

Ed. *Bibl. Casin.*, t. III, Florilegii p. 55-7.

28° Eodem die passio sancti Severi martyris [Valeriae] (fol. 80r-80v).

Vide Appendicem.

29° Passio sancti Blasii martyris et pontifex *, III nonas februarii (fol. 81v-84v). * sic.

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Februarii, t. I, p. 349-53 (IV Acta).

30° Non. februarii, passio sanctae Agathae virginis et martyris (fol. 84v-86r).

Ed. ibid., ad d. 5 Februarii, t. I, p. 615-8.

31° Passio sancti Valentini martyris, XVI kal. martii (fol. 86r-87v).

Ed. ibid., ad d. 14 Februarii, t. II, p. 756-7.

32° VI kal. martii, sermo sancti Mathiae (fol. 88r-90v).

Auctore Autperto, ed. ibid., ad d. 24 Februarii, t. III, p. 437-41.

33° Acta de sancto Herculano [martyre episcopo Perusino], kal. martii (fol. 90v-91v).

Vita, de qua *Act. SS.*, ad d. 1 Martii, t. I, p. 51; sed quae multum ab ea distet. Partes communes sunt: § 18 usque ad verba: *S. Proculus Domino hostiam immolaret*, largiore in cod. phrasi; et § 21. Reliqua desunt in una Vita, et in altera praesto sunt, atque vice versa.

Vide Appendicem.

34° [Miracula sancti Herculani martyris] (fol. 91v-93r).

Partim ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Martii, t. I, pp. 53 et 54. Quae in cod. subsequuntur require infra in Appendice.

35° IV idus martii, depositio beati Gregorii Papae (fol. 93v-97r).

Fragmentum Vitae, auctore Ioanne Diacono, ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Martii, t. II, p. 138-44, num. 36.

36° Vita sancti Benedicti edita a beato Gregorio papa, XII kal. april. (fol. 97v-102v).

Ed. ibid., ad d. 21 Martii, t. III, p. 277-84, num. 22.

37° Passio sancti Georgii, VIII kal. maii (fol. 106r-109r).

Ed. *Bibl. Casin.*, t. III, Florilegii p. 341-8.

38° VII kal. maii, passio sancti Marci evangelistae (fol. 109v-110v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Aprilis, t. III, p. 347-9.

39° Kal. maii, passio sancti Philippi (fol. 110v-111r).

Ed. ibid., ad d. 1 Maii, t. I, p. 12, num. 2-4.

Deest prologus (num. 1), cuius haec locum tenent:

Philippus, qui interpretatur os lampadis, a Bethsaida civitate ortus, unde et Petrus, Gallis praedicavit Christum. Deinde in Gerapolim Frigiae provinciae crucifixus et lapidatus obiit. Ibique cum filiabus suis quiescit, cuius natalitium kal. maias celebratur. Post ascensionem Domini....

40° Eodem die passio sancti Iacobi [minoris] apostoli (fol. 111r-111v).

Auctore Pseudo-Abdia, ed. ap. Fabricium *Cod. apocr. N. T.*, t. I, lib. VI, cap. 5-6, p. 598-607, l. 5, cum clausula ed. *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 203, 4°. — Haec autem praemissa sunt in codice: *Iacobus qui dicebatur Domini frater qui et iustus cognominatus est ab antiquis virtutum merito et insignis* vitae privilegio. Primum historiae tradiderunt suscepisse ecclesiae quae Hierosolimis est sedem.*

* *cod.* signis

Sicut Clemens in sexto dispositionum libro adseruit dicens : Petrus enim, *inquit,* et Iacobus et Iohannes post Assumptionem Salvatoris, quamvis ipsi paene fuerint omnibus praelati. tamen non sibi vindicant primatus gloriam *, sed Iacobum, qui dicebatur iustus. episcopum statuunt. *Idem quoque, ipse in septimo eiusdem libro addidit de ipso etiam haec :* Iacobo, *inquit,* qui dicebatur Iustus, et Iohanni et Petro, post resurrectionem Dominus omnem scientiam tradidit, et ipsi ceteris apostolis; qui apostoli * septuaginta discipulis tradiderunt, ex quibus unus erat et Barnabas. *Duos autem fuisse Iacobos constat : unum hunc iustum, qui de pinna templi deiectus, fullonis vecte percussus est et morti traditus; alius autem ille qui ab Herode percussus est. Huius ergo iusti Iacobi etiam Paulus meminit cum scribit :* Alium *, *inquit,* apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. *Exploratius tamen de eo et Iosephus refert qui post ipsas statim. primitias apostolorum successionis fuit, in quinto commentariorum suorum libro his verbis refert :* Suscepit ecclesiam....

* *cod.* gloria.

* *cod.* apostolis.

* *cod.* alius.

41° III nonas maii, inventio sanctae Crucis (fol. 111v-113v)

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Maii, t. I, p. 446, num. 3 a verbis : *Perrexit autem Helena,* usque ad p. 448, intra Acta apocr. sancti Iudae-Quiriaci.

42° Passio sancti Alexandri, Eventi et Theodoli martyrum, mense maio, die tertio (fol. 113v-116r).

Ed. ibid., ad d. 3 Maii, t. I, p. 371-5.

43° Passio sanctae Christinae virginis et martyris, VI idus maii (fol. 116r-119v).

Ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 203r-205r.

44° VI kal. maii, passio sanctorum Gordiani et Epimachi (fol. 119v-120r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Maii, t. II, p. 552-3.

45° III idus maii, passio sancti Pancratii (fol. 120r-121r).

Ed. ibid., ad d. 12 Maii, t. III, p. 21.

46° Eodem die passio sanctorum martyrum Nerei et Achilei (fol. 121r-121v).

Ed. ibid., p. 11, num. 18-20.

47° Vita sancti Martialis qui unus ex septuaginta duobus potestatem ligandi et solvendi [habuit] et episcopali benedictione ab ipso cum duodecim discipulis consecratus est; et ab eo qui per Petrum in Gallia missus omnes provincias ipsius regionis cum rege Stephano convertit, ubi per annos viginti et VIII,

permanens virgo et plenus Spiritu sancto assumptus est in pace (fol. 121v-129r).

Ed. ap. Surium, ad d. 30 Iunii, p. 365 et sqq. Praeiecti sunt versus hexametri, ed. *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. II, p. 438-9, 15°.

48° De transitu eiusdem (fol. 129r-130v).

Ed. ibid., p. 373-74, ultima pars Passionis, scil. cap. 24-7.

49° De obitu Petronillae et Feliculae, II kal. iunii. Eodem die sanctae Eufrosinae (fol. 130v-131r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Maii, t. III, pp. 10, 11, num. 15-7.

50° In festivitate sanctae Eufrosinae virginis (fol. 131r-133v).

Ed. ibid., ad d. 11 Februarii, t. II, p. 537-41.

51° Vita sancti Alexii confessoris, XVII kal. iunii (fol. 133v-135v).

Inc. *Fuit vir simplex in Roma cui nomen Eufimianus in tempore Honorii et Arcadii magnorum principum Romae. Et factus est inter honoratos honoratus, habebatque tria milia famulorum indutos sericis vestibus; et zona aurea erat indutus. Et non erat ei filius, quia uxor eius sterilis erat.*

Sermone diversa ab ed. ibid., ad d. 17 Iulii, t. IV, p. 251-3.

52° Vita de sancta Marina (fol. 135v-136r).

Vita metrica inedita.

Vide infra Appendicem.

53° De vita et conversione beatae Thais (fol. 136r-136v).

Vita metrica, auctore Marbodo, ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Octobris, t. IV, p. 226-8.

54° Passio sanctorum Secundiani, Viriani et Marcelliani, kal. iunii (fol. 136v-138r).

Ed. ibid., ad d. 1 Iunii, t. I, p. 35-7. In cod. occurrunt plures lectt. variantes.

55° Passio sanctorum Marcellini et Petri, IIII non. iunii (fol. 138r-139v).

Ed. ibid., ad d. 2 Iunii, t. I, p. 171-3.

56° Natale sanctorum Laurentini et Pergentini, III non. iunii (fol. 139v-141r).

Ed. ibid., ad d. 3 Iunii, t. I, p. 272-3.

57° Passio sanctorum Primi et Feliciani, V idus iunii (fol. 141r-143r).

Ed. ibid., ad d. 9 Iunii, t. II, p. 152.

58° Passio sancti Barnabae apostoli, III idus iunii (fol. 143r-144r).

Vita de qua ibid., ad d. 11 Iunii, t. II, p. 431-5, sed in cod. non tam accurate translata est.

59° Vita sancti Fortunati episcopi (fol. 144r-145v).

Ed. ibid., ad d. 14 Octobris, t. VI, p. 523. Desinit mutila in verbis *dum facta mihi ventura narrat, nova refectione me satiat.*

Appendix ad cod. B. 49 Inf.

ENCOMIUM DE APOSTOLIS ET EVANGELISTIS (Cfr. supra, p. 225, 8°).

Igitur Iudaeis a tempore dominicae passionis numquam bella mortesque cessarunt, usque quo ultimum exitiabile malum temporibus Vespasiani eos obsidionis inclusit. Denique, dum ii debitis cladibus urgerentur, sancti apostoli Domini et Salvatoris nostri I. C. ceterique discipuli ad praedicandum verbum Dei per singulas quasque orbis terrae provincias dirimuntur. Unde factum est repente quasi caelitus lumen ostensum aut radius quidam solis erumpens, totum orbem claritate superni luminis illustraret, ut compleretur illa prophetia quae dixerat: *In omnem terram exivit sonus eorum*, evangelistarum scilicet et apostolorum, *et in fines orbis terrae verba eorum.*

Eius odor retinet, prima alma fides.
Roma beata nitet PETRI de corpore sancti,
Dogmate deque suo Roma beata nitet.
Alma trophea crucis pro Christo protulit ille,
Versus vertice, aiunt, alma trophea crucis.
Splendet ubique potens PAULUS mirabilis auctor
Abscisus capite splendet ubique potens.
O veneranda nimis Petri Paulique decore
Romula quos retinet, o veneranda nimis!
Facta salutis agens IACOBUS per cuncta necatur,
Galliciae recubans, facta salutis agens *.
Idola caeca colens, Licaonia Armane necnon
Vertitur ad Christum, idola caeca colens.
Excoriate nites in mundo, BARTHOLOMAEE,
Vertice praecisus, excoriate nites.
Optima gesta canens Macedona rite MATTHAEUS,
In Persis passus, optima gesta canens.
In cruce. Petre, tuus germanus praedicat orbem,
Achaiam salvans, in cruce, Petre, tuus.
Eripit ille SYMON crucifixus famine salvans

* cod. augens.

Aegyptumque simul eripit ille Symon.
Milia multa virum THADDAEUS contulit audax;
Pontus et Armenia, milia multa virum.
Dogmata multa tulit THOMAS transfossus in orbe;
Persis et Medis dogmata multa tulit.
Se super astra ferens, purgavit schisma IOHANNES,
Quem tenet Ephesius, se super astra ferens.
Fartus amore [Dei], lapidatus nempe PHILIPPUS
Convertit Gallos, fartus amore Dei.
IACOBUS ecce nites, Domini sanctissime frater,
Praecipitatus o bis IACOBUS ecce nites.
Inter apostolicos numerari sorte MATTHIA
Iudaeam salvans inter apostolicos.
Uritur igne Dei BARNABAS dogmata dando;
Dumque crematus obit, uritur igne Dei.
Quam speciosa micas, Alexandria, sanguine MARCI;
Constantina simul quam speciosa micas!
Te retinendo nitet fulgens Bithinia, LUCAS;
Urbs quoque regalis te retinendo nitet.
Carmina parva dedit famulus pro munere supplex,
Parvus in extremis carmina parva dedit.
Culmen apostolicum, dignanter suscipe munus,
Vota precesque pias, culmen apostolicum.

VERSUS DE SS. DIODORO ET MARINIANO (Cfr. supra, p. 226, 19°).

Vocibus angelicis resonet polus omnis et aether,
Concordent populi vocibus angelicis.
Auribus alti throni caelestes cantica dicunt
Et nos cantemus auribus alti throni.
Quis tibi, rex, similis, verbo qui cuncta creasti?
Tu formas homines. Quis tibi rex similis?
Sanguine martyrii lotos diademate vestis,
Abluis et iustos sanguine martyrii.
Numerianus enim regni cum sceptra teneret,
Chrysanthum punit Numerianus enim. *
Virgineumque decus . . . .
. . . .
Mergere iussit eos lapidum iactuque retundi,
Et vivos humo mergere iussit eos.
Spiritus alta petit caelesti * sede locandus;
Merguntur membra, spiritus alta petit.
Nuntiat adveniens saevissima facta cruento

* *bis in cod. transcripti sunt hi duo versus.*

* *cod.* caelestis.

Et spelaeo fossos nuntiat adveniens.
Sed Deus omnipotens portentis * omnia lustrans — * *cod.* potentis.
Se dignos monstrat sed Deus omnipotens.
Diodorus properat, nimia comitante caterva,
Presbyter ad funus Diodorus properat.
Marinianus eum, levitae functus honore,
Cum multis sequitur Marinianus eum.
Undique * conveniunt populi celebrare triumphos — * *cod.* unde.
Et venerare pios undique conveniunt.
Gloria, Christe, tibi, tua dum suffragia poscunt,
Ad te pertingunt. Gloria, Christe, tibi.
Munera dum tribuunt, venerantes corpora sancta
Orando populo munera dum tribuunt.
Indicat accelerans sanctorum facta tyranno,
Affore christicolas indicat accelerans.
Protinus ille furens praecepit claudere cryptam,
Obruit et montes protinus ille furens.
Clauditur innumerus populi conventus in antro,
Thesaurus caeli clauditur innumerus.
Cantet hosanna Deo seraphim pariterque * cherubim — * *cod.* pariter.
Et genus humanum cantet hosanna Deo.
Dum veniam rogitant, conscendunt aethera laeti;
Succurrunt cunctis, dum veniam rogitant.
Gloria sit Domino Patri sine fine perennis
Ipsius et Nato gloria sit Domino.
Spiritus alme, tuum collaudant sidera numen;
Laudemus nomen, Spiritus alme, tuum.

MIRACULUM SANCTI ANASTASII MARTYRIS (Cfr. supra p. 227, 25°) (1).

Incipiunt miracula beati Anastasii incliti martyris. Factum est temporibus papae Constantini urbis Romae, temporibus piissimi imperatoris Anastasii Constantinopolitani, in monasterio quod appellatur Aqua Salvia [1].

1. [f. 73v, col. 1] Imperante Domino nostro [2] piissimo perpetuo augusto Anastasio magno imperatore anno [col. 2] primo et post consulatum [3] eiusdem serenitatis anno primo, temporibus sanctissimi [4] ac beatissimi [5] apostolici [6]

Num. 1. — [1] Tit. *om.* 1. — [2] *om.* 2. — [3] consulatus 1. — [4] sancti 2. — [5] et *add.* 1. — [6] apostolicis 1.

(1) Insequentis textus apographum penes nos est, olim acceptum *ex bibliotheca basilicae sancti Petri*, prout inibi P. Danielis Papebroch manu annotatum est. Quod cum codice Ambrosiano collatum signamus 2, Ambrosianum autem 1.

summi pontificis Constantini quarti [7] papae urbis Romae, fuit [8] quidam episcopus natione Syrus [9], de civitate [10] quae [11] appellatur Constantia. Qui ante modicos annos [12] deveniens in hanc civitatem romanam [13], habens filiam parvulam quam [14] dare visus est in monasterio ad discendas sacras litteras. Quae cum erudita fuisset in psalmis et [15] hymnis et canticis et lectionibus, et [16] facta fuisset puella in vultu decora [17] et pulchra nimis, multi eam in matrimonio postulare a [18] praedicto patre eius voluerunt, non tantum pro specie et [19] pulchritudine eius puellae [20], sed magis propter divitias patris eius. Erat enim vir venerabilis episcopus, locuples valde. Quod [21] considerans vir venerabilis episcopus, pater eius, quia bona res esset ancilla Dei, praevidens consecravit eam inter ancillas Christi in monasterio sancti Cassiani [22]. Et coepit ipse episcopus substantiam suam erogare pauperibus et per loca pia [23].

2. Et dum impleret puella in monasterio [1] menses decem et octo, ille invidus hostis, antiquus [2] humani generis inimicus, immisit se in puella, et coepit eam vexare atque stimulare. Quod [3] multi venientes ad praedictum episcopum, patrem puellae, dicebant : *Quia faciemus phylacteria et eiciemus istum daemonem* [4] *de* [5] *hac puella*. Ille autem coepit cogitare [6] nimis. Sed quia necessitas interni doloris ipsum sibi appetit [7] dominum maiestatis, nec enim egrediens a Dei consilio maerore [8] consumpta [9] consecrata [10], non vadit ad ludi magistrum quaerere [11] causam negotiorum, qualiter possit invicem [12] adire eremum [13]; sed hoc non facit [14] anima christiana. Anima vero christiana quascumque tribulationes vel temptationes fuerit absoluta, habens intra se fidem [15], intra conscientiam cordis sui et intra speluncam [16] pectoris [17] sui collocat sibi dignum consistorium ; facit [18] sibi chartam conscientiam [19], stilum [20] gemitum et lacrimas atramentum. Exstitit consilio interno et proximo [21] et dicit : *Exaudi Deus orationem meam, auribus percipe lacrimas meas, ne sileas a me.*

3. Sic namque et ille vir venerabilis episcopus, cuius filia vexabatur a diabolo, exstitit interno consilio et apud se dixit : *Surgam, et eam ad D. N. I. C. et ad sanctum Anastasium ; potens est enim curare meam filiam a daemonis vexatione.* Surrexit [1] vir venerabilis episcopus habens plurimam [2] fidem in Christo et in sancto Anastasio martyre, et assumens filiam suam habens [3] spiritum immundum, et venit

— [7] *om.* 2. — [8] *om.* 2. — [9] Syra 1. — [10] (d. c.) *om.* 2. — [11] qui 2. — [12] (m. a.) isto modico anno 2. — [13] (h. c. r.) hac civitate romana 2. — [14] quem 2. — [15] *om.* 2. — [16] cum *add.* 2. — [17] decore 1. — [18] *om.* 1. — [19] (sp. et) speciei 2. — [20] (e. p.) *om.* 2. — [21] cum *add.* 1. — [22] (inter-Cassiani) in monasterii s. Cassiani inter ancillas Christi 2. — [23] (l. p.) p. l. 2.

Num. 2. — [1] (p. in m.) in m. p. 2. — [2] *om.* 2. — [3] quia 2. — [4] daemonium 2. — [5] ab 2. — [6] evitare (haesitare ?) 2. — [7] (i. s. a.) ipsa a. s. 1. [8] maerere 1,2. — [9] contempta 1. — [10] secreta 2. — [11] aut exponere 2. — [12] iudicem 1,2; (p. i.) i. p. 2. — [13] *om.* 2. — [14] faciat 1. — [15] *om.* 2. — [16] (i. s.) inter speluncas 1. [17] corporis 1. — [18] faciet 1. — [19] (c. c.) carta conscientiae suae 2. — [20] stimulum 1. — [21] (c. i. et p.) i. et p. c. 2.

Num. 3. — [1] (vir venerabilis — surrexit) *om.* 1. — [2] maximam 2. — [3] *sic* 1,2.

in mansionem [4] [fol. 74r, col. 1] sanctae Dei genetricis [5] Mariae, ubi sanctus ac beatus Paulus apostolus decollatus est in loco qui appellatur Aqua Salvia [6], ubi requiescunt venerabiles reliquiae beati martyris Anastasii, et quia in ipso monasterio mulier non ingreditur [7], iuxta monasterium autem est [8] basilica beati Iohannis Baptistae et praecursoris, intravit ipse episcopus et coepit ibi esse in orationem ; et [9] adsumens secum [10] presbyterum et diaconem [11], et postulans abbatem [12] ipsius monasterii, ut reliquiae [13] sancti martyris Anastasii adducerentur in basilica sancti Iohannis, ut et [14] omnis congregatio genua flecterent pro puella ipsa et postularent [15] D. N. I. C. et beatum martyrem Anastasium. Et dum haec fieret [16] die kalendas octobris istius duodecimae indictionis [17], tunc adductae sunt reliquiae venerabilis martyris [18], id est caput eius ; et positum est [19] super altare. Coepit itaque postulare ipse [20] praedictus episcopus abbatem ipsius monasterii ut acciperet portiunculam [21] de sanctis ac venerabilibus reliquiis [22] ut suspenderet [23] in cervice filiae suae. Et datus est ei [24] unus de [25] venerabilibus dentibus sancti martyris, quem [26] et suspenderunt [27] in collo eius.

4. Quod ipse iniquissimus inimicus per quamlibet occasionem [1] fecit ut periret et non paruit. Et quid multa ? Dum adductum fuisset ipsum sanctum [2] ac venerabile caput in sancto [3] altare, sicut [4] supra dictum est, coepit daemon conturbare puellam [5], non dans ei requiem die noctuque. Et coepit ipse daemon per os puellae loqui blasphemiam [6] in martyrem [7] Christi et in [8] servos Dei, dicens : *Quid* [9] *me adduxistis ad Anastasium, cynophagum istum ? Meus enim erat, sed dedit corpus suum ad cruciandum pro Nazareno* [10]. *Non me* [11] *potest eicere, quia imperator sum* [12] *et coronam habeo, et* [13] *phalangas et* [14] *patricios* [15] *habeo et non est qui possit me* [16] *eicere de isto corpore.* Et quidam de congregatione dicit ei : *Eiciet te Dominus noster Iesus Christus et sanctus Anastasius.* Daemon autem dicebat : *Non me eiciet Nazarenus, quia illius caelum est* [17], *meum autem est* [18] *aer et terra.* Et interrogabant eum fratres dicentes : *Dic nobis, nequissime, quomodo ausus es in vas consecratum introire* [19], *ubi corpus et sanguis* [20] *I. C. introivit ?* Daemon respondit : *Quidam me coniuravit ut ingrederem* [21] *in illo* [22] *corpore, et ideo ingressus sum.* Eicientes autem caput beati martyris Anastasii [23] in parapside argentea [24], imposuerunt super caput puellae. Mittentes [25] autem in turibulo thimiama, daemon dicebat : *Ne* [col. 2] *faciatis hoc, quia foetet mihi.* Et quidam de congregatione adduxit

— [4] mansione 2. — [5] semperque virginis *add.* 2. — [6] (A. S.) Aquas Salvias 1. — [7] ingredietur 1. — [8] et 1. — [9] *om.* 2. — [10] *om.* 1. — [11] diaconum 2. — [12] ab abbate 2. — [13] reliquias 2. — [14] *om.* 1. — [15] (genua-postularent) pro ipsa puella genua flecteret et postularet 2. — [16] *sic* 1.2. — [17] institutionis 1. — [18] *om.* 1. — [19] *om.* 2. — [20] *om.* 1. — [21] portiunculas 1. — [22] (s. ac v. r.) sanctas ac venerabiles reliquias 2. — [23] (ut s.) et suspenderent 1. — [24] *om.* 1. — [25] ex 2. — [26] quod 2. — [27] suspendit 2.

Num. 4. — [1] (p. q. o.) pro qualibet occasione 2. — [2] (i. s.) ipsa in sancta 1. — [3] suo 2. — [4] ut 2. — [5] sicut *add.* 1. — [6] blasphemia 2. — [7] martyre 2. — [8] *om.* 2. — [9] quod 1. — [10] (ad c. p. N.) pro Iesum Nazarenum 1. — [11] *om.* 1. — [12] *om.* 2. — [13] ac 2. — [14] ac 2. — [15] patrios 1. — [16] (est-me) me potest 1. — [17] (c. e) e. c. meum 2. — [18] (a. e.) e. a. 2. — [19] (in-introire) introire in v. c. et 2. — [20] Domini nostri *add.* 2. — [21] ingredere 1. — [22] isto 2. — [23] Atanasii 2. — [24] argenteum 2. — [25] mittens 2.

lutum et odoratus dixit: *Ecce odorem meum, nam et ego talem desidero.* Clamabat vero [26] et dicebat: *Non me potest eicere cynophagus iste, quia meus erat. Et ego coniurationem accepi super coronam meam et violenter ingressus sum; violenter non egredior de hoc corpore, quia non possum confringere coniurationem quae data est mihi super coronam meam.*

5. Nos autem interrogavimus eum [1] dicentes: *Quis est ille qui dedit tibi coniurationem?* Daemon respondit: *Non dico vobis* [2] *amicum meum.* Nos autem coniuravimus eum [3] in nomine Domini nostri Iesu Christi et per [4] iudicium aeternum ut recederet de ipso corpore, aut diceret quomodo ingressus est. Et [5] daemon coepit dicere: *Quia ille adulescens, qui eam in matrimonio postularit* [6], *ipse* [7] *ambulavit in Siciliam ad quendam in locum qui dicitur Marathidis* [8], *et ipse coniurationem fecit in nomine meo* [9] *et ligavit in folia fici et adduxit eam apud se. Et dum ambularet istud corpus in balneum, iactavit eam ante ipsam in via* [10]*; et dum ea* [11] *calcaret* [12] *ipsa ligatura* [13], *in* [14] *illa hora ingressus sum in eam* [15] *et in illa die non eam elisi, neque volutavi, fuit enim die secunda mensis augusti, indictionis undecimae; et in ipso mense* [16] *non eam vexavi, neque stimulavi, neque volutavi. In secunda autem die mensis septembris ingressus sum in ea et coepi cum ea ludere atque exagitare et stimulare.* Et quidam de fratribus [17] dicebat ei [18]: *Nequissime, maledicte, immunde, quomodo cum* [19] *te dicis esse* [20] *imperatorem, coronam te* [21] *dicis habere, quomodo manifestas ligatum te esse in folia fici?* Daemon respondit: *Nolite mihi iniuriam facere quia imperator sum et regnare adhuc habeo. Ideo accepi coronationem. Per coronam meam me coniuravit quia habeo patricios et phalangas et ecce in circuitu meo adstant, et non possum canones meos solvere. Sed si vultis ut exeam de isto corpore, ambulate ac solvite ipsas ligaturas et ipsas coniurationes; et exeo de hoc corpore.* Et praedictus vir venerabilis episcopus una cum congregatione dixerunt: *Non dimittimus Dominum nostrum Iesum Christum et istum beatum martyrem Anastasium; et quaerimus ligaturas daemonum et hominum* [22]. Daemon autem dicebat: *Et quid speratis? Anastasius non est hic; in oriente* [23] *enim ambulavit, quia amicum quendam habet ibi qui et basilicam fabricare ei* [24] *visus est. Qui et reliquias eius posuit, ubi serviet* [25] *die noctuque; et per mea argumenta feci* [26], *ut* [27] *dum vellet transire flumen* [28], *cecidit et fregit crura sua, et invocavit nomen de Anastasio, et ibi ambulavit ut praestet illi sanitatem. Sed dico vobis, quia per totum istum mensem octobris* [29] *non veniet. Si autem et* [30] *venerit, non est mihi dubitatio, quia non me potest eicere de isto corpore.*

— [26] iterum 2.

Num. 5. — [1] *om.* 1. — [2] (d. v.) v. d. 2. — [3] (c. e.) *om.* 2. — [4] *om.* 2. — [5] *om.* 2. — [6] postulabat 2. — [7] autem 2. — [8] Marathodis 2. — [9] *om.* 1; (e. f. in n. m.) f. in n. m. e. 2. — [10] (i. v.) viam 1. — [11] eam 2. — [12] collocaret 1. — [13] (i. l.) *sic* 1,2. — [14] *om.* 2. — [15] ea 2. — [16] (in i. m.) ipsum mensem 1. — [17] (d. f.) *om.* 2. — [18] *om.* 1. — [19] *om.* 1. — [20] *om.* 1. — [21] *om.* 1. — [22] (daemon respondit-hominum) *om.* 1. — [23] orientem 2. — [24] *om.* 2. — [25] deserviet 2. — [26] fecit 1. — [27] et 1. — [28] in flumine 1. — [29] octobrium 2. — [30] *om.* 2.

6. Et quid plura [1]? Veniebat frequenter die noctuque hilaris, gaudens et [2] ridens per puellam, quemadmodum qui veniet in convivium [3] ad amicum suum, et ingrediebatur in puellam et blasphemiam et iniuriam [4] faciebat in maiestate et in martyre [5] [fol. 74v, col. 1] et in episcopo [6] et in [7] presbyteros et in [7] diaconos et in monachos. Et multotiens dicebat gaudens: *Vah, vah, quid hodie operatus sum? Hodie tria homicidia feci, et ecce gratulor in operibus meis.* Et altera occasione dicebat: *Feci hodie ut miles dormiret cum ancilla L.i; et ecce gratulor.* Post modicos autem [8] dies iterum dixit: *Modo venio* [9] *de Hispania et feci ibi homicidia multa et effusionem* [10] *sanguinum. Et ecce multo magis gratulor in operibus meis.* Et quidam de fratribus dixit ei: *Maledicte, iniquissimus* [11] *spiritus hostis humani generis, quanto odio prosequeris* [12] *hominem qui ad imaginem Dei factus est* [13]. *Praeparatur tibi gehennae tormentum* [14], *flamma inexstinguibilis. Da honorem Deo vivo et vero* [15] *et Iesu Christo Filio eius, qui venturus est* [16] *iudicare vivos et mortuos et* [17] *saeculum per ignem.* Et daemon respondit: *Numquam ego* [18] *inclino caput meum et coronam meam ante* [19] *Nazarenum. Sed secundum canones meos sic facio, quia aliquem non* [20] *timeo.* Nobis ei e contra dicentibus [21]: *Ecce apostoli Domini nostri Iesu Christi Petrus et Paulus ipsi* [22] *te eiciunt de isto corpore.* Daemon respondit: *O iste senex* [23] *Petrus, quid operatus est* [24]*? Ego feceram ut regnaret Philippicus, quia amicus meus erat* [25]*; et iste ambulavit in die Pentecosten et ordinavit alium. Haec operatus est in me; sed me de isto corpore* [26] *eicere non potest.* Et unus de fratribus dedit palmam [27] puellae dicens [28]: *Non facias* [29] *iniuriam* [30] *in maiestatem* [31] *et in martyres.* Daemon respondit: *Caedite, quid mihi* [32] *pertinet de corpore isto?* Et non cessabat in blasphemia [33] contra martyrem [34] et servos Dei, et [35] similia, et [36] alia multa quae per singula [37] enarrare longum est.

7. Cum autem compleret ipsa puella in basilica sancti Iohannis dies XXV [1], frequentabat ipse [2] in puella stimulando illam. In ipsa autem nocte, hora quasi secunda, venit ipse nequissimus spiritus in ipsa puella et coepit per illam exclamare dicens: *Ecce dico vobis, quia Maria et Paulus et Andreas obtulerunt de isto malo sene episcopo et de istis malis* [3] *lacrimas ante Nazarenum. Et praecepit Nazarenus, et dedit potestatem Anastasio, et iste veniet* [4] *et eiciet me de isto corpore in kalendas novembris.* Ille autem vir venerabilis episcopus una cum abbate et omni congregatione [5] non cessabat die noctuque [6] flectere genua [7], caput humo contundere [8],

Num. 6. — [1] plurima 2. — [2] *om.* 2. — [3] (in c.) *om.* 2. — [4] (et b. et i.) ac blasphemias et iniurias 2. — [5] martyres 2. — [6] episcopos 2. — [7] *om.* 2. — [8] aut 1. — [9] veni 1, venia 2. — [10] (et e.) cum effusione 2. — [11] ne 1. — [12] (q. o. p.) quid persequeris 2. — [13] (ad-est) factus est ad i. D. 2. — [14] tormentis 2. — [15] (D. v. et v.) Domino 2. — [16] *om.* 2. — [17] (v. et m. et) *om.* 2. — [18] *om.* 1. — [19] Iesum *add.* 1. — [20] *om.* 1. — [21] (nobis-dicentibus) dicentibus nos 1. — [22] isti 2. — [23] malus *add.* 2. — [24] (o. e.) e. o. 2. — [25] (m. e.) e. m. 2. — [26] (m. de i. c.) de i. c. me 2. — [27] palmas 2. — [28] dicentes 1. — [29] facies 1. — [30] iniurias 2. — [31] maiestate 1. — [32] (q. m.) m. q. 1. — [33] (i. b.) blasphemiari 2. — [34] martyres 2. — [35] *om.* 2. — [36] ac 2. — [37] singulos 1; singulas 2.

Num. 7. — [1] viginti quinque 2. — [2] ipsa 2. — [3] (de isto-malis) isti mali senis episcopi et istorum monachorum 2. — [4] (et i. v.) *om.* 1. — [5] (o. c.) omnem congregationem 1. — [6] (n. c. d. n.) *om.* 2. — [7] (f. g.) genua flectendo 2. — [8] et *add.* 2.

manus expandere [9], oculos ad caelum levare, pectus contundere [10], clamans et dicens: *O dilectissime* [11] *Domine, tu viva sapientia* [12], *tu fons vitae, tu sol iustitiae, tu* [13] *verissimus* [14] *lumen, miserere mei et effunde largitatis antidotum, qui solvis contritos* [col. 2] *a peccato. Da veniam peccatis, qui veniam donas* [15] *lapsis. Suscita meam filiam a mortuis, et erue eam ab iniquissimis poenis. Quia sic descendisti de caelis ut omnibus* [16] *miserearis. O Domine unigenite, suscita* [17] *quod fecisti, propter corpus quod in* [18] *terris induisti. Adimple quod* [19] *dixit propheta: " Qui sanat contritos corde et alligat contritiones eorum ". O Domine unigenite, nobis per evangelium promisisti dicens: " Quaerite et invenietis, petite et accipietis, pulsate et aperietur vobis. " O Domine unigenite, quaero, peto* [20], *pulso tuam misericordiam ut cures meam* [21] *filiam ut non cum ea interеam. Domine beate, scio quia tu quatriduanum Lazarum a mortuis suscitasti, socrum tui discipuli Petri a febribus liberasti et centurionis puerum sanasti* [22]*; medicus caelestis* [23], *filiam principis suscitasti a mortuis et aliam* [24] *Chananeae a daemonio liberasti; mulierem a profluvio* [25] *sanguinis liberasti et ut bonus dominus ostendisti turbis tuam* [26] *deitatem. O Domine, tu aspice meas lacrimas, tribue mihi auxilium ut salvam recipiam* [27] *meam filiam post diaboli oppressionem. Quia te credimus Dominum angelorum et omnium sanctorum* [28], *qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.*

8. Et sicut superius diximus, ante ipsas venerabiles reliquias assidue [1] candela ardens erat die noctuque et quolibet argumento ille nequissimus, maledictus invidus daemon tutare eam visus [2] est. Erat enim hora diei circiter tertia. Quod videns vir venerabilis episcopus contristatus est nimis, et mandavit in monasterio puerum ut adduceret lumen. Et ecce subito accensa est candela a [3] semetipsa cum magno splendore. Hoc [4] autem factum est tertio kalendas novembris. Pridie autem kalendas postulavit vir venerabilis episcopus abbatem monasterii ut omnis congregatio in eadem basilica sancti Iohannis vigilias atque matutinas [5] celebraret [6]. Quod et factum est. Mane autem facto die kalendarum [7] exierunt fratres et reversi sunt in monasterio [8], et remanserunt cum episcopo presbyter et diaconus, et [9] tres monachi. Et subito veniens ipse nequissimus, immundus spiritus introivit in puella et coepit stimulare eam. Et tenentes monachi manus eius, duxerunt eam ante sanctum [10] altare ubi erant [11] venerabiles reliquiae [12]. Et usque quasi hora una coepit daemon vanitates per ipsam puellam loqui [13]. Deinde coepit dicere: *Anastasius adduxit me ad stimulandum et cruciandum, et iam non facio* [14] *iniurias neque in Anastasio* [15], *neque in episcopo* [16] [fol. 75r, col. 1], *neque in pres-*

— [9] et *add.* 2. — [10] (p. c.) *om.* 1. — [11] *om.* 1. — [12] (v. s.) s. v. 2. — [13] es *add.* 2. — [14] *sic* 1,2. — [15] donans 1; (v. d.) donas requiem 2. — [16] hominibus 2. — [17] *om.* 2. — [18] *om.* 1. — [19] illud 1. — [20] *om.* 2. — [21] (c. m.) m. c. 2. — [22] iam apparuisti 1. — [23] (m. c.) c. medice 2. — [24] filiam 2. — [25] fluvio 2. — [26] tua 1. — [27] percipiam 1. — [28] (o. s.) hominum 2.

Num. 8. — [1] assiduo 2. — [2] ausus 1. — [3] *om.* 2. — [4] haec 1. — [5] matutinum 2. — [6] celebrarent 2. — [7] *om.* 2. — [8] monasterium 2. — [9] ac 2. — [10] *om.* 1. — [11] *om.* 1. — [12] reliquias 1. — [13] loquere 2. — [14] facias 1. — [15] Astasio 1. — [16] episcopis 2.

byteris, neque in diacones[17], *neque in monachos*[18]. Continuo autem mandavit praedictus episcopus et venit omnis congregatio. Et dum omnes flecterent genua et dicerent simul *Kyrie eleison*, coepit daemon per puellam[19] clamare et dicere : *Anastasi, quid me adduxisti in spectaculo*[20] *ante homines ut me stimules*[21] *et crucies ?* Et coepit se puella flectere dextra laevaque, tamquam qui flagellatur durissime et voce magna clamare : *Vae! vae mihi! quid patior propter istud*[22] *corpus maledictum, quia veni*[23] *in derisionem coram hominibus? Sub violentiam*[24] *ingressus sum, exeo, non stabo in isto corpore maledicto*[25]. Et nos dicentibus illi[26] : *Exi, maledicte*, daemon respondit : *Non possum exire, quia ligatum me habet Anastasius. Heu me*[27]*! heu me! quid patior!*

9. Et post paululum suspensa est[1] a terra ; daemon qui semper faciebat hilarem puellam, nunc autem tristem, et qui ridere et gaudere eam faciebat, nunc autem flere[2] et[3] lacrimare coepit ; et dum suspenderetur, clamabat[4] : *Heu me, Anastasi.* Iterum facta est puella capite deorsum. Daemon clamabat : *Quid me suspendis capite deorsum, Anastasi? Exeo de corpore isto*[5]. Et nos dicentibus illi : *Exi et recede, maledicte, de plasma Dei et sponsa Christi*[6], daemon dixit : *Ligatum me habet Anastasius, quia in vesperum iterum in me poenas exercere volet, plus propter illum dentem eius, quem feceram ut periret.* Nos autem diximus ei : *Quid factus est ipse dens*[7], daemon dixit : *Quando venit Anastasius, tunc adduxit eum et levavit*[8] *et posuit eum in loco suo.* Et nos diximus ei : *Et*[9] *quando venit sanctus Anastasius*[10] *?* Daemon dixit : *Quando accensa est candela a semetipsa, tunc ingressus est Anastasius et revocavit eum in loco suo.* Episcopus dixit : *Mentiris, maledicte.* Daemon dixit : *Quaerite in arca ubi sunt reliquiae et cognoscetis.* Et dum aperta fuisset arca, inventum est inter ceteros[11]. Et rememorati sumus, quia fidelis Deus[12] in verbis suis, quod locutus est per prophetam : *Dominus custodit omnia ossa eorum ; unum ex eis non conteretur.* Et Dominus in evangelio ait : *Non periet capillus de capite vestro*[13], et alia multa. Et dum perficeretur opus Dei, non est locutus per puellam daemon[14] ullum verbum, sed erat in silentio ante altare. Et dum reversi essent monachi ad reficiendum, remansit episcopus et[15] presbyter, et[15] diaconus, et tres monachi. Et dum facta esset hora undecima, coepit iterum daemon sicut antea[16] clamare [col. 2] et dicere[17] : *Quid me crucias, Anastasi? Scio quia sanctus es.* Et clamabat cum ululatu : *Vae, vae*[18] *mihi! sancte Anastasi*[19], *non tibi peccavi, stimula per quem ingressus sum in isto corpore*[20]. Et iterum[21] sicut antea, coepit puella flectere se dextra laevaque, sicut qui flagellatur durissime in praetorio. Daemon clamabat : *Exeo de corpore hoc*[22] *cum omni vitio*

— [17] diaconibus 2. — [18] monachis 2. — [19] puella 1. — [20] spectaculum 2. — [21] stimulares 1. — [22] istum 2. — [23] (q. v.) qui venit 1. — [24] violentia 2. — [25] (c. m.) m. c. 2. — [26] *om.* 1. — [27] *om.* 1.

Num. 9. — [1] *om.* 1. — [2] *om.* 1. — [3] ac 2. — [4] *om.* 1. — [5] (c. i.) i. c. 2. — [6] et *add.* 2. — [7] (f. e. i. d.) factum est ipsum dentem 2. — [8] (et l.) *om.* 1. — [9] et *om.* 1. — [10] (s. A.) A. s. 2. — [11] cetera 1.— [12] Dominus 2.— [13] (de c. v.) capitis vestri 1.— [14] (p. p. d.) *om.* 2. — [15] ac 2. — [16] (s. a.) *om.* 1. — [17] (et d.) *om.* 2. — [18] vae *add.* 2. — [19] scio quia sanctus es, *add.* 2.— [20] (i. s. in i. c.) in isto c. ingr. sum 2.— [21] *om.* 1.— [22] (c. h.) h. c. 2.

meo[23]. Et modicum[24] tacebat, et iterum cum ululatu clamabat: *Exeo. Nam iuro per eum quem tu veneraris*[25] *et adoras, quia non periuro.* Et iterum[26] tacebat, et iterum cum ululatu clamabat, dicens: *Per quod portas, quia non periuro, exeo; et numquam in hoc corpore revertor. Heu me, heu me! quia veni in derisionem inter*[27] *homines.* Et iterum clamabat: *Sancte Anastasi, exeo; et numquam in presbyteros tuos, neque in diaconos tuos*[28], *neque in milites tuos, id est in monachos tuos*[29], *quia milites tui sunt, iniuriam*[30] *facio. Et ecce dico atque confiteor vobis quia nihil sum. Ventus sum, spiritus nequam et*[31] *immundus sum, et nihil sum. Sed ubi verus christianus est, fugio ab ipso, et aliquid illi mali*[32] *facere non possum.*

10. Et flentibus nobis omnibus[1], daemon dicebat: *Nolite flere, quia, cum videt*[2] *sanctus Anastasius lacrimas vestras, plus me incendit et exercet in me tormenta. Sed, sicut iuravi, exeo et numquam revertor in hoc corpore.* Et quidam de fratribus dixit: *Non facias aliquod malum, dum exieris.* Daemon respondit: *Sic*[3] *mihi praecepit beatus*[4] *Anastasius ut sine aliqua tribulatione relinquam corpus istud*[5]. Et haec dicens, iacuit[6] quasi hora una, inclinans caput suum puella ante altare et[7] venerabiles reliquias tacens. Nos autem ei[8] coepimus dicere: *Maledicte, exi.* Daemon respondit: *Sinite me, quia satisfacio sancto Anastasio. Qualia*[9] *tormenta patior*[10] *si reversus fuero in isto corpore.* Et factum est in hora tertia noctis, flectit puella genua ante vultum Domini nostri Iesu Christi quasi hora semis; et erexit se sana mente sanoque corpore; et stetit ante sanctum altare, et suscepit[11] corpus et sanguinem Domini nostri Iesu Christi et facta est puella salva[12] ex illa hora. Et ideo debemus mirabilia et laudem beati martyris Anastasii[13] suaviter enarrare, qui post saeculi pompam[14] profectus est ad caeli[15] coronam.

11. Debacchabatur in eo tyrannicus furor insanus et eius corde fulgebat divinus[1] aspectus. Vir iniquus Marzabanas[2] carnifex trucidabat sancti Anastasii[3] membra et in eius corde reficiebat infatigabilis medicina[4]. Marzabanas[5] [f. 75v, col. 1] inimicus eius torquendo deficiebat; beatus vero Anastasius[6] patiendo vincebat. Non enim viribus certatur humanis nec pro corporis vita complectitur[7] regio et regni caelestibus dimicabat. Hic enim nec subire[8] potuit, nec laqueo colla[9] componere formidavit. O pastor bonus, quem parva echo[10] laudemus. Secutus est[11] aeterno[12] pastori vestigia Domini nostri Iesu Christi. Mercabatur de morte ad vitam accipere gloriae coronam. O magnum genus[13] admirationis! Occiditur

— [23] (o. v. m.) omnia vitia mea 2. — [24] modice 2. — [25] veneras 2. — [26] (e. i.) iterumque 2. — [27] in 1. — [28] (in d. t.) diacones 2. — [29] (id-tuos) *om.* 2. — [30] numquam *add.* 2. — [31] et *om.* 1. — [32] *om.* 1.

Num. 10. — [1] (n. o.) nos omnes 2. — [2] vidisset 2. — [3] sicut 2. — [4] sanctus 2. — [5] (c. i.) corpore isto 2. — [6] tacuit 1, 2. — [7] ad 1. — [8] *om.* 2. — [9] quales 2. — [10] patior 1. — [11] accepit 2. — [12] (f. e. p. s.) s. f. e. p. 2. — [13] (m. A.) Atanasii m. 2. — [14] (q. p. s. p.) quia pro saeculi pompas 2. — [15] (p. e. ad c.) c. p. e. ad 2.

Num. 11. — [1] (f. d.) divinitus f. 1. — [2] Barzabanas 1. — [3] (t. s. A.) secabat sancto Anastasio 2. — [4] medicinam 2. — [5] Barzabanas 1. — [6] (b. v. A.) et b. Atanasius 2. — [7] complecti 1. — [8] subripere 2. — [9] *om.* 1. — [10] econ 2; (p. e.) parve contra vocem 1. — [11] *om.* 2. — [12] aeterni 2. — [13] (m. g.) magnae 2.

corpus ut nascatur martyrum fructus. O mors [14] pretiosa! de qua fit de confessione victoria [15]. Fit innocens reus, dum non attenditur Deus. Occiditur iustus et in suis crucifigitur Christus. Elegit mortem praesentem propter salutem vitae aeternae. Stabat beatus Anastasius vexillo [16] crucis armatus et lorica [17] fidei munitus. Pugnabat iustus, non tantum laboris sudore [18], sed sanguinum [19] effusione [20]. Vicit corpus inter supplicia et anima invicta [21] emisit cruorem pro Domino [22] salvatore. Fratres carissimi, contremiscit cor meum et renes mei resolvuntur quotienscumque recordor ista mirabilia [23], quae fecit Dominus noster Iesus Christus [24] per [25] martyrem suum beatum Anastasium. Mirabilis Deus in sanctis suis faciens prodigia. Ecce quid meruerunt, qui Dominum Iesum Christum non negaverunt. Videte, fratres, quantum [26] martyrum [27] fides, tantum invenitur confessio. Dignetur ergo et [28] nos Dominus [29] unigenitus per orationes beati martyris sui [30] Anastasii omnes eripi ab ipsius oppressione inimici ut per ipsum D. N. I. C. gratias agamus Deo Patri et Spiritui sancto, nunc et semper et in aeterna saecula saeculorum. Amen.

Passio sancti Severi (Cfr. supra, p. 227, 28°).

Incipit passio sancti Severi martyris [Valeriae].

Temporibus Maximiani imperatoris orta est saeva persecutio adversus Christianos, edicto proposito ut si quis Christum confiteretur, diversis poenis interficeretur. Quodam in loco, in una vallium, quae a multis verbo rustico Interrocrina nominatur, erat quidam vir valde religiosus, nomine Severus, Ravenna ortus et nutritus, de genere praefectorum, qui ab infantia sua timens Deum, faciens eleemosinas multas viduis et captivis et peregrinis, timentibus Deum. Erat enim isdem beatus Severus divinis litteris valde eruditus, qui apud ecclesiam Sancti Vitalis Ravennatis didicerat a quodam magistro nomine Cornelio, valde religioso viro. Qui etiam sanctus Severus, adhucque pueruli * retinens aetatem, animum vero habens senilem, primum quidem miraculo caecum quidam * illuminavit nomine Euticius *, quattuor annis habens * visum subtractum. Erat enim plenus isdem beatus Severus iustitia et veritate et sanctitate. Iustitia, nam quia iam sciens bonum et malum, discernere curabat inter se iustum et impium, inter mundum et pollutum, cotidie socios caelestis * instruens disciplinis, ut eos Dominus redderet ** puris *.

cod. puerule. — * *sic.* — * *sic.* — ** *cod* reddere. — * *sic.*

Et ideo impletum est in eo illud psalmistae: *Iustus ut palma florebit et sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini.* Ipse enim beatus Severus pio Christi amore coruscans, Romam causa orationis peragrans, vallem ut

— [14] mos 2 — [15] (de victoria) per quam de confessione victoriam 2. — [16] vexillum 2. — [17] loricam 2. — [18] sudorem 2. — [19] etiam sanguinis 2. — [20] effusionem 1,2. — [21] (a. i.) animae invictae 1.— [22] Deo 2. — [23] miracula 1. — [24] *om.* 1. — [25] in 1. — [26] meruerunt *add.* 2. — [27] martyris 1. — [28] *om.* 2. — [29] Deus 1. — [30] *om.* 1.

* *sic.* ** *cod.* elegat. * *cod.* ecclesiam. * *cod.* splendescent. ** *cod.* ubi.

diximus superioris * Interrocrinam sibi elegerat ** atque honorifice ibidem in quadam ecclesia * in honore beatae semper virginis Mariae constituta ordinatus est sacerdos. Etenim illic habitans erat indigentium protector, lugentium consolator, orphanorum et viduarum pater, captivorum et peregrinorum hospes, in lectione divina assiduus, in vigiliis et orationibus atque ieiuniis praecipuus, castitate ornatus, caritate repletus, spem fidemque intrinsecus delibutus. His et talibus iugiter virtutibus splendescens *, maior de illo amplius fama ubique ** promulgabatur. Unde inter cetera quidam pater familias, cum ad extremum venisset diem, missum concite direxit ad sanctum presbyterum Severum. *Continuo exponitur, diffusiore phrasi, miraculum huius viri, ad vitam precibus sancti Severi revocati. Quam narrationem ex puriore fonte, Gregorio scilicet Magno, derivatam,* videsis *Act. SS.*, ad d. 15 Februarii, t. II, p. 827, col. 1, numm. 1 et 2.

* *cod.* fama.

Qua peracta, sic in codice pergitur : Audiens autem famam * multorum mirabilium eius, Maximianus imperator iussit militibus suis beatum Severum comprehendi et duci ad se. Cumque adductus fuisset ante illum, praecepit eum a tergo ligari et in supradicta valle ligatum ducere et ibi decollari. Qui ductus a militibus in praedicta valle sine aliqua auditione decollatus est. Statimque videntibus cunctis venerunt duo angeli in specie duarum columbarum; tertio figuram crucis super corpus eius facientes, deferebant animam illius ad caelum.

* *cod.* praestatur.

Acta sunt autem haec ut fideles sanctae Dei Ecclesiae exemplum a beato Severo accipiant, qui pro fide Christi a Maximiano imperatore martyrisatus et decollatus est. Corpus vero eius humatum est iuxta firmissimam urbem nomine Orbivetum. Ibi multa beneficia pro suo amore usque in hodiernum diem a D. N. I. C. praestantur *.

Passus est autem beatissimus Christi martyr Severus, die kalendarum februariarum, regnante D. N. I. C. cui est honor et gloria cum Patre et Spiritu sancto per infinita saecula saeculorum. Amen.

Vita sancti Herculani (Cfr. supra, p. 228, 33°).

Incipiunt Acta de sancto Herculano [martyre, episcopo Perusino]. Kalendis Mart.

[PROLOGUS.]

* *cod.* frugum.

Ex prima condicione multum debemus Creatori, plus etiam reformati eidem Redemptori, quia omnipotens et misericors Deus mirabiliter de limo terrae nos formavit, sed mirabilius nos perditos restauravit. Et valde fuit mirabile, cum de non esse nos esse fecit; sed satis mirabilius cum sola sua misericordia nos redemit. Qui etiam instituit Scripturas ad nostram doctrinam, ne ignoraremus qua deberemus ducere vitam. Et ut teneremus iter nostrae salutis, per sanctos viros praebuit imitanda exempla virtutis. Multa etiam miracula per sanctos suos est operatus, quibus infideles ad fidem, fideles vero ad frugem * virtutum trahere est dignatus.

Redemptor itaque noster omnipotens Deus, humanam desiderans salutem, elegit beatum Herculanum sibi in sacerdotem, quem episcopum Perusii et martyrem praevidit. Cuius miracula, quia nec lingua dicere nec memoria alicuius valet tenere omnia, pauca quae oculis nostris vidimus vel eos, qui videre, referre audivimus scribamus. Sed prius unde venerit et a quo Perusii episcopus institutus fuerit et sub quo passus fuerit, quod etiam miraculum post suum martyrium per eius sanctitatem factum esse Gregorius in dialogo dixerit, audiamus. Et ordo quasi quonam* filo * procedat dicamus. * *cod.* quoddam. * *cod.* filio.

[INCIPIUNT ACTA.]

Sanctus igitur Herculanus, natione Syrus, cum undecim suis consanguineis... *Referuntur hic, sed uberiore stilo, ed.* Acta SS., *ad d. 1 Martii, t. I, p. 51, num. 18 usque ad verba :* S. Proculus Domino hostiam immolaret. *Dein ita in cod. :*

Quod cum fuisset denuntiatum Eugenio, sanctae sedis apostolicae episcopo, misit suos cubicularios, qui loris adstrictum eum sine mora ad se perducerent. Qui dum clam in claustrum Casulanum venerunt et beatum Proculum, ut renuntiatum fuerat, facientem invenerunt, cum iurgio eum apprehenderunt. Et nolentes ab eo accipere Eucharistiae communionem, quam dicebant potius esse exsecrationem, ad Eugenium * ducere coeperunt. Quibus ducentibus, igniferae et validissimae coruscationes in via Ostensi minabantur mortem, eo quod inhoneste ducebant sanctum Proculum, nec benedictionem communionis ab eo acceperant. Proculus cum Eugenii cubiculariis veniens, ante se vidit cervam cum hinnulis suis iter carpentem; quae *, iubente Proculo, fixit pedem et stans exspectavit eum et dedit potum omnibus sitientibus ex lacte suo. Eadem nocte flagellavit Eugenium ammonens quod beatus Proculus recte egisset, nec ex eo quod fecerat corripiendus esset. Qui perterritus misit velocissimos cursores, ut, ubi invenirent hominem Dei, cum magno honore reducerent in castrum Casulanum. * *cod.* Eugerium. * *cod.* qui.

Postquam autem Bricius cum ceteris venit in civitatem Spoletinam et verbum Domini in illis partibus coepit praedicare et idola destruere, nuntiatum est Turgio et Leontio atque Martiano, qui erant proconsules *, quod de Syriae partibus venissent quidam, qui subtraherent populum in doctrina * hominis illius qui fuerat invidia crucifixus a principibus suis. Quo audito proconsules miserunt ministros suos et fecerunt Bricium cum fratribus suis adduci et graviter eos caedi atque in carcerem retrudi. * *cod.* preconsules. * *cod.* doctri.

In eadem vero nocte terrae motus factus est magnus in regione illa ubi Martianus erat et oppressit viginti de paganis in confractione * palatii. * *cod.* confract..

Angelus autem Domini cum beato Petro venit ad carcerem ubi sanctus Bricius orabat. Quem sanctus Petrus prostratum in terra elevans manu erexit pedibus, et dixit ei : *Esto fortis in doctrina Domini. Edoce populum, qui crediturus est Domino.* Post haec consecravit eum in ordine pontificis ut per singulas civitates episcopos ordinaret. Sanctus itaque Bricius per angelum cum suis de carcere est liberatus. Spoleti Iohannem consecravit metropolitanum episcopum ; Bevaniae vero Vincen-

tium; et Victoniae ordinavit Sclippio doctum episcopum; Perusii vero Herculanum, nepotem suum, virum sanctissimum. Qui in eadem Perusina civitate post multa lucra animarum, quas Deo sua praedicatione et exemplo acquisivit, vitam martyrio sub Totilae tyrannide finivit. Quod beatus Gregorius in dialogo sic dicit: Nuper... *Cfr. Act. SS., l. c., num. 21. Explicit autem sic in cod.:*

Die vero altera parentes cum matre pueri ut lugerent, sicut mos est, ad sepulcrum venientes, invenerunt corpus praedicti pueri extra sepulcrum, divina providentia factum ne tam sanctissimum corpus alio corpore coinquinaretur. Dispositione autem Dei translatum est sancti Herculani corpus in montem Calvarium in ecclesia beati Petri apostoli, ut dicebat *, est reconditum. Ibique supradictum puerum iam vermibus scaturientem a mortuis resuscitavit Et alias multas virtutes per eum Dominus operatus est. Vixit autem resuscitatus puer postea septem annis, et postquam migravit de saeculo, in eadem ecclesia sepultus est. „ *Cfr. Acta SS., l. c., pag. 50, num. 13.*

* *sic.*

Miracula sancti Herculani martyris episcopi Perusini
(Cfr. supra, p. 228, 34°).

Praedictis miraculis alia succedunt non eiusdem * virtutis. Erat enim quaedam puellula septem annorum, quae coxas et gambas ad ventrem * habebat compressas et plicatas sine mobilitate nervorum. Nec gradiebatur, sed quocumque debebat ire, ulnis alicuius portabatur tamquam fasciculus lignorum. De qua sic contracta per unum fere annum, placuit Deo a sancto Herculano facere suum miraculum in sancti Benedicti, quae tunc fuit in sabbato Olivarum. Nam dum quaedam eius amita * deportavit ad corpus sancti Herculani puellulam atque ea posita genua flexit in terra ad orationem faciendam, volvens caput respexit ad se venire neptem erectam. Quae gaudens surrexit atque laudans Deum prae gaudio flere coepit. Quod ipsa mihi sic esse factum rettulit dum, me vidente, cum puellula, quam tenebat manu, gradiente de ecclesia exiit. Quo viso miraculo ipse coepi * ferre laudes et benedicere sanctum Herculanum. Sed ego dum discedentem puellulam suis pedibus, quae non per se venerat, mirando aspiciebam, ecce vetulus quidam nec multum curvus, nec bene rectus, fustibus se sustentans adveniebat. Quem illi, qui mecum tunc temporis adstabant, de miraculis sancti Herculani commemorantes, aiebant non multo ante in baratrali lectulo cum a suis adductus * fuisset, et a porta ecclesiae usque ad corpus sancti Herculani poplitibus ac manibus quasi quadrupes, quia non poterat * incedere pedibus vel sustinere se cruribus viasse; ibique tunc ita sanitatem recepisse, quod, sicut videbam, quo volebat poterat ire. Unde apparet quod beatus Herculanus in cuiuscumque aetatis hominibus aeque miranda operari valet.

Alio autem tempore, quaedam Spolitana * ad sancti Herculani pro recuperanda sanitate venit merita; quae membra extensa atque integra habebat singula, non tamen poterat surgere vel pedibus stare, neque ad sedendum per se

* *cod.* eisdem.
* *cod.* vetrem.
* *cod.* amitam.
* *cod.* coepit.
* *cod.* adductum.
* *cod.* poterant.
* *cod.* Spolitanam.

erigere. Quam eius filius, qui erat presbyter, equo ad implorandam sancti Herculani virtutem adduxit; et oratione atque oblatione facta, ante sanctissimum corpus adduxit Herculani, ad hospitium prope ecclesiam *. Mane vero surrexerunt ut recederent diluculo. Mulier sana facta, per se surgens et exiens de lectulo, ad equum vadens equitare per se exivit de hospitio. Et gaudentes recesserunt, ignorante et dormiente hospite; nec sunt reversi ad ecclesiam ut laudes promerent. Sed ingrati ut leprosi, quos * sanavit Dominus, abierunt, non inclinato capite. Sanctus autem Herculanus non solum membra supradictis aliisque multisque modis debilitata * restauravit, sed etiam fracta sanavit; quae etsi non scribamus, de uno saltem dicere non neglegamus.

* *cod. add.* adduxit.
* *cod.* quod.
* *cod.* debilitate.

Dum super altum murum volvens petram erat quidam non bene se regens, in altitudine casus, quod satis fuit mirum, dum ad terram pervenit, quod erat vivus. Qui tamen, Deo ita regnante casum, non est quidem mortuus, sed in membris elisus, atque gamba ex toto fracta, ita quod caro pellisque crepuit et exierunt sanguis et ossa. Quae licet a medicis pro curata videretur quolibet modo resanata, os tamen divisum et fractum cicatrice facta ita pugnabat et erat transversatum, quod, si gamba moveretur, videbatur ipse homo perdere flatum. Iam desperabat unquam inde fore esse sanum et gambam * incidere medicus hortabatur. Sed postquam sanctum Herculanum est deprecatus ut sibi mederetur atque vovit se numquam de servitio sancti Herculani exiturum si gamba sanaretur, tunc beatus Herculanus medicus sine ferro et unguento est medicatus. Dum enim praedictus homo precibus et votis ante sanctum corpus postulabat sanitatem, eadem hora cicatrix est aperta et fractum os transversatum cum multo sanguine prosilivit. Sic homo factus sanus prope modum coepit ire quo voluit. O sancte Herculane, quis valeat tuas virtutes dinumerare quae tu fecisti, dando in singulis membris sanitatem? Quas ex parte ostendunt * cereae figurae quae pendent in ecclesia et super altare. Sed multo plures diceris fecisse per diversa mundi elementa, quam nos audiverimus vel ostendant cerea simulacra. Multae tamen ad tuorum miraculorum memoriam et laudem videntur in ecclesia Sancti Laurentii pendere imagines: capita, nasos, maxillas, gulas, brachia, digitos, ungulas, pedes, crura alteraque membra, ex quibus constant humana corpora, per te diversis modis sanitatem recepisse significantes. Illi sunt quoque innumerabiles nec quorum ullae sunt factae imagines. Qui postquam venerunt vel sunt adducti ad sancti Herculani sanctitatem, recesserunt laeti recepta sanitate *; qui si non valuerunt per se venire, gavisi sunt sani redire. Si in capite patiebantur aut in aliquo membro, statim non multo post sanitatem in eo consequebantur; necnon alii multi officiis propriis sunt restituti. Sed et quam plurimos audivimus esse exauditos, antequam ad corpus venirent, facta oratione * et devotione * in locis ubi erant. Et quia cunctos quibus reddidit visum vel liberavit a daemonio Herculanus * nequimus percurrere, de paucis quae audiendo didicimus.

* *cod.* gamba.
* *cod.* ostendit.
* *cod.* sanitatem.
* *cod.* orationem, devotionem
* *cod.* Herculanis.

Quidam rettulit quendam * iuvenem Fanensem, rubei coloris pulchraeque staturae, Bonitium nomine, caecum per septem annos fuisse; rettulerunt cui restitutum lumen per virtutem sancti Herculani multi noverunt. Qui cum esset

* *cod.* quedam.

incolumis et sospes miles, magnam habens audaciam, non timebat vel laudabat Deum qui talem fecerat. Sed, tamquam posset contra stimulum calcitrare et impune longo tempore prave agere, coepit depraedari et quoscumque poterat laedere, nec pro Deo desistebat mala facere quae poterat. Sed dum in malitia sua perdurans non cogitabat puniri divina virtute, lux de caelo veniens percussit eum in equite, Nativitatis Domini depraedari euntem. Et caecitate demens et miser factus, de virtutibus sancti Herculani audivit; ductorem qui eum traheret invenit, et oratum pro lumine ad corpus sancti Herculani pervenit. Sed postquam ante altare prostratum flendo seque peccasse multa, propter quae caecitatem meruerat* confitendo oravit, ad quod misericordiam Dei et virtutem sancti imploravit, de intro ecclesiae exivit foris; quod stans sub claritate aeris videre coepit. Qui alacer factus subito luminis gaudio, est reversus in ecclesiam ut Deo sanctoque Herculano gratias referret *. Deinde ieiuniis et orationibus invigilans malosque ** mores damnando paenitens per tres annos religiosam ducens vitam, culmine paenitentiae de mundo exivit. Quem Deus propter mala quae operabatur lumine privavit, et ut emendaretur * postea illuminavit. Unde ceteri debent terreri et a moribus coerceri.

* *cod.* inerruerat.

* *cod.* refert. ** *cod.* malos quod.

* *cod.* mendaretur.

Quodam tempore quidam de Ulterio regno Hierosolimam revertens, perdidit lumen antequam exiret de mari. Qui caecus factus attigit terram per duos annos eundo per curias et civitates viventes. Est moratus in Calabria et in Apulia*. Deinde loca illa relinquens, lumine privatus venit Romam. Sed in domi Petri Leonis pro Deo, utpote peregrinus caecus, retineretur.....

* *cod.* Epulia.

Ad exigendam narrationem vacat in cod. dimidiae columnae spatium.

VITA METRICA SANCTAE MARINAE (Cfr. supra, p. 230, 52º).

Incipit Vita de sancta Marina.

Qui sursum corda tenditis
Et terrena despicitis;
Exemplum hoc avertite,
Quod volo vobis dicere

De quodam Dei famulo,
Renuntiante saeculo.
Herilis vir memoriae
Antiquo fuit tempore

Qui vitam ducit laicam,
Natam habebat unicam,
Quam post uxorem * mortuam
Educavit ut parvulam.

* *cod.* uxore.

Huius mutavit viscera
E celsa Dei gratia,
Ut iugo se monachico
Submitteret pro Domino.

Tunc filiam reliquerat
Et sese cucullaverat;
Inde subiectus regulae
Bono pollebat opere.

Obsequebatur fratribus,
Fruebatur virtutibus
Cum omni patientia
Christi gerens servitia.

Sed non fugit tristitia
Pro derelicta filia,
Quam servus Dei saepius
Recurrebat extrinsecus.

Unde per se consilium
Coepit per nullum alterum.
Ad patrem monasterii
Accessit voce supplici,

Dicens in mundo filium
Se reliquisse parvulum,
Qui sine adiutorio
Remansit in periculo.

Si complaceret fratribus,
Vellem ut esset monachus,
Ut secum iam a puero
Famularetur Domino.

Ne periret in saeculo
Dum careret auxilio,
Celavit esse filiam,
Expavescens blasphemiam.

Nec iustum duxit ducere,
Quod non possit efficere,
Quia virgo cum monachis
Non erat conversabilis.

Sic honesto mendacio
Usus pro desiderio,
Impetravit ab omnibus
Ut iam veniret monachus,

Ut faceret quod ceteri
De servitute Domini,
Marina virgo nomine
Cum iam subiecta regulae,

Propter sexum femineum
Mutaverat vocabulum;
Marinus, frater inclitus
Dicebatur ab omnibus.

Hanc genitor cotidie
Non cessabat corrigere
Ne sese muliebriter,
Tractaret se viriliter

Ut inter viros femina
Nulli maneret cognita.
Annis namque quam plurimis
Degens virgo cum monachis

Custodivit propositum,
Nulli dedit indicium,
Celavit muliebria,
Viros praecellens femina.

Locum quaerit diabolus
Tandem bonorum invidus
Ut ferat offendiculum
Ad praesens, non perpetuum,

Per quod caelestis femina
Virtutum auxit culmina.
Non longe a coenobio
Portus stabat ex obliquo,

Unde pisces a fratribus
Adducebantur curribus.
Ad quem abbate moniti,
Ibant per vicem singuli *.

Appropinquavit terminus,
Cunctis regressis fratribus,
Cui oboedientiae
Marinum iussit pergere.

Hic pergit sine murmure
Fratrum praecepta facere.
Eodem namque sordido
Quo portus stabat loculo

Conversabatur mulier
Pulcherrima, sed degener *,
Quae iam concepit filium
Praegnans per adulterium.

* *cod.* siguli.

* *cod.* deneger.

Cum partus tempus exstitit,
Turba parentum convenit.
Eam coeperunt cogere
Ut non differret dicere

Quis esset pater sobolis
Vel cuius esset nominis.
Illa reatus conscia,
Responsa dat fallacia :

Marinus ille iuvenis
Qui fuerat tunc temporis,
Numquam rogare destitit,
Donec mecum concubuit.

Parentes eius creduli
Propter aetatem monachi
Cum omni voce cursitant,
Abbati quoque nuntiant.

Tunc accusatur monachus
Huius peccati nescius.
Abbas motus intrinsecus
Falsis delationibus

Ad se vocavit monachum,
Dicens illi per iurgium :
Marine, per libidinem
Cur violasti ordinem?

Ille manebat stupidus,
Inter utrumque dubius,
An rem proferret patulo,
An celaret ut solito.

Ad ultimum sic placuit,
In sese culpam transtulit :
Mi pater, inquit, *domine,*
Si lapsus sum in crimine,

Peccatum meum fateor;
Miserearis deprecor.
Quicquid male deliqueram,
*Totum libenter * corrigam.*

* *cod.* libere.

Hominibus vilissimum,
Sed Domino carissimum,
Foras extra coenobium
Secludunt Dei famulum,

Et quam fecit infamiam,
Lavit per paenitentiam.
Iuxta murum extrinsecus,
Quidam latebat angulus

Ubi stillabat pluvia
Ex omni tecto conflua;
In quo reponunt monachum,
Caelesti dono praeditum.

Praedicta namque genetrix,
Magnis fulta spurcitiis,
Adulterinam * sobolem
Proiecit ante virginem :

* *cod.* adulterina.

Marine, inquit, *filium*
Tene nutrique proprium.
Virgo quoque dignissima,
Virtutum gemmis praedita,

Quasi si esset proprius,
Natum sumit alterius.
De paupere praebendula
Nutrit pro Dei gratia.

Non est opus producere,
Longo stat ibi tempore,
Donec compassi monachi
Abbatis * iussu monachi

* *cod.* abbati.

Reducunt in ecclesiam
Infirmitate gravidam.
Christus amator virginis
Et retributor operis

Non passus hanc diutius
Mundi premi laboribus,
Ad se vocavit famulam,
In caelo locans animam.

Corpus sepulcro deditum
Dum fratres lavant nudulum,
Cognoscunt muliebria,
Non amplius abscondita.

Pugnis contundunt pectora,
Vota fundunt fidelia :
O sancta virgo, pulcher flos,
Noli culpare miseros.

Nunc prius te cognovimus,
Ignosce nescientibus.
Homo videt in facie
Deus intus et in cute.

Marina, gemma virginum,
Fructum ferens centesimum,
Caelestem * sponsum, quem mente
Semper habuit corpore,

* *cod.* caeleste.

Pro quo pugnavit fortiter,
Nunc retinet * perenniter.
Illa nimirum ganea,
Quae tanta movit scandala,

* *cod.* tenet.

Ira correpta daemonis
Persolvit culpam sceleris.
Sic cautis dantur praemia
Et iniustis supplicia.

IX. Codex signatus B. 53 Inf. (olim R.).

Membraneus, foliorum 169, formae max. (0^m,577 × 0,37), bipartitis columnis, bellissime exaratus saec. XI. Rubricati sunt tituli litteraeque maiusculae; capitales autem litterae, singulis Vitis praefixae, cum venustate exornatae sunt. Communiter depinguntur oblongae et grandes, in substrato unius coloris, plerumque viridis; tum ipsae diversis aliis coloribus insigniuntur, intertextis sertis et sat saepe rostro monstri volucris arripiuntur. Ultimae litterae capitales minore diligentia describuntur. Prostant plura indicia liturgica. Ea est tota huius codicis ratio ut nequaquam codicis signati B. 49 Inf. (cfr. supra, pag. 224 et seqq.) exemplar videatur fuisse.

Subsequitur chartaceum folium unum et praemittuntur duo, quorum alterum Vitarum catalogum exhibet cum hac subscriptione : *Hic codex, qui fuit ecclesiae metrop. Mediol., ei ab archiepiscopo Piccolpasso legatus, iussu Ill^{mi} Card. Frederici Borrhomei, B. Caroli patruelis et bibliothecae Ambrosianae fundatoris, a R^{mo} eiusdem ecclesiae capitulo emptus fuit anno 1601.*

1° Passio sancti Andreae apostoli (fol. 1^r-3^v).

Vide supra, pag. 224, cod. B. 49 Inf., 1°. Initio descripta est nominis etymologia.

2° Vita beatissimi Nicolai episcopi et confessoris (fol. 3^v-10^v).

Auctore Artema archimandrita, Acta primigenia ed. ap. Nic. Carminium Falconium, *Sancti Nicolai Acta primigenia*, etc. (Neapoli, 1751, in-fol. min.), p. 1 seqq. Latina Carminii interpretatio textum graecum pressius sequitur.

Inc. : *Gloriosa siquidem acta sanctorum, quibus ab ortu nativitatis suae feliciter Domino placuerunt.*

3° Item de mirabilibus sancti Nicolai (fol. 10ᵛ-12ᵛ).

Fragmentum Vitae, " ex B. Methodio, per Iohannem diaconum ecclesiae sancti Ianuarii „ deducta, ed. ap. Carminium, *op. cit.*, p. 119-22, capp. XII et XIII. Discrepat codicis versio.

Inc. : *Temporibus Constantini magni imperatoris, inconstantia facta est atque dissensio in Frigia Ataphalorum.*

4° De obitu beati Nicolai episcopi (fol. 12ᵛ-13ʳ).

Pars extrema Vitae, auctore Artema archimandrita, ed. ap. Carminium, *op. cit.*, p. 28-9 (num. 31-33), interpretatione diversa.

Inc. : *Factum est autem ut iret beatus Nicolaus in Miream civitatem.*

5° Vita sancti Ambrosii archiepiscopi (fol. 13ʳ-21ᵛ).

Auctore Paulino, ed. ap. P. A. Ballerini, *op. cit.*, t. VI, col. 885-906.

6° Vita sancti Zenonis episcopi et confessoris (fol. 21ᵛ-23ᵛ).

Auctore Coronato, ed. ap. Zacharia, *Bibliotheca Pistoriensis*, p. 84-6 (Augustae Taurinorum, 1752), variantibus lectt. In cod. deest clausula, sed praemissum est prooemium, cuius tenorem reppereris apud Ughelli, *Italia sacra*, t. V, col. 680-1.

Inc. prologus : *Olim peritissimorum disciplinabilis mos exstitit virorum, indagatione diligenti sanctorum vitas exquirere.*

Inc. Vita : *In diebus imperatoris Gallieni, qui in successione Caesarum vigesimus septimus in eorum est catalogo subrogatus, quo etiam tempore Dionisius vir reverentissimus a beato Petro apostolo vigesimus sextus Romanae praesidebat Ecclesiae ; in provincia Italia, in civitate Verona, beati Zenonis acta claruerunt.*

7° Vita sancti Siri episcopi et confessoris (fol. 23ᵛ-28ʳ).

Ed. ap. C. Prelini, *San Siro*, t. I, p. 178-216 (Pavia, 1880, 8°).

8° Passio sanctae Luciae virginis et martyris (fol. 28ʳ-29ᵛ).

Ed. secundum primigeniam phrasim ap. Surium, t. VI, ad d. 13 Decembris, p. 987-9.

9° Passio sanctae Barbarae virginis (fol. 29ᵛ-31ᵛ).

Ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 74ʳ-75ᵛ.

10° Passio sancti Thomae apostoli (fol. 31ᵛ-37ʳ).

Vide supra, p. 225, cod. B. 49 Inf., 8°.

11° Vita et actus sancti Iohannis apostoli et evangelistae (fol. 49ᵛ-55ʳ).

Vita, auctore Pseudo-Melitone, ed. *P. G.*, t. V, p. 1239-50. Hoc tamen praeludium prologo praemittitur :

Iohannes, qui interpretatur gratia Dei, apostolus et evangelista, filius Zebedei, frater Iacobi, dilectus Domini, praedicator Asiae, in Epheso sexto kalendas ianuarii

eius natalis celebratur. Alii dormitionem eius octavo kalendas iulii dicunt, quando et nativitas est sancti Iohannis Baptistae.

12° Vita sancti Silvestri papae (fol. 58r-75v).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 278v-292r, col. 1, l. 44. Omittitur in codice ultima paraenesis.

13° [Visio sancti Silvestri de construenda Constantinopoli] (fol. 75v).

Ed. *Catal. codd. hagiogr. biblioth. reg. Bruxell.*, t. I, p. 119-20, 65°.

14° [De inventione sanctae crucis] (fol. 75v-76v).

Desumpta ex Rufino, *Hist. Eccl.*, lib. x, capp. 7, 8, sed diffusiore passim phrasi descripta.

Inc.: *Perrexit autem Helena Constantini mater ad Ierusolimam et requirere coepit locum ubi Dominus in patibulo fuerat fixus.*

Des.: *Et quoniam cupientem eius nosse insignia historia, quae ab Eusebio scripta est graeco sermone, poterit edocere; in hoc loco epitoma translationis nostrae finem imponit.*

Haec etiam indicia de matrona emortua, attactu verae crucis ad vitam revocata, frustra apud Rufinum quaesieris: *Erat autem vidua Libania nomine, quae fuerat prius Iudaea; sed defuncto viro suo Ysachar cum quo fuerat anno et duobus mensibus sociata, relicta synagogae perfidia, contulit se ad Ecclesiam Christi et per annos sexaginta in Dei timore perfecerat ut omnes pauperes christiani quasi matrem propriam se laetarentur habere.*

15° De obitu sancti Silvestri (fol. 76v-77r).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 292r, col. 1, versus finem-292v.

16° Vita sancti Basilii episcopi et confessoris (fol. 85v-89r).

Cfr. supra, p. 226, cod. B. 49 Inf., 15°.

17° Vita sancti Pauli, primi eremitae, edita a beato Hieronymo presbytero (fol. 89r-92r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Ianuarii, t. I, p. 604-7.

18° Vita sancti Hilarii [Pictaviensis] episcopi et confessoris (fol. 92r-98r).

Auctore Fortunato, ed. ibid., ad d. 13 Ianuarii, t. I, p. 790-5.

19° Passio sancti Felicis [Romani] in Pincis (fol. 98r-98v).

Ed. ibid., ad d. 14 Ianuarii, t. I, p. 951, num. 1-6.

20° Vita et obitus beati Mauri abbatis, discipuli sancti Benedicti (fol. 98v-110r).

Auctore Fausto, ed. ibid., ad d. 15 Ianuarii, t. I, p. 1040(num. 8)-50.

21° [Miracula sancti Mauri] (fol. 110^{r}-111^{r}).

Auctore Odone, fragmentum ed. ibid., p. 1057, num. 29-31.

22° Passio sancti Marcelli papae (fol. 111^{r}-114^{v}).

Ed. ibid., ad d. 16 Ianuarii, t. II, p. 5-8.

23° Vita sancti Antonii abbatis (fol. 114^{r}-134^{r}).

Auctore Athanasio, ed. ibid., ad d. 17 Ianuarii, t. II, p. 120-41. Deest in cod. epilogus Evagrii interpretis.

24° Passio sanctorum martyrum Marii et Marthae, Audifax et Abacuc (fol. 134^{r}-136^{v}).

Ed. ibid., ad d. 19 Ianuarii, t. II, p. 216-9.

25° Vita sancti Bassiani [Laudensis] episcopi et confessoris [fol. 137^{r}-141^{r}).

Ed. ibid., p. 222-6. Deficit in cod. num. 23.

26° Passio sancti Sebastiani martyris (fol. 141^{r}-153^{v}).

Auctore Ambrosio, ed. ibid., ad d. 21 Ianuarii, t. II, p. 265-78.

27° Passio sanctae Agnetis martyris (fol. 154^{r}-157^{r}).

Auctore Ambrosio, ed. ibid., ad d. 21 Ianuarii, t. II, p. 351-4.

28° Passio sancti Vincentii martyris (fol. 157^{r}-160^{r}).

Ed. ibid., ad d. 22 Ianuarii, t. II, p. 394-7.

29° Passio beatissimi Blasii episcopi (fol. 160^{r}-162^{v}).

Ed. ibid., ad d. 3 Februarii, t. I, p. 336-9 (I Acta).

30° Passio sanctae Agathae virginis et martyris (fol. 162^{v}-165^{r}).

Ed. ibid., ad d. 5 Februarii, t. I, p. 615-8.

31° Passio sanctorum martyrum Faustini et Iovitae (fol. 165^{r}-168^{v}).

Ed. ibid., ad d. 15 Februarii, t. II, p. 813-6 (num. 19).

X. Codex signatus B. 55 Inf.

Membraneus, foliorum 262, formae max. ($0^{m},560 \times 0,372$), eiusdem aetatis (saec. XI), scripturae, exterioris dispositionis, ornatus atque codex novissime descriptus B. 53 Inf. Littera I, quae ad plurium Vitarum caput occurrit, vel columnam flavo colore praesertim insignitam repraesentare solet, vel avem caeruleo colore depictum imitatur. Initio passim exprimuntur, rudi quidem arte, imagines, ut aiunt, *miniaturae*, numero circiter tredecim, quae egregium Vitae subsecuturae facinus referunt. Nonnullis locis scriptura est densior et quasi emendata; liturgica

indicia consueta. Infectum est magnam partem folium 23ᵛ. Enarrationi praemittuntur duo folia chartacea cum indice et inscriptione, quam in codice modo commemorato notavimus.

1° III kalendas iulii, passio beati Petri, apostolorum principis, edita a beato Lino, papa urbis Romae (fol. 1ʳ-7ᵛ).

Partim ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Iunii, t. V, p. 424-8 (medio num. 11). Ab hoc loco: *Itaque Petrus ad urbem rediit,* uterque textus prorsus diversus est. Dum in *Act. SS.* vix protrahitur una columna, supersunt in cod. quinque columnae, ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 199ʳ col. 1 superiore — 199ᵛ.

Prologus : *Simon qui interpretatur oboediens, Petrum agnoscens, filius Iohannis, frater Andreae, ortus vico Betsaida, provincia Galilaeae, qui propter Simonem magum licet Dei nutu occulte Romam pervenit; ibique praedicans evangelium, viginti quinque annorum eiusdem urbis tenuit pontificatum. Sexto autem et tricesimo anno post passionem Domini sub Nerone Caesare, ut voluit cruci suspensus est. Cuius natalis tertio kalendas iulii celebratur.*

Paulus, qui interpretatur pius, ortus ex tribu Beniamin, apostolus gentium. Hic secundo post ascensionem Domini anno baptizatus est et sub Nerone Romae eodem die, quo et Petrus capite truncatus ibique sepultus est.

2° Passio sancti Pauli apostoli (fol. 7ᵛ-12ʳ).

Auctore Pseudo-Lino, ed. in *Maxima Bibliotheca veterum Patrum* (Lugduni 1677), t. II, parte I, p. 70-3. In cod. praemissus est prologus, ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 199ᵛ-200ʳ.

3° VI nonas iulii, passio sanctorum martyrum Processi et Martiniani (fol. 12ʳ-13ʳ).

Ed. *Bibl. Casin.*, t. III, Florilegii p. 240-2.

4° VI idus iulii, passio sanctorum septem fratrum (fol. 13ʳ-14ʳ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Iulii, t. III, p. 12-3.

5° IIII idus iulii, passio sanctorum martyrum Naboris et Felicis (fol. 14ʳ-16ʳ).

Ed. ibid., ad d. 12 Iulii, t. III, p. 292-4.

6° Passio sanctae Margaritae virginis [Antiochenae] et martyris (fol. 16ʳ-18ᵛ).

Diversa stilo ab ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 103ᵛ-107ʳ.

7° XVII kalendas augusti, passio sanctorum martyrum Quirici et Iulittae (fol. 19ʳ-20ʳ).

Epistula Theodori episcopi, ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Iunii, t. III, p. 23-4.

8° XII kalendas augusti, vita sanctae Praxedis virginis (fol. 20r-20v).

Auctore Pastore, ed. ibid., ad d. 19 Maii, t. IV, p. 300, num. 5-8, pluribus lectt. variantibus.

9° Vita sanctae Mariae Magdalenae (fol. 21r-23v).

Ed. ap. Faillon, *Op. cit.*, t. II, p. 436 (prologus) et p. 437-46.

10° X kalendas augusti, passio sancti Apollinaris episcopi [Ravennatis] et martyris (fol. 24r-28r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Iulii, t. V, p. 344-50.

11° VIII kalendas augusti, passio sancti Iacobi [Maioris] apostoli (fol. 28r-30v).

Ed. ap. I. A. Fabricium, *Codex apocryphus N. T.*, t. I, p. 516-31, variantibus lectt. — In cod. praemittitur prologus: *Iacobus, qui interpretatur supplantator...*

12° Eodem die, passio sancti Christofori martyris (fol. 30v-33r).

Vita de qua in *Act. SS.*, ad d. 25 Iulii, t. VI, p. 146-9, sed stilo simpliciore et diverso admodum.

13° VII kalendas augusti, passio sancti Pantaleonis martyris (fol. 33r-37v).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 191r-194r.

Des. *Completum est autem martyrium sancti Pantaleonis, duodecimo kalendas martii, in Nicomedia civitate, in villa cuiusdam Adam Adamantis, scholastici viri. In nomine... Amen.*

14° V kalendas augusti, passio sanctorum martyrum Nazarii et Celsi (fol. 37v-39v).

Ed. *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 504.

15° IIII kalendas augusti, passio sanctorum martyrum Simplicii, Faustini et Beatricis (fol. 39v-40r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Iulii, t. VII, p. 36, num. 1-3.

16° Passio sanctorum martyrum Abdon et Sennen (fol. 40r-42v).

Sub hoc titulo praemittitur Passio sancti Polycronii et sociorum eius, ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 212r-v. Quae ad SS. Abdon et Sennen spectant, ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Iulii, t. VII, p. 137-8.

17° IIII nonas augusti, passio sancti Stephani pontificis et martyris (fol. 45v-49v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Augusti, t. I, p. 139-44.

18° Tractatus de inventione corporis sancti Stephani protomartyris (fol. 49v-51r).

Epistula Luciani presbyteri ed. *P. L.*, t. XLI, p. 807-15.

19° Translatio corporis sancti Stephani protomartyris (fol. 51r-53r).

Ed. ibid., p. 817-22.

20° VIII idus augusti, passio sancti Xysti pontificis et martyris et sanctorum diaconorum Felicissimi et Agapiti martyrum (fol. 53r-54v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Augusti, t. II, p. 140-41, excepto num. 1, cuius locum occupat prologus de thesauris beati Laurentii et de martyrio SS. Abdon et Sennen Romam adductorum, prout descriptus est *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 14, 58°.

21° VII idus augusti, passio sanctorum martyrum Donati et Hilariani (fol. 55r-60r).

Passio, de qua *Act. SS.*, ad d. 7 Augusti, t. II, p. 189, num. 5, quamque vulgavit Petrus Buonamicus typis Florentinis, an. 1607.

Inc.: *Beatissimorum martyrum Donati et Hilariani narraturus triumphos, o Theophile frater....*

Des: *Ubi* [Arretii] *domum sibi ad sepulturam beatus Donatus designaverat. Ubi multa beneficia...*

22° VI idus augusti, passio sanctorum martyrum Cyriaci, Largi et Smaragdi (fol. 60r-62r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Ianuarii, t. II, p. 7-9. Sed prooemii instar, haec in codice describuntur, ex ipsis S. Marcelli Actis contracta:

Temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum orta est seditio christianorum, iubente Diocletiano et Maximiano omnes christianos affligi et ad fatigationem laborum deduci. Eodem tempore vir sanctissimus erat Marcellus episcopus, qui inter ceteros sanctos viros Cyriacum et Sisinnium diacones sanctae Romanae Ecclesiae ordinavit, eo quod audierat ab ipsis quod Trason vir valde idoneus, nimiis facultatibus ditatus, cotidie per eos sanctis martyribus, qui in custodia tenebantur, pro Dei amore alimenta ministraret. Quadam igitur nocte Cyriacus et Sisinnius diacones, cum duobus aliis, id est Smaragdo et Largo, victualia quae Trason fidelis per eos servis Dei mittebat, sicuti consueverant, umeris deportarent, tenti sunt a militibus paganis et perducti sunt ad tribunum Exspurium. Qui praecepit illos in carcerem mitti; et erant ibi in custodia multis diebus.

Factum est autem dum beatus Cyriacus cum sociis suis pro Christi nomine in custodia teneretur, contigit ut filia Diocletiani imperatoris nomine Artemia a daemonio vexaretur....

23° v idus augusti, passio sancti Romani martyris (fol. 62r-63r).

Ed. ap. Mombritium, t. II. fol. 51r, col. 2 inferiore. In cod. intermiscentur paraenetica.

24° IIII idus augusti, passio sancti Laurentii archidiaconi et martyris (fol. 63r-66r).

Ed. ibid., fol. 50v-52r, excepto prologo qui sic incipit : *In divinis laudibus mens nostra semper aestuare studeat quatenus desidia torporis excussa, vi luminis expetita...* et maximam partem considerationibus paraeneticis conflatus est. Accipe tamen finem :

Hac namque tempestate, qua sanctis martyribus caedes inferebatur, Decius Caesar impiissimus imperii iura regebat. Qui multos sanctos Christi atroci sententia interficiens, a Perside usque Romam more belluarum lanians, per diversas provincias monuit edicta; qui Philippum primum imperatorem christianum eiusque filium dolo interimens, maximam christianis infestationem iniecit. Nam dum Romam esset ingressus, sociato sibi Valeriano perfido praefecturae curam contulit. Primumque beatissimum Xystum episcopum cum suis diaconibus in custodia retrudi iussit, propter thesauros Ecclesiae, arbitrans se eos capturum. Et pro hac iniquitate et iniqua cupiditate, capite puniri praecepit, simul cum diaconibus suis, Felicissimo et Agapito. Eodem tempore beatus Xystus episcopus tradidit beato Laurentio archidiacono suo omnem facultatem Ecclesiae et praecepit ei ut distribueret proutcumque illi visum fuerat. Accepta namque potestate beatus Laurentius thesauros distribuendi, pro hac causa tentus est a militibus et ductus, traditus est Partemio tribuno.

25° Passio sancti Tiburtii martyris (fol. 66r-67r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Augusti, t. II, p. 623-4. Nota in fine variantem lectionem : *Et in eodem loco a quodam parente christiano sepultus est. In quo loco multa beneficia...*

26° Idus augusti, passio sancti Hippolyti martyris (fol. 67r-69r).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 14r-15r.

27° Eodem die, passio santi Cassiani [Imolensis] martyris (fol. 69r-69v).

Ex hymno Prudentii (ed. *Acta SS.*, ad d. 13 Augusti, t. III, p. 22-4) pedestri sermone concinnata et ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 157v-158r.

28° XVIIII kalendas septembris, passio sancti Eusebii martyris (fol. 69v-70r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Augusti, t. III, p. 166-7, num. 5-7.

29° XII kalendas septembris, passio sancti Agapiti martyris [Praenestini] (fol. 80r-81v).

Ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 14v-16r. In margine legitur scriptum saec. XIV : *Ista passio debet legi post beatum Mammam seu altera die.*

30° xvi kalendas septembris, passio sancti Mammae martyris (fol. 81ᵛ-84ʳ).

Ed. ibid., t. II, fol. 69ʳ-70ʳ.

31° xi kalendas septembris, passio sancti Symphoriani martyris [Augustodunensis] (fol. 84ᵛ-86ʳ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Augusti, t. IV, p. 496-7.

32° Eodem die, passio sancti Timothei martyris (fol. 86ʳ-87ᵛ).

Ed. ibid., ad d. 23 Augusti, t. IV, p. 578-9, prout descripta est *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 40-1, 84°.

33° viiii kalendas septembris, passio sancti Bartholomaei apostoli (fol. 87ᵛ-90ᵛ).

Prologus : *Bartholomaeus apostolus nomen ex Syra lingua suscepit et interpretatur filius suspendentis aquas. Licaoniam praedicavit. Ad ultimum in Albano maioris Armeniae urbe vivens a barbaris decoriatus, atque per iussum regis Astriagis decollatus sicque terrae conditus, celebratur natale eius VIIII kal. septembris.*

Acta fabulosa, auctore Pseudo-Abdia, ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Augusti, t. V, p. 34-8. Praemittitur aliquid prologi, in quo dicitur sanctus Bartholomaeus *ad ultimum in Albano maioris Armeniae urbe vivens a barbaris decoriatus, atque per iussum regis Astyagis decollatus, sicque terrae conditus.* Ad Vitae finem subiungitur :

Hic est Bartholomaeus apostolus, qui nomen ex Syra lingua suscipiens interpretatur filius suspendentis aquas. Iste praeterquam in Licaonia, quam in sorte praedicationis acceperat, Christum Dominum praedicavit, apud Indos viam salutis, ut praemissum est, sua praedicatione ostendit, atque evangelium iuxta Matthaeum in eorum linguam convertit. Passus est autem venerabilis apostolus et martyr Christi Bartholomaeus VIIII kalendas septembris.

34° Translatio beati Bartholomaei apostoli de India in Lipparim (fol. 91ʳ-93ʳ).

Auctore Theodoro Studita, ed. ibid., p. 39-41.

35° Translatio eiusdem de Lipparim in Beneventum (fol. 93ᵛ-94ʳ).

Ed. ibid., p. 42-3.

36° viii kalendas septembris, passio sancti Genesii [mimi] martyris (fol. 94ʳ-95ʳ).

Ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 333ʳ⁻ᵛ.

37° vii kalendas septembris, passio sancti Alexandri [Bergomensis] martyris (fol. 95ʳ-97ʳ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Augusti, t. V, p. 803-5.

38° v kalendas septembris, vita beati Augustini episcopi, edita a Possidio (fol. 97r-103r).

Ed. ibid., ad d. 28 Augusti, t. VI, p. 427-40, num. 70. In cod. omm. num. 71-2; sed nonnihil additum est de utraque corporis sancti Augustini translatione (de qua cfr. *Act. SS.*, l. c., p. 365, num. 743). — Haec autem ita se habent:

Hic dum in Hipponiensi sepultus fuisset regione, propter immunditiam et credulitatem gentilium inde ablatus, in Sardinia repositus est. Decurrentibus itaque a die obitus eius ferme ducentis octoginta annis usque ad tempora Luiprandi, regis Languobardorum; qui audiens quod Saraceni, depopulata Sardinia, etiam loca foedarent illa, ubi ossa saepe dicti patris ob vastationem barbarorum olim translata et honorifice fuerant recondita, misit et dato magno pretio accepit et transtulit ea Ticinium. Quae utique ossa in basilica beati Petri apostoli, quae a Ticinensi populo Caelum aureum nuncupatur, cum debito tanti patris honore recondidit. Iure igitur in apostolica est collatus ecclesia; qui pro apostolica dimica (sic) *dimicans fide, vivens verbis et scriptis, hactenus diabolicas haereticorum fraudes patefaciendo disperdidit. Adiuvante I. C., fidei nostrae auctore, qui cum Patre et Spiritu sancto vivens regnat per cuncta saecula saeculorum. Amen.*

39° IIII kalendas septembris, passio sancti Iohannis Baptistae (fol. 103r-103v).

Sub hoc titulo enarrata compendiose sunt quae Iosephus de Iohanne Baptista rettulit, ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Iunii, t. IV, p. 694, num. 13-5. Sed in cod. insertae quoque sunt aliquae Evangelii de Io. B. sententiae.

Incipit: *Quinto decimo anno imperii Tiberii Caesaris, in quo quartus erat Pilati procurationis annus, cum etiam Iudaeae tetrarchae haberentur Herodes et Lysias et Philippus, Dominum I. C. fuisse annorum triginta, quando ad Iohannem baptizandus venit, Lucas evangelista testatur.*

40° De inventione capitis sancti Iohannis Baptistae (fol. 103v-105r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Iunii, t. IV, p. 716, num. 113-6 (prima phrasi); num 118, ad verba: *Suscipiunt igitur eandem speluncam;* dein p. 724, num. 144 usque ad verba: *benedictus in saecula;* p. 725, num. 147 a verbis: *Dixi ad fratres nostros* et num. 148, usque ad verba: *monasterii Bethgaalorum;* demum p. 728, num. 156-7 usque ad verba: *pristinae sanitati.* Sic autem in cod. explicit: *Est autem celebritas depositio* (sic) *capitis eiusdem sancti Iohannis Baptistae, quinto kalendas novembris ad laudem et gloriam. Amen.*

41° Eodem die, passio sanctae Savinae martyris (fol. 105r-105v).

Ed. ibid., ad d. 29 Augusti, t. VI, p. 503-4, num. 12-5.

42° Kalendis septembris, passio sancti Reguli archiepiscopi et [Africani] martyris (fol. 105v-109r).

Ed. ibid., ad d. 1 Septembris, t. I, p. 229-31, sed complenda. Vide appendicem.

43° Passio sanctorum martyrum Felicis et Adaucti (fol. 109r-109v).

Ed. ibid., ad d. 30 Augusti, t. VI, p. 546, num. 5-6.

44° Passio sancti Gorgonii martyris (fol. 114r-116r).

Ed. ibid., ad. d. 9 Septembris, t. III, p. 340-2.

45° Passio sanctorum martyrum Proti et Hyacinthi et sanctae Eugeniae virginis (fol. 116r-123r).

Ed. *P. L.*, t. LXXIII, p. 605-20. Finis ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 216v, col. 2.

46° xviii kalendas octobris, passio sancti Cornelii martyris (fol. 123r-124r).

Ed. apud Mombritium, t. I, fol. 210r-210v.

47° Eodem die, passio sancti Cypriani [Carthaginensis] martyris (fol. 124r-125r).

Acta proconsularia, ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Septembris, t. IV, p. 332-3.

48° Eodem die, tractatus de exaltatione sanctae crucis (fol. 125r-127v).

Ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 213v-214v.

49° xvii kalendas octobris, passio sancti Nichomedis martyris (fol. 127v-128r).

Sub hoc titulo descripta est Passio SS. Nicomedis et Feliculae, ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Maii, t. III, inter Acta SS. Nerei et Achillei, p. 11, col. 1, linea 1. Sed in cod. praemissus est prologus et nonnihil iam de sancto Nicomede.

Vide Appendicem.

50° xvi kalendas octobris, passio sanctae Euphemiae virginis (fol. 128r-131v).

Translatio Vitae graecae ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Septembris, t. V, p. 266-73.

51° xvi kalendas octobris, passio sanctorum martyrum Luciae et Geminiani (fol. 131v-136r).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 59v-62r.

52° xi kalendas octobris, passio sancti Matthaei, apostoli et evangelistae (fol. 136r-141r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Septembris, t. VI, p. 220-5. Sed in cod. prologus est brevior et deest num. 2, dum Vitae S. Matthaei enarratae subicitur epilogus qui ap. Mombritium, t. II, eidem Vitae adnexus est: *Zaroes autem et Arfaxar illi duo magi ab ea hora.*

53° x kalendas octobris, passio sanctorum martyrum Mauricii et sociorum eius (fol. 141r-143v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Septembris, t. VI, p. 345-9, sed nonnullis locis inversis et subversis.

54° VIIII kalendas octobris, passio sanctae Teclae virginis (fol. 145v-149r).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 307r-310r, variantibus haud paucis nec levibus lectt.

55° VI kalendas octobris, passio sanctae Iustinae virginis (fol. 149r-153r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Septembris, t. VII, p. 217-9, deinde p. 242-5; sed haec pars posterior conscripta est in cod. stilo diffusiore.

56° V kalendas octobris, passio sanctorum martyrum Cosmae et Damiani, Antimi, Leontii et Euprepii (fol. 153r-155r).

Ed. ibid., ad d. 27 Septembris, t. VII, p. 471-2. In cod. praemittitur prooemium, quod reppereris ibid., p. 473, num. 1.

57° Item de mirabilibus sanctorum Cosmae et Damiani martyrum (fol. 155r-156r).

Ed. ibid., p. 477, num. 14-6, sed inverso ordine.

58° III kalendas octobris, tractatus de dedicatione basilicae sancti Michaelis archangeli (fol. 156r-157r).

Ed. ibid., ad d. 29 Septembris, t. VIII, p. 61-2. In cod. initium aliter expositum est. Inc. : *Anno Dominicae incarnationis quingentesimo sexto, indictione decima quarta, regnante piissimo imperatore Zenone, in sede vero apostolica urbis Romae, praesidente Gelasio praesule, in civitate autem Sipontina...*

59° II kalendas octobris, vita sancti Hieronymi presbyteri (fol. 157v-161v).

Ed. *P. L.*, t. XXII, p. 201-14. Textus codicis simillimus est ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 15r-18r.

60° kalendas octobris, vita sancti Remigii episcopi et confessoris (fol. 161v-168v).

Auctore Hincmaro, ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Octobris, t. I, p. 135, num. 1-17, num. 106-7, num. 109-21, num. 131-8. Quae Vita sic in cod. contracta est ut ex neglecto textu assumpta sint una et altera sententia, quibus narratio sine salebris flueret; immo evolutae quoque sunt quaedam textus primigenii particulae. Omissa sunt autem prologus et vetus capitum partitio.

61° VI idus octobris, passio sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii (fol. 168v-170r).

Ed. ibid., ad d. 9 Octobris, t. IV, p. 792-4.

62° Item alias passiones eorundem sanctorum (fol. 170v-173r).

Inc. : *Sanctam atque gloriosam et omni veneratione colendam beatissimi patris*

nostri atque pastoris sanctissimi Dionysii nobis, dilectissimi fratres, hodie festivitatem divina pietas renovare dignata est.....

Des. : *Et qui diu nostris iniquitatibus maceramur, beatorum patrum nostrorum martyrum precibus foveamur. Ista... Amen.*

Est ipse sermo, de quo *Act. SS.*, ad d. 9 Octobris, t. IV, p. 703, num. 33; et qui parum ad rem hagiographicam confert, praeter epistulam Eugyppi Aristarchi, ibid. ed., num. 33-40.

63° Eodem die, passio sancti Domnini martyris cum sociis suis (fol. 173ʳ-174ᵛ).

Ed. ibid., ad d. 9 Octobris, t. IV, p. 991-2.

64° II idus octobris, passio sancti Calixti papae (fol. 174ᵛ-176ᵛ).

Ed. ibid., ad d. 14 Octobris, t. VI, p. 439-41.

65° XV kalendas novembris, sermo Decorosi presbyteri, in laude sancti Lucae evangelistae (fol. 176ᵛ-179ʳ).

Ed. ap. Maii *Script. vet. nova coll.*, t. IX, p. 182-8.

66° XII kalendas novembris, vita vel obitus sancti Hilarionis monachi (fol. 179ʳ-188ᵛ).

Auctore Hieronymo, ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Octobris, t. IX, p. 43-58.

67° V kalendas novembris, passio sanctorum apostolorum Simonis et Iudae (fol. 188ᵛ-193ᵛ).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 293ᵛ-297ʳ.

68° Passio sancti Quintini [Veromanduensis] martyris (fol. 193ᵛ-196ᵛ).

Prima Passio et inventio ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Octobris, t. XIII, p. 781-6, cum prologo annot. b, p. 783.

69° Eadem die, passio sancti Caesarii diaconi et martyris (fol. 201ʳ-203ʳ).

Ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 195ᵛ-197ʳ, nonnullis variantibus lectt.

70° Passio sanctorum martyrum Vitalis et Agricolae (fol. 203ʳ-204ʳ).

Auctore Ambrosio, ed. *P. L.*, t. XVII, p. 747-9, multis variantibus lectt.

71° Vita sancti Leonardi [Lemovicensis] confessoris (fol. 204ʳ-207ᵛ).

Ed. ap. Arbellot, *Vie de saint Léonard, ses miracles et son culte* (Paris, 1863, 8°), p. 279-89.

72° Miracula sancti Leonardi confessoris post obitum eius et de translatione eiusdem (fol. 207v-210r).

Numero decem, ed. ap. Surium (aliquantum mutato stilo), t. VI, ad d. 6 Novembris, p. 124, cap. VIII — p. 126 (Coloniae Agrippinae, 1581), et praeterea I, IV, V, IX et X ap. Arbellot, *op. cit.*, p. 289-94, §§ 1, 2. 3, 4 et 6.

73° Passio sanctorum Quattuor coronatorum (fol. 210r-214r).

Ed. a cl. W. Wattenbach ap. M. Büdinger, *Untersuchungen zur römischen Kaisergeschichte*, t. III, p. 324-38.

74° V idus novembris, passio sancti Theodori martyris (fol. 214r-216v).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 322r-323v.

75° III idus novembris, natalis sancti Martini episcopi. Epistula Severi ad Desiderium episcopum, de libello sancti Martini episcopi (fol. 216v). Vita sancti Martini episcopi et confessoris (fol. 216v-225r).

Ed. a C. Halm, *Corpus Script. ecclesiastic. latin.* (Vindobonae, 1866), t. I, p. 109-37.

76° De obitu sancti Martini episcopi et confessoris (fol. 225r-227r).

Desumptum partim ex epistula Sulp. Severi ad Bassulam (*Martinus igitur obitum suum*) ed. ibid.. p. 147-51, partim ex Gregorio Turonensi, *De virtutibus S. Martini*, lib. I, cap. 4-5, et *Hist. Franc.*, lib. I, cap. 48 ad finem (*Quod si quis requiret...*) Subsequitur compendiolum rerum de S. Martino tritarum.

Inc.: *Item aliqua de virtutibus sancti ac beatissimi Martini episcopi et confessoris, quae post obitum eius factae sunt, quantum invenire possumus, memoriae replicare hoc erit scribendi studium, quod in illo Severi ac Paulini opere non invenitur insertum....*

Fertur S. Martinus episcopum gessisse *per quinquennium quinque bis insuper geminis mensibus cum decem diebus.*

77° Idus novembris, vita sancti Bricii episcopi et confessoris (fol. 227v-228r).

E Gregorii Turonensis *Hist. Franc.*, lib. II, cap. 1.

78° XIIII kalendas decembris, vita sancti Frigiani episcopi [Lucensis] et confessoris (fol. 228r-231r).

Accedit sub forma encomiastica ad Vitam ed. ap. Colgan, *Acta Sanctorum Scotiae* (Lovanii, 1645), p. 634-7.

In cod. ad verbum retinentur num. VII et VIII, ampliatur num. IX, exscriptum est ex Gregorio M. Dialogorum lib. III, cap. 9 ed. *P. L.*, t. LXXVII, p. 233-6. Intermiscentur haec omnia communi episcopalium virtutum laude.

Incipit prologus: *Summae Trinitati Patri Filioque ac Spiritui sancto omnis creatura laudes debitas reddat, qui nos per coaeternam sapientiam condidit...*

Incipit Vita, sicut apud Colgan. Desinit autem ita:

Quievit autem [S. Frigianus] *quinto decimo kalendas aprilis, et sic inviolabiliter permansit corpus eius in loco, quo sepultus fuerat, usque ad tempora Caroli et Pipini, serenissimorum regum. Factum est autem temporibus eorundem regum, ut venerabilis Ioannes, antistes Lucanae ecclesiae* (1), *dum eminus prospiceret corpus beati Frigiani in pavimento humatum quiescere, non minima sollicitudine toedii affectus, collatione clericorum facta, adhibitis artificibus fecit claustra, in qua * beatum corpus poneretur, et desuper lapidibus contextis, cum cancellis et gradibus mirificum opus composuit, et collocavit eum in loco ubi nunc Deo annuente conditum est. Hic idem Ioannes episcopus super sanctum corpus altare constituit in honorem eiusdem, in quo loco exuberantur multa beneficia per merita beati Frigiani episcopi et confessoris. Nam ibidem daemoniaci curantur et varietates multarum infirmitatum sanantur, annuente Domino sancto confessori suo. Statuit namque ipse praesul Ioannes agi sollemnitatem et celebrationem huius diei omnibus commorantibus in Lucana civitate pro veneratione beati Frigiani episcopi et confessoris, ex die illa et in posterum, quod est quarta decima calendas decembris. Deprecemur Redemptorem mundi et toto corde collaudemus, qui nobis tam idoneum pastorem et rectorem contulit, per quem tota civitas Lucana decoratur. Veneremur ergo beati viri corpus propter eum, qui dilexit illum, cuius precibus et meritis confidimus adiuvari, praestante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.*

* sic.

79° X kalendas decembris, passio sanctae Caeciliae virginis (fol. 231r-238v).

Ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 188r-193r.

80° VIIII kalendas decembris, passio sancti Clementis episcopi et martyris (fol. 238v-241r).

Ed. ibid., fol. 193r-195r.

81° Item de mirabilibus sancti Clementis episcopi et martyris (fol. 241r-242r).

Ed. ibid., fol. 195v (primum miraculum).

82° VIII [kalendas] decembris, vita sancti Columbani abbatis (fol. 242r-242v).

Fragmentum Vitae, auctore Iona, ed. ap. Mabillon, *Acta SS. O. S. B.*, saec. II, p. 7-8, num. 5-6. In cod. om. insuper prologus.

83° De ingressu eius in Italiam ad Agilulfum regem. (fol. 242v-243r).

Ed. ibid., p. 28-9, num. 58-61.

(1) Beatus Ioannes Lucensem ecclesiam rexit ab an. 780 ad an. 803.

84° Eodem die, passio sancti Chrysogoni martyris (fol. 243r-245r).

Ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 200r-201v. In cod. om. prologus et in fine additum est: *Ceteras sanctorum actiones prolixitatis nimietate praetereo; et carptim per armicas Anastasiae finem attingo. Amen.*

85° vii kalendas decembris, vita sancti Prosperi Regensis episcopi (fol. 245r-248r).

Ed. ibid., t. II, fol. 220v-221v. Sed in cod. praemittitur insuper prologus columnae fere integrae insulsus.

Inc.: *Cunctis liquet fidelibus, dilectissimi fratres, quod divina munera...*

Des.: *Nostri cordis praecordia irradiare dignetur.*

86° [Sermo in festivitatem eiusdem] (fol. 248r-250r).

Oratio paraenetica, prolixa et sterilis admodum, in qua enarratur apparitio S. Prosperi episcopo Regiensi, Thomae nomine, quem hortatur ad ampliandum sacellum ubi eius corpus requiescit. Cuius visionis compendium ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Iunii, t. V, p. 56, num. 10.

Inc.: *Sacer nobis, dilectissimi, venerandae festivitatis dies occurrit, quo sanctus Prosper ex sui corporis ergastulo migravit in caelum.*

Des.: *Et a malis omnibus liberati ad aeternae vitae gaudia cum ipso regnaturi feliciter pervenire mereamur... Amen.*

87° iiii kalendas decembris, passio sancti Iacobi intercisi (fol. 250r-253v).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 20v-22r.

88° iii kalendas decembris, passio sanctorum martyrum Chrysanthi et Dariae (fol. 253v-259v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Octobris, t. XI, p. 469-84.

89° [De inventione sanctorum Diodori, Mariani et aliorum innumerabilium martyrum] (fol. 259v-260v).

Auctore Anastasio bibliothecario, ed. ap. Surium, haud mutato stylo, t. I, ad d. 17 Ianuarii, p. 424-6. Omm. numm. 5,6.

Appendix ad cod. B. 55 Inf.

De sancto Regulo (Cfr. supra, p. 258, 42°).

Kalendis septembris. Incipit prologus super passionem sancti Reguli archiepiscopi et martyris.

Compulit me beatorum martyrum copiosa dilectio, ut ex litterarum apicibus Reguli * martyris mundi huius spinosa gaudia contemnentis radiis meritorum facta splendentia meo stilo prosequerer et vestris obtutibus, mendacii depulsa caligine,

* *bis in cod.*

mittere festinarem. Quod tu prae omnibus facere potuisses, nisi responsis ecclesiasticis occupatus fuisses. Meus namque animus omni credit ambiguitate calcata indignum valde esse ut stridorem noctuae desideret philomela aut cantus anseris lacteus olor exspectet, tamen quod parvitas vetat ingenii, oboedientiae gremium suscipere non expavescat. Multi vero sapientiae luce perfusi sanctorum odoriferos actus luculento sermone scripserunt. Quorum Athanasius Antonii Vitam et Hieronymus Pauli. qua Domino placuerunt, suavi famine texuerunt. Nos igitur tales tubas tenui sequamur stipula, quorum non sumus digni tangere fimbrias vestimenti, veritatem linguae nullatenus respuentes. Quamvis scabrosis pergamus affatibus, tamen cum christianorum aures, quae per suos martyres Christus dignatus est operari, coeperint pulsare miracula, eorum mens, relictis cursibus vanitatis, igne procul dubio succendetur pietatis. Petimus, ubique meritis venerande liberaliumque artium floribus decorate, ut si quid ignorantiae dixero nubibus involutum, quod vestro dignum sit aboleri mucrone; virga prudentiae tuae tere paleas culpae nostrae, qui non praesumptione, sed oboedientia hoc iter carpere conati sumus.

Beatissimus ergo Regulus... *(Act. SS., l. c.,* num. 22). *Post octo lineas, ita pergitur in cod.:*

Docebat namque quomodo Deus Filius ante omnia tempora Deus coaequalis et consubstantialis Patri et Spiritui sancto, in fine temporis homo dignatus est fieri. secundum eandem humanitatem a Patre minor effectus. Et ille per quem omnia facta sunt et qui erat super omnia Deus propter nostram salutem paulo minus est minutus ab angelis, iuxta praefatam humanitatem. Suis quoque sanctis sermonibus, eundem admonebat populum ut, si vellet salvus esse, crederet et solida mente teneret semper fuisse Deum Patrem semperque Filium semperque Spiritum sanctum; Patrem scilicet ingenitum, nec creatum nec factum; Filium vero unigenitum, tamen nec creaturam nec facturam; Spiritum autem sanctum similiter nec creatum, nec factum, sed a Patre Filioque procedentem. Et quamvis tres essent in personis, unum tamen in substantia Deum, sancto suo eloquio afferebat esse tenendum. Eundem autem Filium Dei, verum Deum et hominem, universum saeculum per ignem iudicaturum, et bonis aeterna praemia et malis sempiterna supplicia daturum non tenuiter affirmabat fore credendum.

His denique atque aliis sanctis verbis beato Regulo suam ammonente et gubernante plebem, illi, qui Arriano fuerant dogmate polluti, huic sanae doctrinae vehementer contraire coeperunt. Aiebant enim quod Filius Dei non semper fuerit, sed initium in divinitate habuerit, cum profecto constet illum esse absque initio, per quem cuncta facta sunt, et sine quo factum est nihil. Addebant quoque suo errori quod idem Dei Filius secundum divinitatem minor esset Patre, et Spiritus sanctus minor esset Filio, quasi quidam scalarum gradus essent in sancta Trinitate, cum recte sapientibus manifestum sit Patrem et Filium et Spiritum sanctum in substantia coaequales esse. Hoc itaque veneno per totam paene Africam diffuso, quidam errore decepti coeperunt a sana deviare doctrina et hos falsidicos sequi, iuxta quod Apostolus ait: " Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. "

Eodem num. 22 post iaculabantur: Impletum namque est in illis, quod in evangelio Dominus dixit: " Qui non est ex Deo, verba Dei non audit. "

Num. 23: seque etiam.... proficere. Dictum egregii apostoli ad memoriam studuit reducere: " Haereticum post primam et secundam correptionem devita. " Convocatis ergo aliquantis.....

Inferius: in aliam.... pergamus. Melius est enim salvari cum paucis, quam perire cum multis. Nam legimus Dominum nostrum suis praecepisse discipulis: " Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam. " Et ipse etiam Dominus exemplum persecutores interdum fugiendi praebuit; quia, cum Iudaei in templo illum vellent lapidare, abscondit se et exivit de templo. Et alibi: " Duxerunt eum usque ad supercilium montis ut praecipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat. " Beatus quoque Paulus sese fugisse testatur, cum dicit: " Quidam praepositus gentis voluit custodiendo civitatem Damascenorum me comprehendere. Et per fenestram in sporta dimissus sum per murum et sic effugi manus eius. " Talibus denique....

Inferius: quam.... vivere. Haec autem Domino disponente agebantur, quatenus sanctum suum de inter malos eriperet, iuxta quod quidam sapiens ait: " Iustus de inter peccatores translatus est, ne forte aut malitia mutaret intellectum eius, vel fictio deciperet animam illius. Placita enim Deo erant opera eius. " Tunc sanctus Regulus.....

Inferius: Domine.... omnipotentis, qui ut nos redimeres, humanam dignatus es sumere carnem et tuis discipulis promisisti dicens: " Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi, " tu nobiscum semper.....

Extremo num. 26: Tecum.... gurgites. Tecum marinas sustinuimus tempestates, sperantes ut ubicumque fuisses, quod tecum nos comites aggregasses. Tu, nobis absentibus, es martyrio coronatus. Nos, te patre sublato, istius saeculi fatigamur angustiis. Quis nos cibo spirituali reficiet? Quis nobis salutis monita ministrabit? Precamur ut regem nostrum Dei Filium pro nobis voce solita depreceris, ne nos diu post te in hac exilii peregrinatione reservet. Surge, surge.....

Num. 28, lin. 7: Saltem.... non enarremus. Quia cum Dei facta, ubi congruit, recoluntur; profecto et mentes fidelium illa audientium roborantur et laudes exinde factori dantur. " Opera quippe Dei revelare, " ut Raphael angelus dicit, " honorificum est. " Quocirca prout in gestis audivimus, qualiter, faciente Domino. crudelis rex Totila regnum cum vita perdiderit, enarrare non pigritemur. Aliqua tamen eius facta interim describamus et sic ordinatim ad id quod diximus veniamus. Tempore quo Iustinianus imperator.....

Num. 29, lin. 8: probare.... verum esset. Nam quendam senem Spatarium suis indutum vestibus suisque constipatum militibus, pro se quasi in sua persona ad eundem transmisit. Sed cum idem Spatarius ante oculos viri Dei venisset, subito agnitus quod is quem simulabat non esset confusus et valde territus, in terram cum omnibus his qui secum venerant consternatus est. Qui surgentes non sunt ausi ad Dei hominem loqui. Sed reversi ad suum regem, nuntiaverunt quanta cum celeritate deprehensi fuissent. Tunc ipse perfidus Totila Benedictum Dei famulum

adiens, vehementer timens sese in terram prostravit. Ad quem vir Dei venire dignatus e terra levavit et de suis actibus, veluti dignus erat, increpavit atque ventura ei, Spiritu sancto edocente, magna ex parte praedixit: " Multa mala facis; multa mala fecisti; iam ab iniquitate cessa. Mare autem es transiturus, Romam autem ingressurus;. novem annis regnabis, decimo morieris. „ Quibus auditis rex valde expavit, atque orationem petens recessit; et increpationem viri Dei in corde retinens, paululum a crudelitate cessavit. Nec mora; inde proficiscens per fines Lucaniae, ad Siculum pervenit fretum. Quod transvadens ad Siciliam devenit, eamque cum suo exercitu invasit.

In qua invasione, quamvis non tam crudelis ut prius, multa tamen mala peregit. Atque, ut quidam sapiens dixit, " thesaurizavit sibi iram in die irae, secundum suum cor impaenitens. „ Et illud psalmistae : " Apposuit iniquitatem super iniquitatem, et non intravit in iustitiam Domini. „

Regrediens autem ab eadem Sicilia praememoratus rex Totila,quia transire non poterat, quin quod beatus Benedictus illi praedixerat fieret, Romam petiit. In quam cum, resistentibus sibi civibus, nullatenus posset ingredi, cum obsidionibus circumvallavit. Quae cum diu fuisset obsessa, in tantum famis inopia est afflicta ut prae inediae magnitudine habitatores eius suos filios vellent comedere. Qua de re factum est ut nimium fessis Romanis et iam sua moenia defendere non valentibus, rex Totila in eandem a porta Ostiensi ingressus esset urbem. Qui volens Romanis parcere, per totam noctem buccinam insonare praecepit quatenus eodem territi sono, a Gothorum gladiis aut sese in ecclesiis tuerentur, vel etiam quibuscumque modis absconderent. Aliquantum autem temporis cum eisdem Romanis ac si pater cum filiis habitavit. Hanc siquidem benignitatem increpatio et ammonitio beati Benedicti, quemadmodum aestimari potest, illi contulit. Ex Urbe interea aliquanti de senatorum numero fugientes, ad Constantinopolitanam sunt profecti urbem; et quibus calamitatibus Roma subiceretur imperatori Iustiniano, cuius supra memoriam fecimus, nuntiarunt. Qui statim Narsim eunuchum et cubicularium suum evocatum cum copioso ac forti exercitu illo direxit, praecipiens ut omni cum festinatione afflictae subveniret urbi. Is enim pollebat consilio et in bellis ordinandis satis providus exstiterat; et in eleemosinis ac vigiliis, seu quoque aliis bonis Deo servire studuerat. Praecepto igitur imperatoris oboediens, ad Italiam venit atque prius quam bellum inciperet, ad Alboin regem Langobardorum nuntium misit, eumque sibi cum suis Languobardis in foedere sociavit. Postea vero bellum contra Totilam iniens, eosdem iniunctos sibi Languobardos evocavit. Qui per mare Adriaticum venientes cum Romanis ad auxilium sunt adunati. Illo namque tempore Langobardi Pannoniam habitabant. Incepto itaque bello, Narsis contra Gothos fortiter dimicavit. Quibus ferme deletis ipsum etiam regem Totilam qui iam ultra decem annos regnaverat, gladio interfecit. Sicque factum est.. ..

Inferius : ipse... interficeretur. Tunc quippe impletum est, quod psalmista de talibus ait: " Gladium evaginaverunt peccatores, ut trucident rectos corde. Gladius vero intret in cor ipsorum. „ Et paulo post: " Iniusti autem punientur et semen impiorum peribit. Salus autem iustorum a Domino est. „ Non enim praeterire poterat.....

Sic autem explicit in cod: Et Dominus vindictam se exercere manifestat, cum dicit: " Mihi vindictam, ego retribuam. "

His ita praemissis si quis providus inspector ad superiora recurrens inspiciat, inveniet horum inter acta magnam distantiam. Regulus namque schisma arguit populorum; Totila vero in schisma duxit quos potuit. Regulus Arrianam fugit haeresim; Totila in haeresi manere non distulit. Regulus undas maris sua oratione mitigavit; Totila mundum, qui velut mare est, conturbavit. Elegit Regulus habitare cum parvo victu in spelunca; gavisus est Totila in mundi deliciis, vagans per incerta. Domuit Regulus iras ferarum; feralia reddidit Totila corda hominum. Eiecit Regulus sua virtute daemones; traxit eosdem Totila ad se suosque quos potuit conamine. Regulus est occisus Christum sequendo; Totila interfectus est diabolum imitando. Regulus non habendo, caeleste adquisivit regnum; Totila e regno summersus est ad infernum. Ille ductus est sursum ab angelis; tractus est iste deorsum * a diabolis. Ille gaudet cum Christi ministris; ille gemit cum diabolis tristis. Circumdatur Totila flammis et vinculis; stipatur Regulus angelorum obsequiis. Tristatur Totila cum inferni Orco; exsultat Regulus cum Domino nostro.

* *cod.* iosum.

Prologus in passionem S. Nicomedis martyris (Cfr. p. 259, 49°).

XVII kalendas octobris, incipit passio sancti Nichomedis martyris.

Benignitas Salvatoris nostri Iesu Christi, martyrum constantia comprobata, eo usque processit ut ex fide et operatione sanctos certificaret et inimicos eorum igni perpetuo manciparet. Multam bonorum remunerationem caelestium Dominus servis suis beneficia praestiturus promisit. Unde in Evangelio ait: *Gaudete et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis.* Hanc beatitudinem exspectantes iusti ad praemium, impii magis saeviunt contra eos ut Ecclesia Dei per martyrium salutem capiat sempiternam. Putant eos perdere et coercere ab hereditate salutis, qui esse in petrae stabilimento inveniuntur, atque a fluminibus et a ventis, id est a persecutionibus et tempestatibus et maledictionibus huius saeculi non ruent, quia in sempiterno fundamento fundati consistunt. Mentes quidem fidelium fixae immotaeque Christi iuvamine manent et ideo non timent tormenta passionis. De qua re beatissimus Nichomedes presbyter in Domino fisus non timuit beneficia praestare sanctis. Nam cum Flaccus, comes impiissimus, in equuleo levari beatam Feliculam suis apparitoribus iussisset et deposita in cloaca mortua praecipitaretur, et beatus Nichomedes eam in domum suam perduxisset, multas iniquorum sustinuit passiones *. Mox ut compertum est, studuerunt eum comprehendere atque ad sacrificandum compellere. Ipse vero in fide Domini nostri confortatus magis respuere coepit idola vana et surda. Merito inter sanctos deputatus est quatenus ad perpetuam coronam provocaretur quam a constitutione mundi sanctis suis Dominus destinavit. Intra quorum consortium beatus Nichomedes presbyter, Dominum sequendo, illustratus passione, meritis et beneficio praestantior, ad laudem sanctae Trinitatis

* *in marg. cod.* insidias.

decoratur. Fecit per eum Dominus mirabilia; caecis visum, surdis auditum reddidit. Eratque in fide stabilis, in mente constantior, in sermone verax, in iudicio iustus, in precibus pius, in commisso fidelis, in eleemosinis assiduus, in hospitalitate praecipuus. Nam cum idem Flaccus comes impiissimus desiderio libidinum beatam Feliculam provocaret, dixit ei: *Unum tibi e duobus elige....*

XI. Codex signatus B. 168 Sup.

Membraneus, foliorum 3, formae min. (0m,263 × 0,198), lineis plenis conscriptus est. Quae folia a v. cl. A. Ceruti, catalogi bibliothecae Ambrosianae custode, reperta sunt inter *Diplomata aliaque similia documenta membranacea*, in quorum catalogo occupatus erat. (Cfr. *Monumenta sacra et profana*, opera collegii doctorum bibliothecae Ambrosianae, t. I, fasc. II, praefatio, pag. VI-VII. Mediolani, 1865). Triplici cimelio codex efformatus est: primum unciali scriptura exaratum est saec. VIII; alterum caractere saeculi IX, derivato ex cursivo romano; tertium, littera minuscula italiana saeculi XI. Quae diversae scripturae sine minimo pergamenae intervallo sibi succedunt.

1° Passio beati levitae et martyris Vincenti (fol. 1r-2r).

Ed. a cl. A. Ceriani, *Monumenta sacra et profana*, t. I, fasc. II, p. 125-6; iterum excusa in *Anal. Bolland.*, t. I, p. 260-2.

2° Lectio actuum Apostolorum in natale sancti Stephani (fol. 2v-3r).

Ed. ibid., p. 127-8. Cfr. ibid. praefat., p. VII, col. 1.

3° [Fragmentum passionis sanctorum martyrum Luceiae virginis et Aucceiae regis] (fol. 3v).

Ed. *Acta SS.*, ad d. 25 Iunii, t. V, p. 13, num. 1, usque ad verba *et digne coepit honorare eam.*

XII. Codex signatus B. S. III, 6.

Chartaceus, foliorum 62, formae min. (0m,253 × 0,188), scriptura densa, lineis plenis exaratus saec. XVII.

Vita et martyrium Illmi et Rmi in Christo patris D. Ioannis Fisheri doctoris theologi, Roffensis episcopi et S. R. E. cardinalis Angli (fol. 3r-61v).

Anglicae Vitae saeculi XVI interpretatio latina, partim iam edita ope huius codicis *Anal. Bolland.*, t. X (1891), p. 202-365, partim mox edenda.

XIII. Codex signatus C. 57 Sup.

Membraneus, foliorum 102, formae min. (0m,233 × 0,154) lineis plenis, caractere tenui exaratus anno 1322. Sic enim eadem manu, fol. 46v inferiore, notatum est: *Explicit liber tertius sanctorum Patrum, qui appellatur Paradisus, anno Domini MCCCXXII, completus die duodecima martii, in crastino sancti Gregorii.* Rubricati sunt tituli et litterae maiores bene multae, quae rudi insuper ornatu saepe expressae sunt.

Ex folio 1r, antiquitus signato C. 22, patet codicis partem fuisse sublatam; sed parte superstite opus constituitur integrum, nempe

Vitae Patrum.

Ed. ab H. Rosweyde. Recusae *P. L.*, tt. LXXIII et LXXIV.

XIV. Codex signatus C. 67 Inf.

Membraneus, foliorum 189, formae min. (0m,282 × 0,198), amplis marginibus, lineis plenis et spissis, scriptura densa sed clara, una manu exaratus saec. XV. Tituli rubricati sunt; similiter litterae maiores bene multae, adhibitis etiam caeruleo flavoque coloribus; venusto ornatu decoratae sunt capitales, tractatuum principio. Unde provenerit codex indicatur, sicut supra, p. 249, pro cod. sign. B. 53 Inf. Folio 1v, inferiore margine, descriptum affabre est stemma inauratum archiepiscopi Francisci de Pizzolpasso.

Praeter aliquot SS. Patrum opuscula, praesto sunt in hoc volumine:

1° Vita sancti Martini episcopi et confessoris (fol. 1v-12r).

Auctore Sulpicio Severo, ed. a C. Halm, *Corpus Script. eccl. latin.*, t. I, p. 109-37 (Vindobonae, 1866). In cod. praemissus est capitulorum index.

2° Epistula Severi ad Eusebium presbyterum postea episcopum (fol. 12r-13r); — ad Aurelium diaconum (fol. 13r-14v); — ad socrum suam Basulam (fol. 14v-16r).

Ed. ibid., p. 138-51.

3° Dialogi Severi Sulpicii (fol. 16r-40r).

Ed. ibid., p. 152-216. In cod. dialogus secundus vocatur tertius, et vice versa secundus; singulis dialogis praefixa est capitulorum partitio, et in marginibus eadem manu adiectae sunt notae criticae.

4° De obitu eiusdem (fol. 40v-41v).

Ex Gregorii Turon. *Hist. Franc.*, lib. I, cap. 48 versus finem *(sunt reversi)* et *De virtutibus S. Martini*, lib. I, cap. 4-5.

4° De translatione (fol. 41^v-42^r).

Ex Gregorio Turon. *De virtutibus sancti Martini*, lib. II, cap. 6.

5° Vita sancti Bricii episcopi et confessoris (fol. 42^r-43^v).

Ex Gregorio Turon. *Hist. Franc.*, lib. II, cap. 1. In cod. om. prologus.

6° Liber sancti Gregorii episcopi de miraculis sancti Martini (fol. 44^r-56^v).

Ex Gregorio Turon. *De virtutibus sancti Martini*, prooemium, lib. I, cap. 1-3, 7-9, 13-17, 33, 36; lib. II, cap. 3, 17, 18, 25, 26, 40, 43, 45, 46, 49, 52, 57; lib. III, cap. 2, 8, 16, 23, 24, 38, 41, 42, 53; lib. IV, cap. 7, 11, 26, 30, 31, 40, 42. In cod. praefixus est index descriptorum miraculorum.

7° Vita sancti Malachiae archiepiscopi Hiberniensis [Amarc.] (fol. 61^v-83^r).

Auctore S. Bernardo abb. Clarav., ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Novembris, t. II, p. 143-66.

8° Sermo sancti Bernardi abbatis Claravallensis de sancto Malachia Hiberniensium archiepiscopo (fol. 83^v-85^r).

Sermo II de sancto *(Liquet, dilectissimi)* ed. *P. L.*, t. CLXXXIII, p. 486-90.

9° Item de eodem sermo secundus (fol. 85^r-87^v).

S. Bernardi sermo I de sancto *(De caelo vobis hodie)*, ed. ibid., p. 481-6.

10° Epistula beati Bernardi abbatis monasterii Claravallensis ad Hibernienses (fol. 87^v-88^r).

Ed. *P. L.*, t. CLXXXII, Ep. 374 de sancto Malachia, p. 578-80.

Subsequuntur in cod. *Epitaphium beati Eugenii papae* (fol. 88^r), ed. *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. II, p. 232 et *Epitaphium abbatis Claravallensis Bernardi* (fol. 88^r), ed. ibid., t. I, p. 286 (quinque priores versus).

11° Enarratio Leontis episcopi Neapoleos, Cyprorum insulae, de vita sancti Patris Iohannis Arelli, episcopi Alexandrini, quem sanctum Eleymonem appellant. Translatio (fol. 103^v-126^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Ianuarii, t. II, p. 498-517, multiplici lectionum varietate.

XV. Codex signatus C. 125 Inf.

Membraneus, foliorum 236, formae med. (0^m,327 × 0,22), plenis lineis exaratus saec. XIII. Scriptura nitida est, sed inaequalis per partes magnitudinis, ita crassa nonnullis locis ut eius vestigia in versum folium deprimantur. Largae quaquaversus margines ; spatium ubique relictum est vacuum ad inscribendos Vitarum titulos ; qui infra uncis includuntur, additi plerique fuerunt eadem saec. XV manu. Pauca

occurrunt indicia liturgica. Capitulorum initio praefixae sunt litterae maiusculae ; Vitarum autem maximae, inconcinna arte flavo potissimum caeruleove pigmento illitae, ita constanter grandes ut infimo foliorum loco pars inferior in regionem declinetur transversam.

Scatet codex librarii mendis. Anteriori folio insiticio legitur : *Ex dono D. Petri Glussiani et patricii Mediolanensis*, qui fuit cum sancto Carolo Borromaeo necessitudine coniunctus eiusque Vitam diserte scripsit.

1° Vita et passio sancti Iacobi [minoris] Iusti apostoli (fol. 2ʳ-6ʳ).

Auctore Pseudo-Abdia, ed. ap. Fabricium, *Codex apocryphus N. T.*, t. I, lib. VI, cap. 2-6, p. 594-608.

Inc. : *Tempore imperatoris, quo una annorum post passionem dominicam septimana completa est, Ecclesia Dei Hierusalem constituta.*

2° Passio sancti Philippi apostoli (fol. 6ʳ-8ʳ).

Auctore Pseudo-Abdia, ed. ibid., t. I, lib. x, cap. 2-4, p. 738-42.

3° [Passio sanctorum martyrum Marcellini et Petri] (fol. 8ʳ-13ʳ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Iunii, t. I, p. 171-3.

4° [Passio sanctorum Iohannis, Pauli, Gallicani et Hilarini martyrum] (fol. 13ʳ-17ʳ).

Ed. ibid., partim ad d. 25 Iunii, t. V, p. 37-9 ; partim ad d. 26 Iunii, t. V, p. 159-60.

5° [Passio sanctorum apostolorum Petri et Pauli] (fol. 28ʳ-50ʳ).

Auctore Pseudo-Marcello, ed. ap. I. A. Fabricium, *Cod. Apocr. N. T.*, t. II, p. 632-53.

6° [Passio sancti Pauli] (fol. 50ʳ-57ʳ).

Auctore Pseudo-Abdia, ed. ibid., t. I, p. 441-56, sed exitu paululum diverso. Ita in codice : *Cuius corpus a christianis viris conditum est diligenter ; et sepultum in via Ostense cum pace. Acta sunt haec circa sanctos Dei, Petrum et Paulum, sub die III° kalend. Iulias. Regnante... Amen.*

7° [Miracula sancti Stephani protomartyris] (fol. 68ᵛ-76ᵛ).

Miracula excerpta ex S. Augustino (*De Civ. Dei*, lib. XXII, cap. VIII, num. 10-22), ed. *P. L.*, t. XLI, p. 766-71.

8° [Passio sancti Xysti II, papae et martyris] (fol. 76ᵛ-79ᵛ).

Idem textus occurrit in codice infra describendo, signato D. 22 Inf. Ibi edetur tamquam Appendix.

9° [De sanctis Laurentio et Hippolyto martyribus] (fol. 79ᵛ-82ᵛ).

Compendiaria narratio martyrii eorundem sanctorum. (Cfr. Mombritium, t. II, fol. 50ʳ-52ʳ et fol. 14ʳ-15ʳ).

10° [Passio sancti Matthaei evangelistae] (fol. 83ʳ-98ʳ).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 139ᵛ-143ʳ.

Sed in cod. om. parvulus prologus et clausula : *Zaroes autem et Arfaxar illi duo magi.*

11° [Passio sancti Andreae] (fol. 98ʳ-142ᵛ).

Ed. ap. I. A. Fabricium, *Codex apocryphus N. T.*, t. I, p. 456-515. In cod. om. num. 1, cui suppletus est prologus ed. *P. L.*, t. LXXI, p. 1099.

12° [De miraculis beati Thomae apostoli] (fol. 143ʳ-168ʳ).

Ed. ap. Max. Bonnet, *Acta Thomae*, p. 96-132.

13° [Passio sanctorum septem fratrum dormientium Ephesi] (fol. 168ᵛ-177ʳ).

Ed. *Bibl. Casin.*, t. III, Florilegii p. 252-9.

14° [Acta sancti Bartholomaei apostoli] (fol. 177ᵛ-190ʳ).

Auctore Pseudo-Abdia, ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Augusti, t. V, p. 34-8.

Adnectitur hymnus de eodem S. Bartholomaeo.

Trophaea palmae nobilis
Bartholomaei apostoli
Quantum meretur muneris
Quis explicet praeconiis?

Ad quem frequenter fulgidi
Conversitabant angeli,
Et quod iubebat exsequi
Oboediebant conciti.

In Indiae confinio
Ingressus in templum Astaroth,
Mox eius ad praesentiam
Daemon resolvit idola.

Polemii lunaticam
Natam per ampla tempora
Curando regis filiam *
Errore gentem liberat.

Astrigis ut hoc comperit
Rex et minister idoli,
Iussit suo conspectui
Nefandus illum adtrahi.

Interrogat * hunc nequiter
Quare deos everteret;
Sed colloquente Apostolo,
Waldat cadit mox idolum.

Iubente rege protinus
Sanctus secatus fustibus,
Et post reciso vertice
Palmam est adeptus gloriae.

Tali beatus ordine
Salvus fuit provinciae
Et laureato funere
Caelum triumphans obtinet.

Gloria Deo Patri,
Gloria Unigenito.

* *cod.* filia.

* *cod.* interrogavit.

15° [Passio sanctorum Simonis et Iudae] (fol. 190r-212v).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 293v-297r.
Subsequitur hymnus de eisdem sanctis.

Throno sedente _ rincipe
Cum venerit discernere,
Qui iudicabunt Israel
Adsunt duo uno germine,

Parem gerentes gloriam
Germana caeli pignora
Simon beatus cum sacro
Zelote Iuda apostolo.

Perside euntes termino,
Duce Varadach bellico
Tunc exeunte ad praelium,
Responsa pacis proferunt.

Pravam duorum tristium
Sectam magorum destruunt,
Ac falsa gesta daemonum
Veraci produnt spiritu.

Rursus magique immiserant
Serpentium tot milia;
Ipsos repente vulnerant,
Venena qui produxerant.

Ferae malignae tigrides
Perdunt furorem supplices;
Signis quibus fideliter
Gens omnis et rex credidit.

Qui cuncta dum perambulant,
Calando fana et idola,
Ambobus uno funere
Mors sancta vitam praebuit.

*Sic frugescentes *, inclita*
Talenta Christi duplicant;
Et quo magister evocat,
Pergunt pares ad gloriam.

* *cod.* frugentes

*Gloria Patri ingenito **
Gloria uni...

* *cod.* ingeniti.

16° [De sancto Matthia apostolo] (fol. 212v-215r).

De Matthia apostolo parva nobis antiquitas monumenta reliquit. Fuisse tamen ex septuaginta duobus discipulis quos D. N. I. C. ad praedicandum direxit, multorum historiographorum narrat opinio. Qualiter tamen ad apostolatus officium in loco Iudae sit subrogatus, Lucas evangelista in Actibus apostolorum meminit his verbis dicens: Ascendente Domino Iesu in caelum, regressi sunt undecim.

Sequitur narratio desumpta ex *Act. Apostolorum.*

*Et annumeratus est cum undecim apostolis.Hunc ferunt post ascensionem Domini cum reliquis apostolis praedicasse, sicut Clemens in primo narrat historiarum * libro. Num dicit * singulos apostolos contra singulas haereses in templo Hierosolymis altercasse, haec addidit de Matthia: Barsabat, qui et Matthias, qui in locum Iudae subrogatus est apostolus, monere populum coepit ne odium haberent in Iesumneque blasphemarent eum. Sed multo enim esset rectius etiam ignoranti * vel dubitanti de Iesu amare eum quam odisse, qui carituti * Dei praemium posuit, odiis poenam. Hoc enim, inquit, quod iudaicum corpus assumpsit et inter Iudaeos natus est, quomodo in omnibus vobis incentiva sui amoris excussit? Haec perorans siluit Matthias; hic impleto vitae huius cursu migravit ad Dominum, qui regnat cum Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.*

* *cod.* historiam.
* *cod.* dicat.
* *cod.* ignorat.
* *cod.* caritate.

Subsequitur hymnus de eodem.

Inc. : *Apostolorum in ordine*
Sacerdos Mathias
Fide probatur inclita;
Canatur alta gloria.
Iudas nefando crimine
Dum Christum iniquis traderet
Et debita sententia
Est morte raptus pessima, etc. etc.,

quibus attingitur electio apostoli Matthiae, prout in *Actis apostolorum* narrata est.

17° [Vita sancti Ioannis evangelistae] (fol. 215r-236v).

Auctore Pseudo-Melitone, ed. *P. G.*, t. V, p. 1239-50. Subsequitur hymnus de eodem, ed. ap. Morel, *Lateinische Hymnen des Mittelalters*, p. 161-2, num. 259 (Einsiedeln, 1868).

XVI. Codex signatus C. 133 Inf. (olim P. 246).

Membraneus, foliorum 117, formae med. (0m,321 × 0,228), plenis lineis, nitide exaratus est saec. XI, praeter tamen additamenta quae diversis temporibus catalogo Mediolanensium archiepiscoporum adiecta sunt. (Cfr. Papebroch, *Act. SS.*, Maii, t. VII, p. LIV.) Rubricata sunt litterae maiores initiales titulique, quorum plures, inter uncos infra ponendi, manu posteriore interpolati videntur. Hunc codicem ad liturgicos usus fuisse destinatum ex variis liquet indiciis.

Initio praemissa sunt quattuor folia chartacea, quorum tertium saeculo XVIII instructum est rerum contentarum indice recentioribusque notis litterariis. Haec quattuor folia subsequitur deterius apographum chartaceum saeculo XIV exaratum bullae Iohannis papae XXII, datae VII idus octobris anni MCCCXVII. Cuius apographi exteriori parte exhibentur hagiographicum saeculi XVII indiculum atque haec verba, olim a Papebrochio iam lecta : *Codex venerandus ob antiquitatem 800 annorum.*

Ad calcem codicis membranei compactum est codex chartaceus, foliorum 152, formae med. (0m,27 × 0,189). Exhibet meram transcriptionem, diversis saeculi XVII manibus factam, Vitarum infra sub numm. 2°-10° recensendarum.

1° [Catalogus archiepiscoporum Mediolanensium, usque ad Iohannem de Vicecomitibus, anno 1344] (fol. 2r-4v).

Ed. primum ex hoc cod. a Papebrochio *Act. SS.*, Maii t. VII, p. LIV-LVII. Cfr. *Mon. Germ.*, Scr. t. VIII, p. 101 sqq. ; et potissimum B. Oltrocchi qui erudite de hoc catalogo disseruit in *Ecclesiae Mediol. historia Ligustica*, p. 349 sqq. et p. 701 sqq. (Mediolani, 1795).

2° De adventu Barnabae apostoli (fol. 5r-8r).

Ed. ex hoc cod. ap. A. Biragum, *Datiana historia ecclesiae Mediol. ab anno Christi LI ad CCCIV*, p. 8-15 (Mediolani, 1848). Desunt in cod. prologus et frag-

mentum de situ urbis Mediol., quae Biragus ex codice infra describendo signato H. 56 Sup. deprompsit.

3° [Vita beati Anatalonis] (fol. 8r-9r).

Ed. ex hoc cod. ibid., p. 15-8.

4° Vita sancti Gaii Mediolanensis episcopi (fol. 9v-14r).

Ed. ex hoc cod. ibid., p. 18-31.

5° Vita sancti Castritiani Mediolanensis episcopi sancti (fol. 14r-21r).

Ed. ex hoc cod. ibid., p. 31-46.

6° Depositio sancti Kalimeri martyris Mediolanensis episcopi (fol. 21r-24r).

Ed. ex hoc cod. ibid., p. 46-55.

7° Vita sancti Monae Mediolanensis episcopi (fol. 24r-30v).

Ed. ex hoc cod. ibid., p. 55-70.

8° Vita beati Materni episcopi (fol. 30v-38v).

Ed. ex hoc cod. ibid., p. 70-88.

9° VIII kalendas iunii, depositio beatae memoriae sacerdotis et episcopi Dionysii (fol. 30v-40r).

Ed. ap. Muratori, *Rerum ital. Script.*, t. I, parte II, p. 222, col. 2, E — p. 223, col. 2, D.

10° [Vita sancti Dionysii episcopi Mediolanensis] (fol. 40r-47r).

Ed. ex hoc cod. *Act. SS.*, ad d. 25 Maii, t. VI, p. 44-8.

11° Sanctus Ambrosius de obitu sancti Satyri (fol. 47r-51r).

Oratio funebris, ed. ibid., ad d. 17 Septembris, t. V, p. 496-505. Sed in cod. valde contracta est.

12° De festivitate sancti Martini (fol. 51r-54r).

Sub hoc titulo occurrunt: a) Epistula Sulpicii Severi ad Bassulam, ed. a C. Halm, *Corpus Script. eccl. latin.*, t. I, p. 146-151; b) Gregorii Turon. *Hist. Franc.*, lib. I, cap. 48 fere integrum (usque ad verba *sunt reversi*); c) Gregorii Turon. *De virtutibus S. Martini*, lib. I, cap. 4-5 (usque ad verba *revelatione glorificantur*).

13° De vita et virtutibus sancti Martini episcopi et confessoris (fol. 54r-71v).

Auctore Sulpicio Severo, ed. ap. C. Halm, op. cit., p. 110-37. In cod. om. prologus.

14° [De beatis martyribus Nazario et Celso] (fol. 72r-74r).

Homilia S. Maximo Taurinensi attributa ed. *P. L.*, t. LVII, p. 869-72.

15° [Passio sanctorum Nazarii et Celsi] (fol. 74v-86r).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 178v-183v.

Sequitur de translatione sancti Nazarii (fol. 86r-86v) fragmentum Vitae sancti Ambrosii, auctore Paulino, ed. *P. L.*, t. XIV, p. 38, num. 32, cum conclusione ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 183v.

16° Vita sanctae Mariae Magdalenae (fol. 87r-88r).

Inc.: *Maria Magdalena post ascensionem Domini Salvatoris, pro ardente caritate Domini et taedio eius quem habuit post eius ascensum, numquam virum videre voluit neque ullum hominem suis oculis, sed in eremum recessit et ibi mansit annos triginta, omnibus hominibus incognita et numquam cibum humanum manducabat neque bibebat et omnibus horis canonicis angeli Domini de caelo venerunt et eam in aerem secum duxerunt ut ibi cum eis suam orationem impleret.*

XVII. Codex signatus C. 204 Inf.

Chartaceus, foliorum 144, formae med. (0m,332 × 0,228), plenis lineis, cursiva gothica exaratus saec. XV. Fuit Ioh. Vincentii Pinelli. Vacat spatium pingendis litteris maiusculis, capitulorum initio.

Series pontificum Romanorum, qui in sede beati Petri Apostoli ab ipso usque ad hoc tempus sederunt (fol. 3r-144v).

Ed. ap. v. cl. L. Duchesne, *Liber pontificalis.* — Hoc codice usus est, in edendo eodem opere L. Muratori, *Rerum ital. Script.*, t. III, p. 93, sqq. eiusque variantes lectt. sub littera C designavit. Praeit in cod. *Tabulà pontificum romanorum secundum alphabeti numerum ordinata* (fol. 1r-2v). Protracta est autem in cod. enarratio Vitarum romanorum pontificum usque ad Martinum V. Quarum diversos auctores in anteriore folio insiticio ita attigit manus saeculi XVI:

Damasus scripsit ad eius usque tempora.
Anastasius bibliothecarius a Damaso ad Nicolaum I usque.
Gulielmus bibliothecarius a Nicolao I ad Gregorium usque VII.
Pandulphus Pisanus a Gregorio VII ad Honorium II usque.
Martinus Polonus ab Innocentio II ad Martinum IV usque inclusive.
Theodorius a Niem a Martino IV iterum ad Martinum V usque.
Martinus V. Vita, incerto auctore.

De posteriorum Vitarum origine et accommodatione notas marginibus respersit Ios. Ant. Saxius, qui fuit saeculo praeterito praefectus bibliothecae Ambrosianae.

Post Leonem IV, inserta est fabula papissae Iohannae, sub nomine Iohannis Anglici.

XVIII. Codex signatus C. 210 Inf. (olim P.).

Membraneus, foliorum 118, praeter chartacea folia tria insiticia, formae med. (0m,359 × 0,26), binis columnis pluribusque manibus nitidissime exaratus ineunte saec. XII. Solent litterae maiores parum exornatae prodire. Folio 1v, saeculo XV notatum est : *MCCCCLXXII, die XXII Februarii. Hunc librum donavit magnificus d. Iacobus Bechetus, ducalis secretarius, conventui sancti Francisci Mediolani in eius ac defunctorum suorum memoriam, ad hoc ut fratres dicti conventus celebrent missas ac divina officia in eius capella, nuncupata sancti Ludovici.* Opera autem cardinalis Frederici Borromaei Ambrosianae bibliothecae acquisitus fuit.

Magnam partem constat sancti Augustini sermonibus a psalmo 119 ad 134 et eiusdem libro ad quendam Valerium comitem; praeterea occurrunt

1° Passio sancti Barnabae apostoli (fol. 82r-84r).

Auctore Ioanne Marco, ed. *Bibl. Casin.*, t. III, Florilegii p. 354-7.

2° Passio sanctorum martyrum Proti et Hyacinthi et Eugeniae virginis (fol. 101v-110r).

Ed. ap. H. Rosweyde, *Vitae Patrum*, p. 340-9.

3° Nonis Martii, passio sanctarum Perpetuae et Felicitatis (fol. 110r-115r).

Huiusce Passionis textus, celeberrimus inter eruditos factus a tempore quo detecta est recensio graeca, rarissime occurrit, siquidem praeter Mediolanensem adhuc duo tantum cognoscuntur codices illum continentes, nempe Casinensis et Parisinus num. 17626, olim Compendiensis. Quare visum est accurate notare quibusnam variantibus lectionibus discrepet ab aliis duobus textus codicis Mediolanensis. Quam collationem instituemus cum nuperrima quae prolata est editione nempe a cl. viro J. Armitage Robinson in opere cui titulus : *Texts and Studies. Contributions to biblical and patristical Literature*, edited by J. Armitage Robinson, b. d., fellow of Christ's College Cambridge, vol. I, n° 2 *The Passion of S. Perpetua*. London, 1891, pp. 60-95.

Vide Appendicem.

4° Epistula beati Leonis papae de translatione beati Iacobi apostoli, qui tertio kalendarum ianuarii celebratur (fol. 116r-116v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Novembris, t. I, p. 21-2, secundum versionem e codice Calixtino bibl. regiae Matritensis II L 1 desumptam.

Appendix ad cod. C. 210 Inf.

(Cfr. supra, p. 278, 3°.)

Nonis Martii, passio sanctarum Perpetuae et Felicitatis.

Desunt in codice Mediolanensi prologus et num. II prima verba apprehensi sunt.

II. — *Post :* conserva eius *add.* Satirus et — honeste nata = honestate — matronaliter nupta = matrona matronaliter nupta — Erat autem = et erat — circiter annorum viginti duo = ann. circ. vig. duorum — haec ordinem = hoc ordine.

III. — Persecutoribus essem = prosecutoribus essemus — evertere cupiret = avertere cuperet — alio nomine... potest = aliud nomine.... potes — nisi quod sum = quam quod sum — Et profecto est victus = Et profectus est victus — caruissem patrem = car. patre — refrigeravi *(coniect. cl. v. Robinson)* absentia illius = refrigeravi abs. eius — et mihi spiritus = mihi autem spir. — Post pauc. dies = post paucos vero d. — O diem asperam = Odium asp. — aestus validus = aest. validos — concussurae = concurrere — Pomponius = Pomporius — benedicti diaconi qui nobis ministrabant constituerunt praemio = diacones stabant benedicti. Constituerunt praemium — Exeuntes = exierunt — sibi vacabant = qui ibi vac. — inedia defectum = in tedio defecto — et confortabam fratrem *om.* — videram = viderem — essem quam alicubi = esse quam alibi.

IV. — Dignatione es tanta = dign. ista es — Crastina die = cras — Magnitudinis = longitudinis — (infixum — attendens) = fixum erat. Ibi gladii, ibi lanceae aereae neglegenter — inhaererent = haererent — praestabat = parabat — quia ipse nos aedif. = qui ipse nos aed. — et dixit mihi = et dix. — et dixi ego = et ego dixi illi — In n. J. C. = in n. Domini nostri I. C. — Et desub ipsa scala = et sub scala — et quasi primum = et cum pr. — et vidi = et video — circumstantes candidati = circumstantium candidatorum — Tegnon = Nec non — caseo quod = cas. quem — et ego accepi = et accepi — ad sonum vocis = a sono voc. — experrecta sum, commanducans adhuc dulcis nescio quid = expergefacta sum, manducans adhuc dulcedine nesc. q.

V. — (Post — audiremur) = post paucos vero dies.... quod audiremur — Miserere, filia, canis meis = filia, mis. carnis meae — si his te = si istis — si te praeposui = et te praep. — et materteram = et matrem terram — libere loquitur = in saeculo libere loquetur — (Haec dicebat — manus) = haec dicebat quasi pater pro sua pietate osculans mihi manus — et lacrimis = etiam lacrimans — nominabat, sed dominam = sed dominam me vocabat — causam patris = casum patr. — (in nostra — constitutos) = in nostra potestate esse futuros.

VI. — (Ventum ilico) = Ventum ad me, et apparuit illic pater — de gradu supplicans = de gradu dicens : supplica — loco proconsulis... Timiniani = loco pio solus.... Timiani — defuncti *om.* — respondi : Non facio = respondi dicens : N. F.

— Hilarianus.... inquit = Et Hil. dixit.... — deiciendam = decipiendam — deici = proici — percussit = percussus est — dolui pro = doluit — amplius mammas desiderat = mam. desideravit — sollicitudinem = sollicitudine.

VII. — profecta est = perfecta est — venisset = venisse — de ipso = pro illo — (multum — ad Dominum) *om.* — mihi hoc = mihi in oromate hoc — (ubi — tenebrosa) = ubi et complures erant — aestuantem valde et sitientem = aest. et sit. valde — in facie = in faciem — diastema = spatium — (quod et piscina — habebat) = quod de piscina illa aquam bibebat — Non esset. Et experrecta sum = non esset ex ea. Expergefacta sum. — Fratrem meum = stratum meum — tunc Getae = gente tunc — pro illo = pro eo.

VIII. — in nervo mansimus = in nervo constricto mansissemus — locum illum = in loco illo — trahebat = trahebam — super margine = sup. marginem — fiala aurea = fiala erat aurea — infantium = infantum — (et experrecta — de poena) = et expergefacta sum et tunc intellexi translatum eum esse de poena ad requiem sanctam iustorum.

IX. — coepit = coeperat — virtutem = virtutem Dei — multos = multos fratres — intrat = introivit — evellere = vellere — infelici senecta = in felicitate senectutis.

X. — pulsare = pulsasse — (qui erat — candida) = quia erat vestitus veste discincta candida — galliculas = caliculas — per aspera loca et flexuosa = per asp. et flex. loca — pervenimus anhelantes = anh. perv. — in media arena = in mediam arenam — pavere = expavescere. — conlabora = conlaborabo — (ingentem adtonitum — sciebam) *om.* — datam esse = dampnatam esse — defrigere = perungere — in agonem = in agone — in afa volutantem et exivit = in qua voluntate me tenuit — ut etiam = qui et — discinctatus purpuram = discinctus purpura — efferens virgam quasi lanista = et virg. ferens qu. lanistam — mala aurea = malum aureum — occidat illam .... et si = occid. eam gl. Haec autem si — et coepimus mittere pugnos *om.* — in aere = in aerem — quasi *om.* — fautores = fauces oris — Sanavivariam et experrecta sum = sane vivariam, et expergefacta s. — esse victoriam = victoriam imminere — in pridie = in pridiem — scribat = describat.

XI. — quam ipse = quam etiam ip. — exivimus = exivit — nos non tangebant = non tang. — versi = versus — primo mundu = primo mundo — vidimus = videmus — viridarium arbores = virid. arboris — rosae = rosas — flores = florum — altitudo arborum = alt. vero arbor. — canebant = cadebant — fuerunt clariores ceteris *om.* — Ecce sunt, ecce sunt = accesserunt et — violatum = viae latae — ubi = ibi — vivi arserunt = passi vivi arserunt — de illis = ab ipsis — ubi essent = ub. ess. ceteri — ceteri angeli dixerunt nobis = et dix. nob. cet. ang. — prius = primum.

XII. — Cuius loci = cui loco — stolas candidas = stola candida — agios *om. semel* — in sinistra = in sin. eius — quattuor = viginti quattuor — ceteri *om.* — introeuntes = introivimus — illum = scabellum pedum eius — traiecit nobis in faciem = tetigit nobis faciem — et ludite = exsultate in Domino — hilarior sum et hoc modo = hilarior sim etiam modo.

XIII. — ad dexteram *om.* — et tristes *om.* — pedes nobis = pedes nostros — reliquistis = dereliquistis — presbyter = presbyter noster — ut vos ad pedes nobis mittatis = ut ad. ped. nostros mitt. vos — eos in viridarium = illos in viridario — sinite illos refrigerent = quiescite ab illis ut refrigerent — et si quas = et quas — cognoscere = recognoscere — universi = ubi universi — gaudens experrectus = exaudiens expertus.

XIV. — Insigniores = insigniorum — maturiore exitu = martiris exitu. — saeculo adhuc in *om.* — gladium = gladios — anima tamen = anima certe.

XV. — octo iam mensium ventrem = aethalamo *(sic)* ventrem mensium — propter ventrem = propter hoc — commartyres = commartyres eius — eiusdem spei *om.* — coniuncto = consulto — orationem fuderunt = orat. fecerunt — statim post orationem = et post orat. statim — dolores invaserunt = dolor. eam invas. — sic modo = modo — cum sacrificare noluisti *om.* — respondit = resp. dicens — alius erit = alius est — in me qui patietur = qui in me patitur.

XVI. — etsi indigne = etsi indigni — Perpetuae *om.* — cum a tribuno castigatius eo tractantur quia = qua tribuno castiganti eos et male tractanti qui — verebatur = admonebatur et verebatur — ei respondit = Et Perpetua respondit — et natali eiusdem pugnaturis = natali eius depugnaturis — si pinguiores = sub pinguiores facultas fuerit = facultas fieret — iam et ipso optione carceris credente = tamen et ipsa opinione carceris crescente.

XVII. — Pridie quoque = pridie — in ipsis = in illis — verba = verba ista — dicente Saturo : crastinus satis vobis non est quod = dicentem Satiro : crastina vobis satis non est quid — nobis facies = vobis facies — discedebant = discesserunt.

XVIII. — in caelum hilares vultu = in caelum ituri et hilares vultu — Perpetua lucido incessu = Perpetua placido vultu et incessu pedum — vigore oculorum deiciens omnium conspectum = vigorem oculorum suorum docens omnium conceptum — gaudens ut ad bestias pugnaret = gaudebat ut ad bestias depugnaret — lotura = locutura — ducti essent = deducti ess. — usque constantia repugnavit = in finem usque repugnavit — concessit tribunus = conc. trib. ut. — et Saturninus et Saturus = et Satirus et Saturnus — sub conspectu = usque ad conspectum — nutu coeperunt Hilariano dicere = noto Hilariano dicere coeperant — flagellis eos vexari pro ordine = flagellis vexari per ordinem — et utique = utique illi.

XIX. — desideraverat = desiderabat accipere — inter se = inter *(sic, se om.)* — martyrii = martyrii sui — in commissione = in commissionem — apro subligaverat = aprum subministraverat — dies = diem — Saturus = Saturus autem — tractus est = tractatus est — prodire = exire.

XX. — praeparavit = praeparaverat — respiciens = aspiciens — et discinctis indutae = discinctis induuntur — concidit = cecidit — et ubi sedit = et ibi consedit — pudoris potius memor = pot. mem. pud. — Dehinc requisita = dehinc acu recusuta *(sic)* — plangere = placere — Ita = itaque — tradidit = porrexit — Sanavivariam = sane viva *(sic)* — a somno expergita = de somno expergefacta — et in extasi fuerat = quae in exitu fuerat constituta — instupentibus = stupen-

tibus — producimus = proiciemus — nescio = nescio quam — quasdam notas vexationis = notas vexationes — habitu suo recognovisset = habitu recognovisset suo — invicem omnes = invicem.

XXI. — in alia porta Pudentem militem = in aliam portam — nullam = nullam vim — de toto corde = ut de toto corde — prodeo illo = producor illuc — ab uno morsu = uno morsu — in fine = in finem — leopardo eiecto = leopardo obiectus — tanto perfusus = tantum perfusus — secundi baptismatis = secundo baptismati — reclamaverit = reclamaverint dicentes — salvus erat = salvus erit — vale = vade — memor fidei meae = memento fidei et mei — de digito eius = eius de dictu — (ei hereditatem — sanguinis) = et beatam hereditatem relinquens illi pignus et memoriam tanti sanguinis — in eorum corpore = corpora eorum — ultro surrexerunt = ultro porrexerunt — ante iam = ante se iam — prior ascenderat = prius scalam ascenderat — inter ossa = intercissa — exululavit et errantem dexteram = exultav *(sic)* ecer *(sic)* stantem — tirunculi gladiatoris = trunculi gladiatoris — fortasse = fortasse enim. — O vere vocati = vocati — quam qui magnificat et honorificat et adorat = quem qui magnificant et honorificant — aedificationem = aedificationibus — debet = debebunt — et eundem = eundemque — omnipotentem Deum = Dominum omnipotentem — est claritas et immensa potestas = sit claritas una cum Spiritu sancto.

XIX. Codex signatus D. 22 Inf.

Membraneus, foliorum 193, additis chartaceis foliis undecim, formae med. (0m,27 × 0,178), plenis lineis nitide exaratus saec. XII, uti patet ex epistula sancti Attonis, episcopi Pistoriensis, infra p. 288 evulganda. Priora folia detrimentum a vermibus ceperunt; alia hic atque illic exsecta sunt. Litterae initiales, plus minusve magnae, prout initio vel Vitarum vel capitulorum praefixae, rubro colore illitae sunt; pariterque tituli, qui segniter inscripti videntur, — aliqui manu saec. XV — si autumare licet cum ex plurium defectu, tum ex insulso quorundam tenore. Nonnullae conclusiones liturgicae *(Regnante D. N. I. C.)* sunt neumatibus notatae.

Hunc codicem ad ritum pertinere Ambrosianum patet ex fol. 82v sqq., ubi transcriptae sunt, pro dominica sexta adventus, lectiones quae hodie adhuc in usu sunt. Ceterum, in extremo folio chartaceo manus saeculi XVI eius originem pressius indicavit : *Iste liber est ecclesiae sancti Stephani de Olzate Ollona* (1), *olim praepositurali; qui tractat de vita plurimorum sanctorum.* Principio autem inscriptus est : *Hic codex non contemnendae antiquitatis fuit bibliothecae dono datus a M. R. Parocho S. Ioannis Lateranensis, anno 1621 mense octobri.*

(1) Olgiate Olona, haud ita procul a Mediolano distat, eiusque parochialis ecclesia hactenus sancto Stephano protomartyri dicata est.

1° In sancto Marco evangelista (fol. 1r-2r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Aprilis, t. III, p. 347-9, fine non nihil discrepante.

2° In sancto Vitali martyre (fol. 2r-3r).

Ed. *Bibl. Casin.*, t. III, Florilegii p. 348-9.

3° In festivitate beati Iacobi [minoris] apostoli (fol. 3v-4r).

Ed. ex cod. 144 bibl. civit. Carnot., *Anal. Bolland.*, t. VIII (1889), p. 136-7.

4° In festivitate beati Philippi (fol. 4r-4v).

Ex Pseudo-Abdiae *Hist. apostolica*, lib. x, cap. 2-4 ed. ap. Fabricium, *Codex apocryphus N. T.*, t. I, p. 738-42, haud paucis variantibus lectt. In cod. om. cap. 1.

5° Passio sancti Victoris [Mediolanensis] (fol. 4v-6r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Maii, t. II, p. 288-90. In cod. additum est: *Passus est sanctus Victor in urbe Mediolanensi sub Maximiano imperatore, regnante D. N. I. C., cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.* Similis conclusio liturgica in hoc cod. saepenumero occurrit. Quod semel notasse sufficiat.

6° Passio sanctorum martyrum [Aquileiensium] Felicis et Fortunati (fol. 6v-8r).

Ed. ibid., ad d. 11 Iunii, t. II, p. 461-2.

7° [Vita sancti Dionysii episcopi Mediolanensis] (fol. 8r-13r).

Ed. ibid., ad d. 25 Maii, t. VI, p. 44-8.

8° De exilio et obitu sancti Dionysii (fol. 13r-14r).

Ed. ap. Muratori, *Rerum ital. Script.*, t. I, parte II, p. 222, col. 2 — p. 223, col. 2.

9° In festivitate sancti Vigilii episcopi (fol. 14r-15r).

Sub hoc titulo prodeunt Acta sanctorum martyrum Sisinnii, Martyrii et Alexandri, ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Maii, t. VII, p. 40-1. In codice dicuntur martyrium subiisse *sub Stilicone consule.*

10° In festivitate sancti Barnabae apostoli (fol. 15r-16v).

Compendium Vitae ed. ibid., ad d. 11 Iunii, t. II, p. 423-5. Sic explicit in cod.: *Hucusque beatissimi Barnabae gloriosum agonem et veneranda magnalia ex dictis Lucae evangelistae breviter defloravimus.*

11° Item in sancto Barnaba (fol. 16v-17r).

Haec veniunt sub illa rubrica:

Barnabas hebraice, latine interpretatur filius prophetae, vel filius consolationis; Barnabas qui et Ioseph levites, natione Cypriae civitatis (1), *ex Cyro rege Persarum fundatae, cum Paulo in gentibus apostolatum adeptus est. Deinde propter Iohannem discipulum, qui etiam cognomento Marcus est appellatus, seiunctus a*

(1) Hactenus apud Iacobum a Voragine.

Paulo, nihilominus evangelii praedicatione sibi opus iniunctum exercuit, et demum martyrio coronatus est. De quo beatus Hieronymus, inter alia quae scribit sanctis episcopis Chromatio et Eliodoro, sic ait : Barnabas, qui cum Paulo verbum ministravit, primum in Roma Christum praedicavit et post episcopus Mediolani effectus est. *Cui rei et illud valde opitulatur, quod sanctus papa Clemens et martyr, tertius a beato Petro Romanae Ecclesiae antistes, in epistula ad Iacobum a se directa, sancti apostoli Barnabae praedicatione in Romana urbe ad Christi fidem se conversum perhibet. Post cuius urbis fructuosam praedicationem, ad iam dictam civitatem Mediolanum, ut opinor, cum quodam discipulo suo, Anathalon nomine graio, concito cursu se contulit ; ibique semen verbi Dei cum suo discipulo in corda gentilium non sine fructu iactitavit. Sed quia praedictus Lucas evangelista, sequendo beatum Paulum apostolum, sancti Barnabae finem cernere non valuit, cetera quae sequuntur, et quo ordine ad coronam martyrii pervenerit, ex graeco eloquio Iohannis eius exadelfi transferentes, sensum magis quam verba sequentes, annectimus.*

12° In festivitate beati Iohannis qui fuit discipulus Marci (fol. 17r-19v).

Sub hoc titulo descripta sunt Acta sancti Barnabae, ed. *Bibl. Casin.*, t. III, Florilegii p. 354-7. Continuo subsequitur in codice dedicatoria horum Actorum scriptoris epistula inedita.

Vide Appendicem.

13° Passio sanctorum Cantii, Cantiani et Cantianillae (fol. 20r-21v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Maii, t. VII, p. 427-30. In cod. praemissa sunt : *Servus Christi Iesu Ambrosius episcopus Christum verum Deum colentibus fratribus per omnem Italiam in Dominum perennem salutem.*

Explicit ita : *Passi sunt beatissimi martyres Cantius, Cantianus et Cantianilla in Aquilegiensi civitate, octavo decimo kalendarum iulii, imperantibus Diocletiano et Maximiano imperatoribus, agente Sisinnio comite et Dulcisio praeside. Regnante.....*

14° In festivitate sanctorum martyrum Felicis et Naboris (fol. 21v-24v).

Sub hoc titulo exarata est epistula S. Ambrosii ad sororem suam Marcellinam de inventione corporum SS. Gervasii et Protasii, ed. a P. Ballerini, *S. Ambrosii opera omnia*, t. V, col. 157-64.

15° [Vita sancti Martini] (fol. 25r-37r).

Auctore Sulpicio Severo, ed. a C. Halm, *Corpus script. eccl. latin.*, t. I, p. 109-37.

16° Epistula eiusdem Severi ad Aurelium episcopum ; — ad Eusebium postea episcopum (fol. 37r-38v).

Ed. ibid., p. 142-5 et p. 138-41.

17° Dialogus Severi (fol. 38ᵛ-40ʳ).

Compendium breve admodum dialogi primi, ed. ibid., p. 152, l. 1-5; p. 154, num. 3 — p. 156, num. 4, l. 16; p. 157, num. 5, l. 8 — num. 6, l. 24; p. 159, num. 8, quattuor lineae; p. 179, l. 3 — l. 16; p. 180, l. 7 ad finem.

18° Liber secundus de vita sancti Martini; — de tertio libro eiusdem (fol. 40ʳ-57ʳ).

Ed. ibid., p. 180-98; p. 199, num. 2, l. 20 — p. 216. Additur *de obitu sancti Martini* (fol. 57ʳ), excerptum ex Gregorio Turon. *Hist. Franc.*, lib. I, cap. 48; *de transitu sancti Martini episcopi* et *de translatione corporis beati Martini* (fol. 57ʳ-58ʳ), ex Gregorii Turon. *De virtutibus S. Martini*, lib. I, capp. 4 et 6.

19° Vita sancti Bricii (fol. 58ʳ-60ʳ).

Ex Gregorio Turon. *Hist. Franc.*, lib. II, cap. 1. In cod. om. prologus.

20° Revelatio beati Savini episcopi et confessoris et inventio sancti Antonini martyris (fol. 60ʳ-61ʳ).

Ed. ope huius cod. *Anal. Bolland.*, t. X (1891), p. 119-20.

21° Ex sermone Iohannis Tyronensis ecclesiae. De miraculis sancti Clementis papae (fol. 61ʳ-62ʳ). Item aliud miraculum beati Clementis papae (fol. 62ʳ-63ʳ).

Ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 195ʳ-195ᵛ. In cod. omissus est prologus usque ad verba *Credo enim vos non latere de eo, fratres...*

22° Pridie kalendas decembris, passio sancti Andreae apostoli et martyris (fol. 63ʳ-68ʳ).

Epistula ecclesiae Achaiae, ed. ap. Surium, t. VI, ad d. 30 Novembris, p. 696-700. Sed in codice simpliciore prodit stilo cap. 13 : *Sic quaedam Maximilla senatrix, diligens pudicitiam et sanctitatem eius, cum reverentia tollens corpusculum eius, conditum aromatibus optimo in loco sepelivit. Aegeas vero arreptus a daemonio, eadem nocte de grandi altitudine se praecipitavit et mortuus est. Stratocles autem frater eius, cum haec audisset, nihil de rebus eius contingere voluit, dicens :* Quae tua sunt, tecum pergant, Aegeas. Mihi enim sufficit unus Dominus Iesus, quem per famulum eius Andream cognovi. *Tantus autem timor invasit universos ut nullus remaneret, qui non crederet Salvatori nostro Deo, qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Martyrizatus est autem venerabilis Dei Andreas apostolus apud Achaiam, in civitate Patras, die pridie kalendarum decembrium sub Aegea proconsule.*

23° VII idus decembris, ordinatio beatae memoriae confessoris et episcopi Ambrosii (fol. 68ᵛ-82ᵛ).

Vita, auctore Paulino, ed. a P. Ballerini, *S. Ambrosii opera omnia*, t. VI, col. 885-906. In cod. fol. 77ʳ, intercessit haec rubrica : *Translatio beatissimi martyris Nazarii.*

24° Dominica vi de adventu. In sancta Maria (fol. 82^v^-87^r^).

Principium libri ii *S. Ambrosii expositionis evangelii secundum Lucam*, ed. ibid., t. III, col. 34-40, (num. 1-14). Hodiedum, ad statam diem, ex eodem loco lectiones proponit Breviarium Ambrosianum.

25° Epistula de revelatione corporis sancti Stephani levitae et martyris (fol. 86^v^-89^r^).

Auctore Luciano presbytero, ed. *P. L.*, t. XLI, p. 807-15.

26° vi kalendas ianuarii, Vita sancti Iohannis evangelistae (fol. 89^v^-97^v^).

Auctore Pseudo-Melitone, ed. *P. G.*, t. V, p. 1239-50.

27° In festivitate sancti Sebastiani (fol. 97^v^-111^r^).

Passio, auctore Ambrosio, ed. ap. P. Ballerini, *S. Ambrosii opera omnia*, t. VI, col. 797-830.

28° In sanctorum martyrum Octavii et Solutoris [martyrum Taurinensium festivitate] (fol. 111^v^-112^v^).

Passio sanctorum martyrum Adventoris, Octavii et Solutoris, ed. ap. Zaccaria, *Dissertazioni stor. eccl.*, t. I, p. 307-9 (Roma, 1780). In cod. deest finis ob avulsum folium.

29° [De sanctis Gervasio et Protasio] (fol. 113^r^-113^v^).

Pars epistulae S. Ambrosii, ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Iunii, t. III, p. 822, numm. 22 et 23. Ablatum enim est ex codice folium.

30° [De sanctis Gallicano, Hilarino, Iohanne et Paulo] (fol. 113^v^-118^r^).

Ed. ibid., ad d. 25 Iunii, t. V, p. 37-9, *Acta S. Gallicani;* et ibid., ad d. 26 Iunii, t. V, p. 159-60, *Acta SS. Iohannis et Pauli*, fine subverso et omissis in cod. quae in ed. intra uncos posita sunt.

31° Unde supra in festivitate beati Petri. Ego Marcellus discipulus domni mei Petri apostoli, quae vidi scripsi (fol. 118^r^-121^r^).

Sicut supra in cod. A. 251 Inf., p. 215, 30°.

32° [Passio sancti Pauli] (fol. 121^v^-127^r^).

Auctore Pseudo-Lino, ed. *Maxima bibliotheca veterum Patrum* (Lugduni, 1677), t. II, parte i, p. 70-3. Subsequitur autem in cod. prologus, ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 199^v^-200^r^.

33° Passio beatissimae virginis martyrisque Agathae (fol. 128^r^-132^r^).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 5 Februarii, t. I, p. 615-48. In cod. incipit : *Diem festum sacra-*

tissimae Agathae martyris celebramus ut piis populis ad memoriam revocemus quae gesta sunt in provincia Siciliae...

34° [Vita sancti Gregorii papae] (fol. 132r-141v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Martii, t II, p. 130-7. In cod. haec addita sunt : .. *die quarto iduum Martiarum, quandoque in ipso cum ceteris sanctae ecclesiae pastoribus resurrecturus in gloria. Scriptumque in tumba ipsius epitaphium huiusmodi :*

Suscipe, terra, tuo corpus de corpore sumptum.....

Quae inscriptio reperitur apud cl. v. Io. B. de Rossi, *Inscriptiones christianae urbis Romae*, vol. II, parte I, p. 52, num. 1.

35° In sancto Eusebio [Vercellensi episcopo] (fol. 142r-151r).

Vita ed. ap. Ughelli, *Italia sacra*, t. IV, p. 749-61. In cod. om. § ult.

36° Passio sancti Xysti (fol. 151r-152r).

Vide Appendicem.

37° Passio sancti Donati (fol. 152r-154r).

Ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 234r-235v.

38° In sancto Firmo (fol. 154v-157v).

Passio sanctorum Firmi et Rustici ed. *Act. SS.*, ad 9 Augusti, t. II, p. 419 num. 1-9. Subiecta est in cod. haec clausula : *Acta sunt haec sub Maximiano impiissimo imperatore et Anolino consiliario eius. Regnante.....*

39° Passio sanctorum Polocronii et sociorum, Abdon et Sennes, Xysti, Laurentii et Hippolyti (fol. 157v-168r).

Sicut supra in codice A. 251 Inf., p. 217, 48°.

40° In vigiliis sancti Genesii lectio. Passio beatissimi martyris Genesii (fol. 168r-169v).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 333r-335v. In cod. multa vocabula occurrunt neumatibus notata. Continuo in cod. repetitur idem textus (fol. 169v-170v).

41° Vita beati Augustini episcopi (fol. 170v-189v).

Auctore Possidio, ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Augusti, t. VI, p. 427-40.

42° [De inventione capitis sancti Iohannis Baptistae] (fol. 189v-193v).

Ed. ibid., ad d. 24 Iunii, t. IV, p. 721-2, (num. 133-5); p. 716-8; p. 724, numm. 144 et 145, (usque ad verba : *psallentium turmae protinus intraverunt)*; p. 727, num. 154 (a verbis *Die vero Sabbatorum post meridiem)* — num. 157.

Appendix ad cod. D. 22 Inf.

Epistula sancti Attonis, Pistoriensis episcopi, de Vita sancti Barnabae (Cfr. supra p. 284, 12°).

Frater A. peccator monachus et dictus Pistoriensis episcopus (1) carissimo filio suo P., Dei gratia venerabili presbytero, salutem et fidelem orationem. Quanto studio licuit, operam dedi precibus tuis obtemperare in scribendis actibus et passione sancti Barnabae apostoli, cuius ecclesiae Deo praestante deservis. Partem quidem eius in Longobardia repperi, partem alteram in Tusciam *, unde non sic continue scripta est, ut ipse perpendere poteris. Studui etiam adicere orationes in missa eius cum aliis, sicut ipsemet intueris. Quas ubi ipse scripseris in libro tuo, dabis et abbati nostro de Gratosolio (2). Praeposito vero sancti Ambrosii M. (3) dabis eiusdem orationem beati Ambrosii, quem ex mei parte salutabis. Curet etiam Tua Fraternitas ad aram praefati apostoli memoriam mei suppliciter habere; et ea quae tibi olim dixi de tui custodia, non tradas oblivioni, sciens onus quod subisti durissimae fore rationis in conspectu Domini. Scriptum quippe est: *Durissimum iudicium fiet in his qui praesunt.* Salutabis etiam Galitianum socium tuum et eiusdem loci patronum (4), aliosque nostros amicos quos de meo profectu laetari cognoscis in Domino. Ora pro me, et audi latorem horum.

* *sic.*

(1) Vulgavit F. A. Zacharia, *Anecdotorum medii aevi collectio*, p. 328-9 (Augustae Taurinorum, 1755), documentum authenticum, a quodam episcopo Pistoriensi Attonis nomine, anno 1153 octavo kal. Maias ita subscriptum : *Ego frater Atto peccator monachus et dictus Pistoriensis episcopus.* Cfr. ibid., p. 152. Rexit hanc ecclesiam ab anno 1133 obiitque die 21 Iunii anni 1153, iuxta kalendarium Pistoriense ab eodem Zacharia editum, *Bibliotheca Pistoriensis*, p. 93 (Augustae Taurinorum, 1752). Fuerat quoque abbas generalis Vallumbrosanus. Virtute conspicuus in album sanctorum relatus est. Vide *Acta SS.*, ad d. 22 Maii, t. V, p. 194 sqq. et ad d. 12 Iulii, t. III, p. 317, num. 33. De Attonis litteraria operositate, cfr. ibid., p. 196, num. 11. — (2) De monasterio *di san Barnaba di Grattasolia lontano tre sole miglia dalla città di Milano, il quale era de' monaci di Vallombrosa* agit G. Giulini, *Memorie della città e della campagna di Milano*, parte v, p. 477. (Milano, 1760, 4°). Stat adhuc, haud longe a *S. Maria della Grazie*, Mediolani, ecclesia Sancti Barnabae *in Gratosoglio.* — (3) Quamdiu sanctus Atto Pistoriensem sedem obtinuit, solus praepositus Sancti Ambrosii, cuius nomini praeit littera M, fuit Martinus de' Corvi. Cfr. G. Giulini, *op. cit.*, parte iv et v, passim. — (4) Eadem tempestate Mediolani vivebat Gallitius, praepositus ecclesiae Sancti Eustorgii, qui anno 1144 ab archiepiscopo acceperat ius patronatus et regimen alicuius xenodochii, in Portae Ticinensis suburbio siti. Cfr. G. Giulini, *op. cit.*, parte v, p. 426. Idemque auctor refert, inter *aggiunte e correzioni* sui operis, parte ix, p. 37, ad annum 1145, exstitisse prope ecclesiam Sancti Eustorgii aliquod xenodochium Sancti Barnabae, quod ad monasterium Sancti Barnabae de Gratosolio pertinebat.

DE SANCTO XYSTO II, PAPA ET MARTYRE (Cfr. supra, p. 287, 36°).

Passio sancti Systi.

Post quendam quasi prologum brevem, ed. Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Brux.. *t. I, p. 14, 58°, (usq. ad verba paenultima :* pro iustitia moriamur), *sic pergitur in cod.* (1) :

Cum [1] haec et his similia sancto suo sermone disseruisset, vocavit sanctum Laurentium archidiaconum suum, civem Romanum, dignum Deo virum, et habitu, et vultu, et sanctitate conspicuum ; et tradidit ei omnes [2] facultates Ecclesiae dicens : *Sint haec penes te diligenti cura reposita, quatenus non possit ad ea avari [3] regis cupiditas pervenire.* Tunc beatus Laurentius omnia quae [4] perceperat christianis artificibus vendidit et omne pretium pauperibus erogavit [5]. Ingressus igitur urbem Romam Decius iniquissimus [6] Caesar, cum [7] Abdo et Senne, civibus Persis, viris christianissimis [8], quos, pro Christi nomine vinctos et diversis suppliciis maceratos ex Oriente adduxerat, datis muneribus, ferarum eos morsibus tradidit, et soluta sunt ligamenta manuum eorum. Quibus ferarum omnium insatiata rapacitas ita prostrata colla submittit [9], ut oves magis quam bestiae putarentur. Tunc impiissimus Caesar praecepit ut eos gladiatores interficerent. Quique cum percussi fuissent, iussit corpora eorum extra amphitheatrum proici et inhumata canibus [10] derelinqui [11]. Quae corpora nocte a christianis [12] sublata sunt et posita in cimiterio Pontiani, die quarto [13] kalendas Augustas [14].

Post haec autem iussit ad se [15] adduci Systum urbis episcopum et ait ad eum : *Consule senectuti tuae et sacrifica diis.* Cui beatus Systus constanter ita respondit : *Isti dii non sunt, sed sunt effigies sine voce, absque auditu, absque visu, absque gressu. Sunt plane [16] lapides miserrimi arbitrio humano relicti, ita ut [17] ex uno eodemque marmore crustae sculpantur [18] et plateae sternantur.* Tunc indignatus rex iussit eum capitalem subire sententiam. Qui cum duceretur, sanctus Laurentius flere coepit non passionem eius, sed [19] cur [20] ipse remaneret. Itaque his verbis eum prosequebatur.

Sequitur dialogus inter Xystum et Laurentium Act. SS., *ad d. 6 Augusti, t. II, p. 140, col. 2, num. 3, l. 4 ; et sic concluditur in codice : " Tibi ergo [21] mando nostrae virtutis successionem ".* Talis ergo erat contentio, digna sane de qua certarent sacer-

[1] cumque 2. — [2] universas 2. — [3] avarissimi 2. — [4] *om.* 2. — [5] (p. e.) e. p. 2. — [6] impiissimus 2.— [7] *om.* 2. — [8] (civibus P. v. chr.) Persas cives christianissimos 2. — [9] submiserant 2. — [10] *om.* 2. — [11] derelinquere 2. — [12] (n. a chr.) a chr. n. 2. — [13] tertio 2. — [14] (k. a.) kalendarum augustarum 1. — [15] (ad se) *om.* 1. — [16] (s. p.) p. s. 2. — [17] *om.* 1. — [18] (uno-sculpantur) una eidem marmoris crusta et exsculpantur 2. — [19] (eius sed) *om.* 2. — [20] qua 2. — [21] ego 2.

(1) Insequens textus prodit quoque in codice supra descripto C. 125 Inf., p. 272, 8°; quem cum praesente conferentes, signamus **2.** alterum autem **1.** Simillimam Passionem ed. Lagarde, *Hippolytus Romanus*, p. XIII sqq. (Lipsiae et Londini, 1858).

dos et minister et discipulus et levita, quis prius pateretur pro Christo nomine [22]. Decollatus est autem sanctus Systus episcopus [23] extra murum urbis, via Appia in loco qui appellatur clivus Martis. Rapuerunt autem christiani corpus eius et posuerunt illud [24] in cimiterio Calixti via Appia die octavo idus augustas [25], regnante D. N. I. C...

XX. Codex signatus D. 26 Inf. (olim H. 120).

Membraneus, foliorum 60, formae med. (0m,271 × 0,207), longis lineis, bellissime exaratus saeculi XV manu, quae scripturam saeculi XI, secundum italicum huius temporis morem, imitata est. Tituli rubri; litterae maiores vividis coloribus insignitae. Principio Vitae sancti Ambrosii, effulget cuiuspiam episcopi imago, auro circumdata. Folio chartaceo 1r notatum est: *Questo codice fu portato dal nobile D. Gaetano Melzi da Parigi e donato a questa biblioteca nell'anno 1847.*

Idem prorsus est atque infra describendus codex, signatus H. 56 Inf., haud exceptis plerumque mendis. Initium viginti quinque foliis truncatum est lectoremque fert in mediam sancti Materni Vitam.

XXI. Codex signatus D. 223 Inf.

Miscellanea chartacea, foliorum 190, formae med. (0m,31 × 0,21), exarata saec. XV et XVI. Ad hagiographicam rem partim conferunt

Vitae dominorum patriarcharum Aquileiensium (fol. 104r-114r).

Haec series incipit cum sancto Marco evangelista et conclusa est a Nicolao renuntiato patriarcha anno 1358.

Auctore anonymo, ed. ex hoc codice ap. Muratori, *Rerum ital. script.*, t. XVI, col. 5-18.

XXII. Codex signatus D. 525 Inf. (olim O.).

Membraneus, foliorum 159, formae maior. (0m,394 × 0,299), una manu, sed inaequali scriptura, columnis bipartitis nitide exaratus saec. XI. Tituli litteraeque capitales rubricatae; hic atque illic pergamena lacerata decerptaque est. Haec autem prodeunt documenta, accuratissime ab amanuensi exscripta:

1° Vita beati Pauli primi eremitae (fol. 1v-3v).

Auctore Hieronymo, ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Ianuarii, t. I, p. 604-7. In cod. praemissa sunt index capitulorum et *versus metrici de beato Paulo primo eremita* inediti, quos legas infra in Appendice.

— [22] (talis-nomine) *om.* 1. — [23] (s. S. e.) *om.* 2. — [24] eum 2. — [25] eadem 2. — [26] (i. a.) iduum augustarum 1.

2° Vita sancti Antonii quam edidit beatus Athanasius episcopus (fol. 3ʳ-17ᵛ).

Ed. ibid., ad d. 17 Ianuarii, t. II, p. 120-41. In cod. initio prodit partitio capitulorum; ad calcem om. epilogus Evagrii interpretis, sed succedunt inediti *Versus in laudem ipsius Antonii*, quos videsis infra in Appendice.

3° Vita beati Hilarionis (fol. 17ᵛ-23ʳ).

Auctore Hieronymo, ed. ibid., ad d. 21 Octobris, t. IX, p. 43-58. In cod. praemissa est capitulorum partitio.

4° Vita sanctissimi abbatis Severini [Noricorum apostoli] (fol. 23ʳ-31ᵛ).

Eugippio auctore, ed. ibid., ad d. 8 Ianuarii, t. I, p. 484-97 et *Mon. Germ.*, Auct. antiquissimi, t. I, p. II, p. 1-30. In cod., ad calcem Vitae, haec maiusculis litteris adiecta sunt: *Habes, egregi Christi minister, commemoratorium, de quo opus efficias tuo magisterio fructuosum. Explicit commemoratorium in quo sancti Severini Vitae continentur indicia. — Incipit rescriptum sancti Pascasii diaconi.* Sub hoc ultimo titulo sequitur epistula eiusdem ad Eugippium, quae in edd. ante ipsam Vitam occurrit.

5° Liber qui appellatur paradisus (fol. 31ᵛ-58ᵛ).

Ed. ap. Rosweyde, *Vitae Patrum*, lib. II, p. 448-57. Subsequitur carmen ineditum in auctorem lib. III Vitarum Patrum, quod reppereris infra in Appendice.

6° Liber vitae sanctorum Patrum (fol. 58ᵛ-76ʳ).

Est integer liber II ed. ibid., p. 448-85, hoc discrimine quod in cod. adscribatur S. Hieronymo, tamquam auctori, nedum Ruffino Aquileiensi, et quod praecedat capitulorum index.

7° Paenitentia sanctae Taysis (fol. 118ʳ-119ʳ).

Interprete Dionysio, ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Octobris, t. IV, p. 225, pluribus variantibus lectionibus. In codice praemissus est prologus, quem vide in Appendice.

8° Vita sive actus sanctae Euphrasiae virginis (fol. 119ʳ-124ʳ).

Ed. ibid., ad d. 13 Martii, t. II, p. 265-74.

9° Paenitentia Mariae Aegyptiacae (fol. 124ʳ-128ʳ).

Vita, auctore Sophronio, ed. ap. Rosweyde, *Vitae Patrum*, lib. I, p. 382-92, haud parum diversa interpretatione, omissoque in cod. prologo.

10° Vita sanctae Marinae (fol. 128ʳ-129ʳ).

Ed. ibid., p. 393-4. Ad finem in cod. *Deposita est autem beata virgo Marina XVI kalendarum Augustarum.*

11° Vita sanctae Euphrosinae virginis [Alexandrinae] (fol. 129ʳ-131ʳ).

Ed. ibid., p. 363-8, sed phrasi admodum discrepante.

12° Conversio vel paenitentia sanctae Pelagiae (fol. 131r-133r).

Vita, auctore Iacobo diacono, ed. ibid., p. 376-80.

13° Vita sancti Abrahae descripta a sancto Effrem diacono (fol. 133r-137r).

Ed. ibid., p. 144-50 et p. 368-73, ubi de vita S. Mariae meretricis, neptis Abrahae eremitae.

14° Vita sancti Malchi monachi, descripta a sancto Hieronymo presbytero (fol. 137r-138v).

Ed. ibid., p. 93-6.

15° Aliquanta capitula ex libro historiae ecclesiasticae gentis Anglorum excerpta, quam venerabilis presbyter Beda ad multorum edidit profectum (fol. 138v-158r).

Scilicet aliquot capita hagiographica, desumpta ex quinque libris commemorati operis ed. ap. Petrie, *Monumenta histor. Britannica* (1848, fol.), et alia saepe phrasi concinnata. Quod compendium incipit a missione S. Augustini ad Anglos (ibid., p. 129, lib. I, cap. XXIII) et conclusum est sanctissimi monachi Egberti obitu (ibid., p. 282, lib. V, cap. XXII). Praemissus est contractorum capitulorum index quem videsis in Appendice.

Inc.: *Anno ab incarnationis Domini quingentesimo octuagesimo secundo, Gregorius, vir doctrina et actione praecipuus, pontificatum Romanae et apostolicae sedis sortitus est.*

16° [Visio Sergii, Theophili et Hygini de sancto Machario Romano] (fol. 158r-158v).

Fragmentum Vitae fabulosae ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Octobris, t. X, p. 566-7, num. 6.

Appendix ad cod. D. 525 Inf.

De sancto Paulo eremita (Cfr. supra, p. 290, 1°) (1).

Versus metrici de beato Paulo, primo eremita [1].

Si cupis o nostrum scitare, docte, libellum
  Partim quod retinet, hoc epigramma docet.
Principium sollers vigilante pectore lector,
  Ilicet hoc relegens nosse valebit enim.

[1] editi a sancto Hieronymo *add.* 2.

(1) Insequens textus etiam occurrit, sed depravatus, in codice infra describendo, signato I. 61 Inf. Quem cum praesenti cod. conferimus. Proin D. 525 Inf. = **1**; I. 61 Inf. = **2**.

Sic rutilant Pauli vitae monimenta beati,
Qui primus eremi semita ponsque fuit.
Quam rudis in trito progressus calle viator
Mox pate mirificis fecit [2] in orbe viris.
Humanos fertur visus latuisse quot annis,
Mixtus nempe choris saepius angelicis.
Sumptus palma viro tegmenque vetusta sub antro,
Vitreus ac potum fons dedit irriguum.
Caelitus haec primis iuvenem comitata sub annis
Ignaro tribuunt velle fruique bono.
At duodena senem corvus per lustra minister [3]
Ceu [4] vatem quondam pavit ab axe volans.
O nimium dilecte Deo, tibi militat ales
Cum tua mens sacris iugiter excubiis [5].
Nulla tuos umquam foedarunt improba mores,
Purus ab humanis [6] tu pater illecebris.
Et ne tanta forent scelera incognita nostris [7],
Accurrit tremulo concitus ore senex,
Cui tamen emeritae concessit stigma senectae [8]
Extima mirifici cernere gesta viri.
Nec mora, cum niveis adnexus in aethere turmis [9]
Altithroni properas regis ad obsequium.
Tum quoque suprema famulati sorte leonis
Ah! nimium funus congemuere tuum.
Pulvereisque sacer tumulatus pulvis arenis [10]
En te, Paule, tenent aurea tecta poli [11].
Nunc potis [12] es nostros miserans fulcire precatus [13]
Ut dentur placidae dona reis veniae.

De sancto Antonio abbate (Cfr. supra, p. 291, 2°) (1).

Incipiunt versus in laude ipsius.

Sidus in orbe [1] poli splendorque perennis Olympi,
Tu lux astrorum, tu decus astrigerum [2],
Te nunc oro meas [3] illustres caelitus odas,
Quo tua depulsis dona boent tenebris.

— [2] (p. m. f.) f. p. m. 2. — [3] ministrat 2. — [4] seu 2. — [5] excubuis 1; *om.* 2. — [6] humanas 2. — [7] *om.* 2. — [8] senec 2. — [9] *om.* 2. — [10] ar 2. — [11] *om.* 2. — [12] potens 2. — [13] *om.* 2.

[1] ordine 2. — [2] aligerum 2 *et ante corr.* 1. — [3] cronicas 2.

(1) Cfr. supra, p. 292, nota 1.

Nam te[4] priscorum quondam praecordia vatum,
Lucifer, o votis expetiere suis.
Ac procul umbriferae stantes sub tegmine ficus
Venturum mitem te cecinere ducem,
Conspicuo cuius radiandum protinus ortu
Per convexa polum climata perque solum.
Illis velata Moysi sub fronte latentis
Tandem vix tenuis transitus emicuit.
Cum glacialis hiems gelida sub nocte rigescens
Sidereo viduas redderet axe dies,
At[5] nos Luciferi gestimus lumine magni,
Quo stat mane novum, quo nitet omne bonum.
Qui dedit aurorae croceos diffundere crines,
Qua veniente fides ac revocata dies.
Extemplo cunctas divinum lumen et oras
Attigit ac pullam depulit orbe labem.
Germen apostolicum nec non ceu lucis opacum
Protinus infulsit per sua signa iubar.
Angelicus sedis patuit post denique coetus,
In quo perspicuus dux manet Antonius.
Amplis qui meritis praecelsus et actibus almis
Ut decor astrigera sparsus ab arce micat.
Aegyptus quondam tenebris adoperta veternis,
Sidere tripudiat irradiata suo.
Nam postquam veri potita est lumine[6] solis,
Ipsa sibi stellam protulit eximiam,
Quae sic Tafniticis[7] generosa refulsit ab oris
Ut sibimet socias sciseret innumeras.
Huic ego nunc lyricas modularier opto camenas.
Sedne quid exiguus pangere tanta stilus ?
Hic mihi, summe sator rerum, tuus adsit inerti
Aspirans lituus consona ceu potis est.
Ergo age, nostra[8] rudem dissolvens cithara plectrum
Incipiat tandem dona referre Dei.
Anachoreta potens, pastor, patriarcha, magister
Antonius monachis norma decusque fuit,
Inclita quem veterum produxit origo parentum
Ac prolem castis excoluit studiis.
Non illum graciles docuit formare cachinnos,
Aut umquam stolidis ludere cum pueris.

— [4] tunc 2. — [5] ut 2. — [6] (e l.) illumine 1. — [7] (s. T.) sita Fiutiois 2. — [8] nostram 2.

Ob hoc egregiam sectatus mente[9] senectam,
  Contradidit monitis pectora pura sacris,
Cum non vaniloquis assuetus plaudere circis,
  Simplicitate foret ac probitate gravis.
Ac velut annosae gignit quem virgula palmae
  Exsuperat matris dactilus ora suae,
Quae centena suos monstrat post tempora fructus.
  Quam satis agricolis aspera[10] condicio,
Semper haud[11] experta suavis dulcedine pomi,
  Spes quibus in veteri cespite nulla fuit,
Parturit ast[12] fetus si fors veterana novellos[13]
  Excolitur totis cara deinde modis;
Sic[14] puer illustris genium virtutis avitae
  Transgreditur titulis, dotibus atque probis.
Cuius adhuc teneris aetas vegetanda sub annis
  Sobria iam dextrum scandere gestit iter.
Mox quoque[15] per validum puerili pectore robur
  Concipitur voto nil remorante[16] suo.
Cassus enim gemino suprema sorte parente
  Deditus immenso fit[17] magis inde patri,
Splendida cum sacri repetens penetralia templi
  Iugibus incumbit[18] pervigil excubiis,
Mitis ut ex aditis vigilante corde reclusis
  Hauriat altithroni mystica verba ducis,
In quibus alma sacer promulgat iura[19] minister,
  Pandens christicolis limpida signa piis.
At nunc[20] eventu monitis caelestibus, inquit
  Haec evangelica concionante tuba:
Quisque cupis Domini perfectus rite vocari,
  En via, vita brevis, vende caduca suis.
Sit[21] *manus ex proprio tibimet*[22] *bene prodiga censu,*
  Dispensans aliis quae[23] *male parca fovet.*
Nec[24] *solida fractis spectans marsupia nodis.*
  Crastina proturbet[25] *sollicitudo fidem.*
Nonne vides ut certa legum moderamina censens[26]
  Liliolum, volucres vestit alitque pater?
Decute divitias; illis tu carior exstas,
  Tu, facies Christi, tu pia cura Dei.

— [9] vite 2. — [10] asperata 1,2. — [11] aut 2 *et ante corr.* 1. — [12] (p. a.) parturita est 2. — [13] novello 2. — [14] si 2. — [15] (m. q.) moxque 2. — [16] remorande 1. — [17] sit 2. — [18] (Iugibus inc.) incumbit iug. 1, 2. — [19] alma 2. — [20] tunc 2. — [21] fit 2. — [22] timet 2. — [23] quoque 2. — [24] haec 2. — [25] proturbat 2. — [26] censes 2.

Ne trepidate, viri; caelestis primus[27] *abundat,*
Quin et multiplices auget[28] *amoenus opes.*
Denique centuplici cumulantur faenore cuncta
Provida quae[29] *condo, dextra recondit eo.*
Talibus insignis, dociles nam pertulit aures,
Imbuitur monitis anxia mens iuvenis.
Nec mora; continuo radiis perfusus opacis
Accelerat volucri pernicitate domum.
Tum patriis gravidos fiscis nummisque crumenos
Scindit et indigenis dividit[30] intrepidus.
Vicanis oleas largitur abinde trecentas
Dapsilis atque gravi fasce levatus ovat.
Nam veluti celebris quisquam sollempnia mensae
Invitatus adit concitus ac hilaris,
Haud[31] secus iste tiro flagrans[32] ardore pudico
Insequitur magni[33] fulva trophaea ducis,
Atque crucem nudam fragili nudatus amictu
Subvehit instanter pondere fultus eo.
In cruce[34] pax belli, victoria summa lacerti
In cruce quin vires exerit ampla fides.
Ilicet ergo senum rimans exempla piorum
Incitat ad sacrum se magis obsequium.
Septa deinde petit studiis bene parta verendis
Insistens operi continuaeque preci.
Ardua nec mitem solvunt ieiunia mentem,
Dum pariter somno continet atque cibo.
Hunc ubi conspicuis vidit radiare sub armis
Aemula virtutum saevaque barbaries,
Nomina mille sciens, artes quoque mille nocendi
Circumdat iaculis pectus herile sui .
Quae tamen actutum clypeo depulsa fideli
Frustratis recipit tela cruenta dolis.
His accensa super furiis glomerantur[35] et una
Insurgunt rabidis agmina dira flagris
Et magis atque magis, donec rutilante[36] superno
Lumine larvales aufugiunt acies.
Accito corporeos virtus regressa per artus
Nec minus ad formam machina lapsa suam.
Tunc sacer Antonius dictis sublimibus infit :
Dic ubi, dux[37] *Iesu, dic ubi, pastor, eras ?*

— [27] protinus 2. — [28] angor 2. — [29] quam 2. — [30] et *add.* 1. — [31] aut 2. — [32] flagrabat 1. — [33] magna 2. — [34] crue 2. — [35] glomeratur 2. — [36] rutilantes 1. — [37] die 2.

Olli subridens: ***Aderam, sed fas tibi fido***
Decertare fuit nunc, ait, ***ut decuit.***
Quocirca totas renitens fundetur in oras
Maxima fama tui; tu quoque victor eris.
Post igitur claustris sese ad deserta relictis
Confert et montis praescius antra subit.
Quid referam pulsos diuturna caede [38] colubros
Aut tot permodicis lustra recursa [39] cibis?
Spirituum varios nigrorum saepius illum
Expurgasse globos ac superasse dolos.
Quam sollers, humilis, gratus fuit atque benignus
Quae vox expediet, fistula quaeve canet?
Virtutum cultor, doctrinae mysticus auctor
Instruxit regulis milia [40] multa piis.
Quem non celsiviri concussit opinio summi?
Aut quae gens magnum non cupit Antonium?
Hunc Indus Partusque strepet, hunc Pictus et Anglus,
Praedurique Getae fortia gesta pavent.
Quisquis ab occiduo concurrit, quisquis ab Euro,
Aeger ad hunc, rediit mox salus apta sibi.
Et iam curriculis senior virtute peractis
Quinque super centum lactea colla dabat.
Sensus uterque viget, parilis medicina refulget
Intemerata viro visus et ora manent.
Sicque triumphalem princeps sortitus honorem [41]
Conscendit niveis septus ad astra choris [42].

CARMEN IN AUCTOREM LIBRI VIII VITARUM PATRUM (Cfr. supra, p. 291, 5°) (1).

Hoc sacer Heraclides limato famine praesul,
Fortia priscorum repetens monimenta virorum,
Candidulum confecit opus, virtutis ut index,
Exemplarque foret, radiantum normaque morum,
In quibus aetherii redhibetur portio regni.
Unde nec immerito paradisum iure vocandum
Censuit ipse suum mira sub sorte libellum,
Cui [1] sacrosancta patrum monitis congesta beatis [2]

— [38] sede 1 *et ante corr.* 2. — [39] recusa 2. — [40] milla 2. — [41] honor est 2. — [42] Expliciunt versus beati Athanasii, quos edidit in laude beati Antonii ***add.*** 2.
[1] tui 2. — [2] ab ea 2

(1) Cfr. supra, p. 292, nota 1.

Indidit [3] acta potens quibus intima saepsit [ ]
Alma fide solidis iugiter comitata sub armis
Dum perdura gravi certanti praelia Marte
Longa licet [4] tenui nimium per tempora pastu
Lurida ieiunis [5] gestarent pectora fibris [6]
Ingentes animos celebresque tulere triumphos;
Quos propter placida iam nunc in sede repausant [7]
Intertexta rosis spirant ubi lilia rubris,
Mixtaque puniceum pingunt violaria sertum,
Atque suo nardus redolens in gramine pulcher [8].
Hinc sibi purpureum croceo complexus acantho
Narcissum nectit [9], illinc quoque sciscit [10] amomum.
His pater almifico venerandus dogmate [11] pollens
Intendens varios sollerter inesse nitores
Ceu paradisiaco calatis in nemore fartis [12]
Florigerum rutilis compinxit stegma figuris.
Sumite [13] caelicolae vernantis dogma libelli.
Proderit et vobis; medicamina sumite cordis.
Non hic grandisoni reboant figmenta cothurni,
Sed pia veridici fulgent documenta magistri
Quisquis iustitiae, quisquis pietatis alumnus
Et cui fraternis recalent praecordia taedis;
Quique tuis ultro conculcans fribola blandis
Providus insani spernis discrimina mundi [13],
Suscipe melliflui gratanter munera plectri [14].
Haec via [15] promissi quae scandit ad atria regni,
Iure colenda tibi ne fors [16] male flexa [17] retrorsum
Marmoreae cervix statuae vertatur ad instar [18].

PROLOGUS IN VITAM SANCTAE THAISIS (Cfr. supra, p. 291, 7°).

Domino carissimo mihi fratri Pastori abbati Dionysius (1).

Sanctae Tahisiae quondam meretricis mirabilem paenitentiam simplici sermone conscriptam, quam inter alios eximiae conversationis viros Aegyptus * protulit

* *cod.* Aegyptios.

— [3] induit 2. — [4] scilicet 1.2. — [5] ieiuniis 2. — [6] libris 2. — [7] pausant 2. — [8] pulchrum 2. — [9] nentit 2. — [10] scissi 2. — [11] dogma 2. — [12] partis 2. — [13] (sumite — mundi) *om.* 2. — [14] pe 2. — [15] *om.* 2. — [16] forsan 1. 2. — [17] male reflexa 2. — [18] (marmoreae — instar) *om.* 2, *sed add.:* Scriptorum culpa falsantur carmina multa.

(1) Videtur esse ille Dionysius, cognomine Exiguus († circa 530), qui Vitam sancti Pachomii abbatis aliaque bene multa opera ex graeco sermone in latinum interpretatus est.

alium fecunda virtutum, de graeco me transferre iussisti. Sume igitur ad oblitterationem delictorum grande, ut spero, compendium. Quis enim, licet multis et gravibus peccatorum vinculis obligatus, non huius venerandae mulieris provocetur exemplo, de suae absolutionis non desperare remedio? Nec nos satisfactionis eius qualitas ardua difficilisque deterreat, quae, voluntario carcere passa se concludi, parvi temporis poena fugit aeterna supplicia. Potens est enim misericors et omnipotens Deus ut qui illi tantae patientiae contulit praemium, nobis paenitentiae largiatur affectum, quatenus a peccatis mortiferis abstinentes cotidiana proficiamus indulgentia, per quam Domini nostri misericordiam consequamur, qui per prophetam testatur et dicit: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat.* Ora pro me, venerabilis frater.

Incipit actus sive paenitentia eiusdem.

Salutis humanae aeterni regis aditum paenitentibus patet. Et si quorumcumque sit quisque nexibus facinorum praegravatus, si ex toto cordis convertatur arcano, facile veniam promerebitur delictorum. Nam scriptum est: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Et alibi: *Amplius est gaudium in caelo super uno peccatore paenitentiam agente, quam super nonaginta novem iustis qui non peccaverunt.* Nam erat quaedam meretrix nomine Taisis...

INDEX CAPITULORUM EX BEDAE HIST. ECCL. CONTRACTORUM

(Cfr. supra, p. 292, 15°).

Incipiunt capitula.

I. Qualiter Augustinus a beato Gregorio ad praedicandum genti Anglorum missus est.
II. De susceptione ipsius et licentia data praedicandi.
III. De institutione suae ecclesiae.
IIII. De abbate monasterii, quod primum construxit.
V. De miraculo, quod ab eo in synodo peractum est.
VI. De Laurentio qui ei successit in episcopatum.
VII. De sanctissimo viro Mellito.
VIII. De Osvald Anglorum rege et Aeidano episcopo venerando.
VIIII. De insigni pietate ipsius regis.
X. De maxima eius fidei fiducia et cruce lignea.
XI. De miraculis pulveris vel loci in quo interfectus est.
XII. De pulveris miraculo alio.
XIII. De miraculo quod in translatione corporis eius monstratum est.
XIIII. De alio miraculo, quod ad tumbam eius patratum est.
XV. De miraculo ligni in quo caput eius infixum fuit.
XVI. De fratre ipsius Osvino.
XVII. De antistite Aedano et meritis eius et olei miraculo ab eo benedicti.

XVIII. (1) De incendio hostili ab eo per orationem frustrato.
XVIIII. De miraculo destinae cui incumbens obiit.
XX. De parsimonia eius et successorum eius.
XXI. De Earcongate filia regis Anglorum et transitu eius.
XXII. De sancto viro Furseo et visione eius.
XXIII. De Ceadda venerabili praesule et transitu eius.
XXIIII. De Vimfrido episcopo honesto viro et sorore eius.
XXV. De miraculo quod in monasterio eius patratum est.
XXVI. De alio miraculo in monasterio antefato peracto.
XXVII. De miraculo quod ea transeunte apparuit.
XXVIII. De miraculo quod in cimiterio factum est eiusdem monasterii.
XXVIIII. De rege Sebbi devotissimo Dei viro.
XXX. De praefato Vinfrido et mirabilibus eius.
XXXI. De miraculo quod tempore mortalitatis in praefato monasterio factum est.
XXXII. De Eldildrida mirabili regina.
XXXIII. De miraculo, quod in milite quodam, qui in praelio cecidit, contigit.
XXXIIII. De religiosissima Christi famula Ild.
XXXV. De transitu eiusdem.
XXXVI. De fratre qui divina gratia carmen edere solitus est.
XXXVII. De monasterio quodam flammis per incuriam consumpto.
XXXVIII. De sancto ac venerabili viro Cudbercto.
XXXVIIII. De anachoritica eius vitae virtute.
XL. Qualiter invitus ad episcopatum perductus sit.
XLI. Qualiter transitum suum idem vir sanctus praedixerit.
XLII. De miraculo corporis eius illaesi inventi.
XLIII. De miraculo ad sepulcrum eius ostenso.
XLIIII. De miraculo capillorum eius.
XLV. De Oidivald venerabili viro.
XLVI. De Iohanne magnifico episcopo et paupere muto curato.
XLVII. De virgine Dei ab eodem visitata.
XLVIII. De coniuge cuiusdam comitis ab eo sanata.
XLVIIII. De puero comitis alterius curato.
L. De eo qui ex equo ceciderat per illum revocato.
LI. De famulo Dei Egbercto.
LII. De duobus Ewaldis martyribus.
LIII. De quodam qui a mortuis resurrexit et visione eius.
LIIII. De alio qui non sibimet, sed aliis resurgendo profuit.
LV. De fratre quodam in monasterio nobili ignobiliter vivente.
LVI. De Adaman presbytero et abbate monachorum.

(1) Abhinc usque ad numerum XLV, ad singulorum capitulorum indicationem subsequuntur numeri romani.

LVII. De loco Dominicae nativitatis.
LVIII. De loco Dominicae ascensionis.
LVIIII. De Natiton, rege Pictorum et epistula ad eum directa de Paschae observatione.
LX. De his, qui in insula Hi erant monachi, qualiter verum Pascha praedicante Egbercto susceperint.
LXI. De obitu sanctissimi viri Egbercti.
Expliciunt capitula.

XXIII. Codex signatus E. 21 Sup.

Membraneus, foliorum 129, formae min. (0^m,170 × 0,119), lineis plenis, una manu exaratus saec. XV. Tituli rubricati sunt; maiores litterae rubro vicissim et caeruleo colore illitae; nonnullae paulo ambitiosius decoratae. Folio 1^v eadem fere aetate scriptum est : *Hic liber est Domini Hieronymi Calchi et scholae eius.*

1° Vita beatissimi Hieronymi cardinalis et doctoris magnifici (fol. 2^r-11^v).

Ed. in *Legenda aurea* Iacobi a Voragine, phrasi identidem haud parum immutata.

2° Nunc de eius translatione (fol. 11^v-12^r).

Auctore Ioanne Andrea, ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Septembris, t. VIII, p. 635, num. 1086. In cod. subsequuntur versus descripti *in sepulcro sancti Hieronymi*, ed. ibid., p. 640, num. 1109.

3° Epistula beati Eusebii, discipuli beati Hieronymi, quam scripsit Damasio episcopo et Theodosio senatori Romanorum de morte eiusdem Hieronymi (fol. 12^r-65^v).

Auctore Pseudo-Eusebio, ed. *P. L.*, t. XXII, p. 239-82.

4° Epistula sancti Augustini Hipponensis episcopi ad beatum Cyrillum episcopum, de magnificentiis sancti Hieronymi, cardinalis et doctoris (fol. 65^v-75^v).

Ed. ibid., p. 281-9.

5° Epistula sancti Cyrilli episcopi ad beatum Augustinum episcopum de miraculis sancti Hieronymi doctoris eximii (fol. 75^v-121^v).

Ed. ibid., p. 289-326.

6° Miracula per beatum Hieronymum facta in Troia, civitate Apuliae et primo de ecclesia ordinata feliciter (fol. 122r-126r).

Auctore Ioanne Andrea, ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Septembris, t. VIII, p. 657 sqq., numm. 1191-2, 1195-6, 1203-4, 1206, 1208, discrepante saepe ratione describendi nomina propria.

XXIV. Codex signatus E. 22 Inf.

Membraneus, foliorum 143, formae maior. (0m,390 × 0,275), binis columnis, pluribus manibus variaque scriptura nitide exaratus saec. XI. Litterae capitales parce exornatae et plerumque coloratae praeeunt titulis rubricatis, qui fuerunt liturgicis caeremoniis aptati. Passim margines lectoris saeculi XV notas referunt, sicut anterius folium insiticium, indicem eiusdem aetatis.

Qui vero plurium Vitarum delectum enarrandique modum attentius inspexerit iure coniciet hunc codicem esse Mediolano oriundum.

1° Depositio beatae memoriae et episcopi Martinii *(sic)* (fol. 1r-2v).

Sub hoc titulo occurrunt epistula Sulp. Severi ad Bassulam, ed. ap. C. Halm, *Corpus Script. eccl. latin.*, t. I, p. 146-51, et Gregorii Turon. *Hist. Franc.*, lib. I, cap. 48 versus finem (usque *sunt reversi)*, et *De virtutibus S. Martini*, lib. I, cap. 4-5.

2° Revelatio beatissimi episcopi et confessoris Savini et inventio sancti martyris Antonini (fol. 2v-3r).

Ed. ope huius cod. *Anal. Bolland.*, t. X (1891), p. 119-20.

3° Passio beatissimi sacerdotis et martyris Romani (fol. 3r-4v).

Accedit, si narrationis seriem attenderis, ad passionem ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 243r-245r. Sed ipsa phrasis prorsus diversa est, ita vero ut textus codicis videatur anteponendus.

Inc.: *Asclepiades praefectus, cum esset persecutor christianorum, voluit ingredi ecclesiam Dei. Audiens haec sanctus Romanus cucurrit ad ecclesiam ; et convocans ad se plebem ait illis : Asclepiadem praefectum factorem daemoniorum comperi velle ingredi ecclesiam Dei. Stemus ergo fideliter, fratres, in nomine Dei.*

4° Passio beatissimi Clementis martyris et episcopi (fol. 4v-7r).

Ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 193r-194r, pluribus lectt. variantibus. In cod. omm. ultima verba.

5° Tertio ante kalendarum *(sic)* decembris, passio sanctorum Chrysanthi et Dariae (fol. 7r-13r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Octobris, t. XI, p. 469-84.

6° Passio beatissimi Andreae apostoli (fol. 13r-14r).

Auctore Pseudo-Abdia, *Apost. Hist.*, lib. III, cap. 39 med. — 42 (ap. Fabricium, *Codex apocryphus N. T.*, t. I, p. 508-15) pluribus variantibus lectt.

In cod. incipit : *Praedicante et docente verbum Dei sancto Andrea apostolo apud Achaiam, comprehensus est ab Egeatha proconsule in civitate Patra. Egeatha proconsul dixit : Tu es Andreas qui destruis templa deorum et persuades homines ad superfluam et superstitiosam sectam, quae nuper a vobis inventa est. Andreas respondit : Ego sum qui praedico verbum veritatis...*

7° [De beato Castriciano] (fol. 14v-17r).

Ed. ap. A. Biragum, *Datiana historia Ecclesiae Mediolanensis*, p. 35-46.

8° VI kal. decembris, depositio sancti Nicolai episcopi et confessoris (fol. 17v-24v).

Vita " ex B. Methodio per Iohannem diaconum ecclesiae sancti Ianuarii " deducta, ed. ap. Carminium, *Sancti Nicolai Acta primigenia* (Neapoli, 1751) p. 113-22, scilicet cap. II-XIV, cum additamento postremi huius capitis, ed. ibid., p. 126.

9° Vita sancti Ambrosii episcopi et confessoris Mediolanensis ecclesiae (fol. 25r-32v).

Auctore Paulino, ed. *P. L.*, t. XIV, p. 27-44, num. 51 medio.

10° VIII kal. maii, sancti Georgii martyris (fol. 33r-35r).

Inc. : *Imperante igitur impio Datiano Medorum et Persarum diversisque erga regiones civibus suggerente diabolo facta est ingens in christianos persecutio.*

Des. : *Delapsus ab aethere ignis consumpsit Datianum omnesque qui cum eo fuerant. Eorum autem summa qui per beatum Georgium Christum Dominum sunt confessi simul cum Alexandria dicuntur fere fuisse 30 milia. Passus est autem beatus Georgius septem annorum curriculis, completo martyrio octavo kalendarum Magiarum feliciter migravit ad Dominum... Amen.*

11° VII kal. maii, sancti Marci evangelistae (fol. 35v-37r).

Vita ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Aprilis, t. III, p. 347-9.

12° IIII kal. maii, sancti Vitalis martyris [Ravennatis] (fol. 37r-37v).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 346r-346v. Codex lectt. variantibus abundat.

13° Kal. maias *(sic)* sancti Iacobi [minoris] apostoli (fol. 37v-38r).

Ed. ex cod. Carnotensi 144, *Anal. Bolland.*, t. VIII (1889), p. 136-7.

14° Passio sancti Philippi apostoli, die I kal. maii (fol. 38r-38v).

Auctore Pseudo-Abdia, ed. ap. Fabricium, *Codex apocryphus N. T.*, t. I, p. 738-42.

15° v nonas maii, inventio sanctae crucis (fol. 38v-42r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Maii, t. I, p. 445-8, inter Acta apocr. S. Iudae-Quiriaci.

16° VIII idus maii, sancti Victoris martyris [Mediolanensis] (fol. 42r-44r).

Ed. ibid., ad d. 8 Maii, t. II, p. 288-90. In fine cod. internexa sunt quae ut falsa expunxerunt bollandiani.

17° Translatio sancti Nazarii martyris (fol. 44r-45r).

Fragmentum Vitae sancti Ambrosii, auctore Paulino, ed. *P. L.*, t. XIV, p. 38, num. 32 cum clausula ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 183v.

18° Depositio sancti Syri episcopi Ticinensis (fol. 45r-50v).

Vita ed. ap. C. Prelini, *San Siro primo vescovo e patrono della città e diocesi di Pavia*, t. I, p. 178-216 (Pavia, 1880, 8°).

19° [Vita sancti Iventii, episcopi Ticin.] (fol. 50v-53r).

Narratio cum superiore Vita concatenata, ed. ibid., p. 218-32.

20° VIII kal. iun., depositio beatae memoriae confessoris et episcopi Dionysii [Mediolan.] (fol. 53r-58v).

21° Passio sancti Theodori martyris [Amaseae] (fol. 58v-61v).

Ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 322r-323v.

22° IIII kal. iun., sanctorum Sisinnii, Martyrii et Alexander *(sic)* (fol. 61v-63r).

Passio ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Maii, t. VII, p. 40-1.

23° IIII nonas iun., sancti Erasmi martyris (fol. 63r-67r).

Ed. ibid., ad d. 2 Iunii, t. I, p. 213-6, variantibus lectt.

24° IIII idus iunius *(sic)*, passio sancti Pantaleonis (fol. 67r-73r).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 190v-193r.

25° III idus iunii, festivitas beati Barnabae apostoli (fol. 73r-75r).

Ed. ap. A. Biragum, *Datiana historia Ecclesiae Mediolanensis*, p. 8-15.

26° XVIII kal. iulii, passio sanctorum Cantianorum (fol. 75r-76v).

Sicut in cod. D. 22 Inf., 13°, p. 284.

27° XVII kal. iulii, passio sancti Viti martyris (fol. 76v-84r).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 347r-349r. Sed in cod. praemissus est prologus, ed. *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 11, 38a.

28° XIII kalendarum iuliarum, sanctorum martyrum Gervasii et Protasii (fol. 84v-86r).

Epistula S. Ambrosii, ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Iunii, t. III, p. 821-2.

29° Epistula sancti Ambrosii episcopi et tractatus de inventione sanctorum Protasii et Gervasii (fol. 86r-88v).

Epistula ad S. Marcellinam. ed. ap. P. A. Ballerini, *S. Ambrosii opera omnia*, t. V, col. 157-64.

30° VI kalendas iulias, sanctorum Iohannis et Pauli (fol. 89r-92r).

Scilicet Acta S. Gallicani martyris ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Iunii, t. V, p. 37-9; et Acta SS. Iohannis et Pauli martyrum, ed. ibid., ad 26 Iunii, t. V, p. 159-60.

31° III kalend. iulii, natale sanctorum Petri et Pauli (fol. 92v-100r).

Auctore Pseudo-Marcello, ed. ap. I. A. Fabricium, *Codex apocryphus N. T.*, t. II, p. 632-53.

32° VI kal. *(sic)* iulii (1), passio sancti Thomae apostoli (fol. 100r-108v).

Ed. ap. M. Bonnet, *Acta Thomae*, p. 96-132 (Lipsiae, 1883). Sed in cod. additum est ad calcem : *Martyrizatus est autem beatus Thomas apostolus in India provincia, die sexto nonarum octobrium. Regnante... Amen.*

33° III non. *(sic)* passio beatissimae virginis Margaritae [Antioch.] (fol. 108v-114v).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 102r-106r.

34° Passio sanctorum martyrum Naboris et Felicis (fol. 115r-117r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Iulii, t. III, p. 292-4.

35° XVI kal. iulii, depositio sancti Quirici martyris et matris suae Iulittae martyris (fol. 117r-121r).

Sub hac rubrica enarrata est passio eorundem martyrum ; quae si rem spectes,

(1) Usque ad annum 1560, in kalendario Missalis Ambrosiani, indicabatur V nonas Iulias Translatio S. Thomae apostoli. Quam Missalis Ambrosiani anno 1594 typis editi kalendarium omisit, et ita deinceps.

accedit ad Passionem ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Iunii, t. II, p. 28-30, cap. I; sed stilus est prorsus diversus, prodigus dialogorum et quidem inanium.

Inc. prologus : *Laudabile satis est et ad regis aetherii gloriam totis praeconiis attollendum, quod in eius exercitu diversi sexus et aetatis athletae.*

Inc. Vita : *Sub Alexandro igitur iniquissimo praesule, qui principatum Antiochiae civitatis usurpative quodammodo praeripuerat, Diocletiano et Maximiano augustis, sacra adversum christianos et perquam truculenta circumquaque orta est persecutio...*

36° Actus et vita beatissimae et virginis [Mediol.] Marcellinae (fol. 121r-124r).

Ed. ibid., ad d. 17 Iulii, t. IV, p. 234-8.

37° xv kal. aug., depositio beatissimi Materni episcopi [Mediolan.] et confessoris (fol. 124r-127r).

Pars Vitae ed. ibid., ad d. 18 Iulii, t. IV, p. 365-7 (num. 1-9).

38° x kal. aug., passio beatissimi martyris et episcopi Apollinaris [Ravennatis] (fol. 127r-132r).

Ed. ibid., ad d. 23 Iulii, t. V, p. 344-50.

39° viii kal. aug., passio sancti martyris Iacobi apostoli et evangelistae, filii Zebedaei, fratris Iohannis apostoli (fol. 132r-134v).

Auctore Pseudo-Abdia, ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 18v-20v. Sed in cod., saec. xv addita est sub fine haec notula : *Hic deficit de sepultura eius in Galitia.* Quae lacuna margine inferiore suppleta est. Inc. *De eius sepultura narratur quod et discipuli eius...* Cfr. *Acta SS.*, ad d. 1 Novembris, t. I, p. 21-2.

40° vii ante kal. aug., passio sancti Christofori martyris (fol. 134v-138v).

Ed. *Acta SS.*, ad d. 25 Iulii, t. VI, p. 146-9. Sed abundant lectiones variantes. In fine : *Passus est autem sanctus Christoforus die octavo kalendas Augusti.*

41° Passio sanctae Christinae martyris, octavo ante kalendas aug. (fol. 137v-141r).

Ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 203r-205r.

42° xxviii die mensis iulii, passio sanctorum martyrum Nazarii et Celsi (fol. 141r-143r).

Ed. *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 50-4.

43° Passio sanctorum Abdon et Seni (fol. 143r-144r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Iulii, t. VII, p. 137-8. Sed in cod. incipit verbis quae alibi Passioni sancti Polychronii praefixa sunt.

XXV. Codex signatus E. 48 Sup.

Chartaceus, foliorum 89, formae min. (0^{m},21 × 0,125), plenis lineis, una manu conscriptus exeunte saec. XV. Initio notatum est: *Ex dono Io. Baptistae Portae, Neapolitani.* Suppetit hagiographicum documentum unum

Vita sancti Pauli primi eremitae (fol. 81^{r}-87^{v}).

Auctore Hieronymo, ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Ianuarii, t. I, p. 604-7.

XXVI. Codex signatus E. 84 Inf. (olim E. 89 et E. 101 Inf.)

Membraneus, foliorum 296, formae maior. (0^{m},414 × 0,298), binis columnis, una manu nitide exaratus saec. XII. Nonnihil detrimenti cepit tum ex umore, tum ab improba manu, quae multa folia laceraverit et quattuor avulserit. Quod accidisse videtur post saec. XV, nam paginarum numerus manu huius aetatis exactissime indicatus identidem abruptus est, et ante saec. XVII, quia praefixus ea tempestate foliis insiticiis chartaceis index paginatus demptorum foliorum rationem habet. Litterae maiores rubricatae sunt, sed ornatu carent.

Codex mendis librarii deturpatus est. Ex duplici festo sancti Fidelis, Novocomensis martyris (cfr. infra, 29° et 82°) pronum est concludere illum codicem ad provinciam Mediolanensem pertinere.

1° vi kal. ian., vita Iohannis apostoli et evangelistae (fol. 1^{r}-5^{r}).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 29^{v}-32^{r}, col. 2^{a}, l. 33. Sed in cod. sic incipit: *Ad Iohannem nunc evangelistam flectamus articulum; et ad Dominum qualiter de hac luce migraverit explicemus;* et prima Mombritii Vitae transumpta sententia, pergitur sicut apud eundem, fol. 29^{v}, col. 1^{a}, l. 3.

2° Vita vel acta sancti Silvestri papae, pridie kal. ian. (fol. 5^{r}-19^{v}).

Ed. ibid., t. II, fol. 278^{v}-292^{r}, col. 1, l. 46. Sed in cod. desunt prologus conclusioque paraenetica, et occurrunt lectiones variantes multae. — Adnexae sunt duae appendices: prior ed. *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 253, 13°, altera, ed. ibid., p. 119, 65°.

3° x kal. iul., passio sanctorum Iuliani et sociorum eius (1) (fol. 19^{v}-31^{r}).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 9 Ianuarii, t. I, p. 575-87. Sed in cod. omm. prologus et conclusio sub num. 64.

(1) Saec. XV adiectum est: „*cellebrentur die XXII mensis iunii*„. Nunc, secundum Ambrosianam liturgiam, celebrantur die 21 iunii.

4° xvii kal. februar., passio sancti Marcelli papae (fol. 31r-34v).

Ed. ibid., ad d. 16 Ianuarii, t. II, p. 5-9.

5° Passio sanctorum Marii et Marthae, Audifax et Abacuc (fol. 34v-37r).

Ed. ibid., ad d. 19 Ianuarii, t. II, p. 216-9.

6° Passio sancti Sebastiani martyris (fol. 37r-44r).

Auctore Ambrosio, ed. ibid., ad d. 20 Ianuarii, t. II, p. 265-75 (num. 63). — Sed in cod. ob duo folia excisa deest textus a num. 49 *(Ex ore Tranquillini)* ad num. 61.

7° Passio sancti Tiburtii mille mar *(sic)* (fol. 44r-47r).

. Ed. ibid., p. 274-8. — Inferiore cod. margine, eadem saec. XV manu annotatum est: *celebratur die XII augusta.*

8° Eodem die passio beati Fabiani *(sic)* martyris (fol. 47v).

Fragmentum Vitae ed. sub titulo *Passio sanctae Bebianae virg.* in *Bibl. Casin.*, t. III, Florilegii p. 191 (usque ad verba *morte propinqua periculo...)*

9° [Passio sanctae Agnetis] (fol. 48r-50r).

Auctore S. Ambrosio, ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Ianuarii, t. II, p. 351-3. Sed in cod., ob abscissum folium, mutila est initio usque ad num. 6. Incipit enim : *Ad haec B. Agnes dixit* et deficit num. 17, scilicet S. Ambrosii epilogus.

10° Passio sancti Vincentii martyris [Caesaraugustani] (fol. 50r-53v).

Ed. ibid., ad d. 22 Ianuarii, t. II, p. 394-7. In cod. om. prologus abundantque lectiones variantes, potissimum ad calcem, et longae quidem.

11° iii nonas februarias, passio sancti Blasii martyris (fol. 53v-56v).

Ed. ibid., ad d. 3 Februarii, t. I, p. 336-9. In cod. om. num. 16.

12° Passio sanctae Agathae martyris (fol. 56v-59r).

Ed. ibid., ad d. 5 Februarii, t. I, p. 615-8.

13° Passio sanctae Iulianae virginis [Nicomed.] (fol. 59r-62v).

Ed. ibid., ad d. 16 Februarii, t. II, p. 873-7.

14° Passio sancti Valentini martyris (fol. 62v-64v).

Ed. ibid., ad d. 14 Februarii, t. II, p. 756-7.

15° Passio sanctorum quadraginta coronatorum (fol. 64v-68r).

Ed. ibid., ad d. 10 Martii, t. II, p. 19-21. Sed in cod. recensentur principio nomina

martyrum, dum in ed. Vitae desinenti adiciuntur. Insuper textus lectt. variantibus satis discrepat.

16° [Vita sancti Gregorii papae] (fol. 68ʳ-75ᵛ).

Ed. ibid., ad d. 12 Martii, t. II, p. 130-7.

17° Vita vel acta beati Benedicti abbatis (fol. 75ᵛ-81ᵛ).

Ed. ibid., ad d. 21 Martii, t. III, p. 277-88. Sed in cod. haec clausula add.: *Aliquantum iam a locutione cessandum est, ut si ad aliorum miracula narranda tendimus, loquendi vires interim per silentium reparemus* (1).

18° Passio sancti Georgii martyris (fol. 81ᵛ-84ʳ).

Partim ed. *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 204-5 (usque ad verba *iactari super rotam*). — Reliqua Passio sic incipit: *Et cum posuissent eum super rotam, athleta Christi extendens manus, aspiciens in caelum, oravit dicens: Deus meus, adiuva me.*

Des.: *Et viderunt cuncti suscipientes* * *animam eius ab angelis et portari in caelum. Martyrizatus est autem beatissimus martyr et athleta Georgius sub die octavo kalendarum maiarum.* * *sic.*

19° Passio sancti Marci evangelistae (fol. 84ᵛ-85ᵛ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Aprilis, t. III, p. 347-9. Sed in cod. deest num. 12 ob folium abscissum.

20° [Passio sancti Philippi apostoli] (fol. 86ʳ).

Pars mutila superstes ed. ibid., ad d. 1 Maii, t. I, p. 12, num. 3 *(Haec et his similia docente Philippo)* et num. 4.

21° v non. maii, inventio sanctae crucis (fol. 86ʳ-86ᵛ).

Ed. ibid., ad d. 4 Maii, t. I, p. 446, num. 3: *Perrexit autem Helena ad Hierosolymam* ad num. 6 medium: *Et tollentes eum multitudo.* Narratio in codice non ultra extenditur, quia excisa sunt duo folia.

22° [Passio sancti Victoris] (fol. 87ʳ-88ᵛ).

Initio trunca est, ob sublatam pergamenam. Ed. ibid., ad d. 8 Maii, t. II, p. 288 num. 1 medio *(sum: et Christum Iesum Filium Dei vivi de Maria)* ad p. 290.

23° IIII idus maii, passio sancti Pancratii martyris (fol. 88ᵛ-89ᵛ).

Ed. ibid., ad d. 12 Maii, t. III, p. 21.

24° Passio sanctarum Domitillae, Eufrosinae, et Theodolae, Sulpicii ac Serviliani, sponsorum ipsarum (fol. 89ᵛ-90ᵛ).

Ed. ibid., ad d. 12 Maii, t. III, p. 12-3, inter Acta SS. Nerei et Achillei, scil. cap. VI.

(1) Ubi sermo inducitur de S. Scholastica (cfr. *Act. SS.*, ibid., cap. VI, *Soror namque eius)*, notatum in margine est saec. XV: *Hic legitur in sancta Scholastica.*

25° Passio sancti Caesarii diaconi (fol. 90v-91r).

Ed. ibid., ad d. 1 Novembris, t. I, p. 118, scil. Passio secunda.

26° IIII nonas iun., passio sanctorum Marcellini et Petri (fol. 91r-93r).

Ed. ibid., ad d. 2 Iunii, t. I, p. 171-3.

27° Nonis iunii, passio sancti Bonifacii martyris [Romani] (fol. 93r-96r).

Ed. ibid., ad d. 14 Maii, t. III, p. 280-3. Ad extremum num. 12, notetur haec codicis lectio varians : *Martyrizatus est autem beatus Bonifacius, quinto die mensis iunii.*

28° IV id. iun., passio sanctorum martyrum Primi et Feliciani (fol. 96r-98v).

Ed. ibid., ad d. 9 Iunii, t. II, p. 152-4.

29° Idibus iun., translatio sancti Fidelis martyris (fol. 98v-100v).

Ed. ex hoc cod., *Anal. Bolland.*, t. IX (1890), p. 354-9.

30° XVII kal. iul., passio sanctorum Viti et Modesti atque Crescenciae (fol. 100v-103r).

Vita, ob excisum folium partim trunca, maxime accedit ad Vitam ed. *Act. SS.*, ad d. 15 Iunii, t. II, p. 1021, num. 1 et p. 1022, num. 8 (a verbis *ne me separes a patre meo, sed iube congregare eum in aula sancta tua)* — p. 1026. — In codice fere incipit sicut in cod. 5322 bibl. nat. Parisiensis. Cfr. *Catal. codd. hagiogr. bibl. nat. Paris.*, t. II, p. 209, 35°.

31° XIII kal. [iulii], passio sanctorum Gervasii et Protasii (fol. 103r-105r).

Epistula S. Ambrosii, ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Iunii, t. III, p. 821-2.

32° VI kal. iul., passio sanctorum Iohannis et Pauli (fol. 105r-107v).

Ed. ibid., ad d. 25 Iunii, t. V, p. 37-9, Acta S. Gallicani martyris; et ibid., ad d. 26 Iunii, t. V, p. 159-60, haud paucis variantibus lectionibus, Acta SS. Ioannis et Pauli martyrum.

33° V kal. iul., passio sanctae Symphorosae cum VII filiis suis (fol. 107v-108v).

Ed. ibid., ad d. 18 Iulii, t. IV, p. 358-9. In cod. leguntur quae ibid., p. 355, numm. 22 et 24, citata sunt.

34° Passio sanctorum apostolorum Petri et Pauli (fol. 108v-115r).

Auctore Pseudo-Marcello, ed. ap. Fabricium, *Codex apocryphus N. T.*, t. II, p. 632-53. Sed in cod. deest Marcelli subscriptio.

35° VI non. iul., passio sanctorum Processi et Martiniani (fol. 115r-116v).

Ed. *Bibl. Casin.*, t. III, Florilegii p. 240-2.

36° III nonas iul., passio sanctae Margaritae [Antioch.] (fol. 116v-122r).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 102v-106r.

37° VII idus iul., passio sanctorum virginum Rufinae et Secundae (fol. 122r-123v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Iulii, t. III, p. 30-1.

38° IIII idus iul., passio sanctorum Naboris et Felicis (fol. 123v-125v).

Ed. ibid., ad d. 12 Iulii, t. III, p. 292-4.

39° XVII kal. aug., passio sanctorum martyrum Quirici et Iulittae (fol. 125v-129v).

Idem textus atque supra in cod. E. 22 Inf., 35°, p. 305.

40° XVI kal. aug., vita sancti Alexi confessoris (fol. 129v-132r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Iulii, t. IV, p. 251-3.

41° XII kal. aug., passio sanctae Praxedis virginis (fol. 132r-133r).

Auctore Pastore, ed. ibid., ad d. 19 Maii, t. IV, p. 300, num. 5-8. In cod. ita incipit: *Virgo venerabilis Praxedis habitavit in titulo supradicto, afflicta propter transitum germanae suae Potentianae, ad quam multi nobiles christiani....*

42° X kal. aug., passio sancti Apollinarii, martyris et episcopi [Ravennatis] (fol. 133r-138r).

Ed. ibid., ad d. 23 Iulii, t. V, p. 344-50.

43° VIIII kal. aug., passio sanctae Christinae virginis (fol. 138r-141v).

Ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 203r-205r.

44° VIII kal. aug., passio sancti Iacobi apostoli (fol. 141v-144r).

Auctore Pseudo-Abdia. ed. ap. Fabricium, *Codex apocryphus N. T.*, t. I, p. 516-31. Sed in codice incohatur sicut ap. Mombritium, t. II, fol. 18v. Finis quoque contractus est.

45° Eodem die, passio sancti Christofori martyris (fol. 144r-146v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Iulii, t. VI, p. 146-9, sed lectionibus variantibus multis. In

cod. sic incipit: *Passionem sancti ac beatissimi Christofori, qui ex nativitate Reprobus dictus, audite et legite. Cum credidisset autem in Dominum I. C., vocatum est nomen eius Christoforus. Et cum baptizatus esset, ostensum est ei quam multae generationes...*

46° v kal. aug., passio sanctorum Nazarii et Celsi (fol. 146ᵛ-149ʳ).

Ed. *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 50-4.

47° iii kal. aug., acta vel passio sancti Felicis pontificis urbis Romae (fol. 149ʳ-150ʳ).

Ed. *Anal. Bolland.*, t. II (1883), p. 322-4. In cod. omm. tres ultimae sententiae.

48° Eodem die passio sanctorum Simplicii, Faustini et Beatricis (fol. 150ᵛ-151ʳ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Iulii, t. VII, p. 36.

49° kal. aug., passio sanctorum Machabaeorum (fol. 151ʳ-152ʳ).

Inc.: *In diebus illis cum pro cultu venerandae legis gentis Iudaicae ab impiis sacra persecutio ebulliret *, aliis negantibus, multis enim pro defensione sanctae legis morientibus, eodem tempore contigit ut septem fratres cum matre comprehenderentur...*

* *cod. add.* et.

50° Eodem die, vita et passio beati Eusebii Vercellensis episcopi (fol. 152ʳ-159ᵛ).

Ed. ap. Ughelli, *Italia sacra*, t. IV, col. 750-62. In cod. ultima § om.

51° iii non. aug., inventio sanctorum corporum Stephani protomartyris, Gamaliel, Nicomedi et Ababe (fol. 159ᵛ-161ᵛ).

Epistula Luciani presbyteri, ed. *P. L.*, t. XLI, p. 807-15. Ita in cod. inc.: *Domino sancto et venerabili Genesio episcopo humilissimus et omnium infimus Lucianus presbyter de villa Cafarmagala, de territorio Ierosolimitano in Christo Iesu perpetuam salutem.*

Des.: *Aiutus beatissimi Stephani et vestris orationibus mementote itaque et nostrae exiguitatis; et tamquam in praesentem diem diligite; dignus est enim mercenarius mercede sua. Si enim nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si carnalia vestra metamus. Et qui seminat in benedictione, metet vitam aeternam in Christo Iesu Domino nostro, qui vivit...*

52° viii idus aug., passio sanctorum Xysti, Felicissimi et Agapiti (fol. 161ᵛ-163ᵛ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Augusti, t. II, p. 140-1. Sed in codice praemittuntur nonnulla de Xysti apostolatu.

Inc.: *Tempore illo quo saeviente diabolo in humanum genus, sicut semper ab*

initio fuit et persecutio magna ultra modum in christianis saeviebat. Tunc regnante Decio impiissimo imperatore, contigit eo tempore beatum Xystum episcopum in urbe Roma apostolicam vicem sua praedicatione gerere, multosque ad fidem Christi docendo et ammonendo convertere. Audiens hoc Decius, imperator nequissimus, misit et tenuit beatissimum senem Xystum episcopum, cum presbyteris et diaconibus et clericis suis; et recludi eos fecit in custodia publica, et fuerunt ibi clausi multis diebus. Tunc veniebant ad eum multi christiani ut benedictionem ab eis perciperent sacramenti, quia tempus persecutionis urgebatur. Et sic in custodia veniebant et deferebant filios suos et propinquos ex paganis, et baptizabantur a beato Xysto episcopo. Postea hoc audientes Decius imperator et Valerianus praefectus quod multi ex paganis propter doctrinam beati Xysti ad fidem Christi se converterent, iusserunt beatum Xystum cum omni clero suo sibi praesentari... Textus sequitur prout *Act. SS.*, l. c., col. 2, l. 4.

53° VII idus aug., passio sanctorum Carpofori, Exanthi, Cassii, Severii, Secundi atque Licinii (fol. 163ᵛ-166ʳ).

Sub hoc titulo occurrunt: a) Passio sancti Alexandri, auctore anonymo Bergomensi, ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Augusti, t. V, p. 806-7 (sed num. 10 post verba *Carpophoro et Exantho derelictis*, codex habet: *transiens Abduam, profectus est Bergamum, ubi eum Dominus sicut voluit martyrio coronatum, ad suum perduxit itaque regnum*); b) Acta sancti Fidelis Comensis, ed. ibid., ad d. 28 Octobris, t. XII, p. 563, num. 1-5; sed stilo diverso et multo diffusiore in codice. Sic desinit: *Passi sunt autem beatissimi martyres Carpophorus atque Exanthus, Cassius, Severius, Secundus et Licinius VII idus augusti sub Maximiano imperatore crudelissimo, in loco qui dicitur Silvula sub urbe Cumensi, ubi et eorum corpora requiescunt et cotidie illorum meritis largiuntur beneficia.*

54° VI id. aug., passio sanctorum Cyriaci, Largi et Smaragdi (fol. 166ʳ-167ᵛ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Ianuarii, t. II, p. 7-9 (num. 10-24), inter Acta S. Marcelli papae et martyris.

55° V idus aug., passio sanctorum Firmi et Rustici (fol. 167ᵛ-169ᵛ).

Sicut supra in cod. D. 22 Inf., p. 287, 38°.

56° Rythmi magistri Gulielmi de Massenago, cognomine Ponzoni de beato Laurentio (fol. 169ᵛ).

Inediti. Vide infra in Appendice.

57° III idus aug., passio sancti [Laurentii] (1) levitae et martyris (fol. 170ʳ-173ʳ).

Sub hoc titulo, contexta narratione occurrunt: a) Passio sancti Polycronii et

(1) In cod. haec vox fuit abrasa, iure quidem, nam fol. 176ᵛ, haec nota saeculo XV in margine inferiore adiecta est: *Hic incipit passio sancti Laurentii.*

discipulorum eius, ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 212r-212v; b) Passio SS. Abdon et Sennes, ed. *Act. SS.*, partim ad d. 30 Iulii, t. VII, p. 137, num. 1; partim ad d. 15 Aprilis, t. II, p. 375, num. 2-4, ubi de SS. Olympiadis et Maximi martyrio agitur; partim primo loco cit., num. 2-7.

58° Idibus aug., passio sanctorum Hippolyti et sociorum eius (fol. 173r-175r).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 14r-15r. In cod. incip.: *Regressus itaque Hippolytus post tertium diem.*

59° [Passio SS. Xysti, Felicissimi et Agapiti] (fol. 175r-176v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Augusti, t. II, p. 140-1. In cod., exeunte Passione, adicitur eos martyres fuisse sepultos *supra cryptas.*

60° [Passio sancti Laurentii diaconi] (fol. 176v-179v).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 50r-52r.

* *cod.* idus 61° XVIIII kal. * septemb., passio sancti Eusebii confessoris [Romani] (fol. 179v-180r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Augusti, t. III, p. 166-7, num. 5-7, pluribus variantibus. In cod. subsequitur conclusio ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 258v: *Mortuo autem Liberio levatus Damasus episcopus...*

62° [De assumptione B. Mariae virginis] (fol. 180v-183r).

Accedit ad transitum Mariae, ed. ap. C. Tischendorf, *Apocalypses apocryphae*, p. 125-36 (Lipsiae, 1866).

63° XV kal. sept., passio sancti Agapiti martyris [Praenest.] (fol. 183r-184v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 18 Augusti, t. III, p. 537-9. Sed textus codicis praestat.

64° XI kal. sept., passio sancti Timothei martyris [Romani] (fol. 185r-185v).

Interpretatio latina paululum diversa prologi et partis Vitae sancti Silvestri, ed. ap. Combefis, *Martyrum lecti triumphi*, p. 258-63 (Parisiis, 1660). Sed in cod. prologus adaptatus est sicut ap. Mombritium, t. II, fol. 278v-279r. In fine sic habet codex: *Rogabant ut oraret pro eis, ne illis simili iudicio eveniret. Tantamque illi Deus gratiam contulit, ut a christianis et gentilibus nimio diligeretur affectu. Passus est autem beatissimus vir Dei Timotheus presbyter in civitate Romana, XI kal. septembris sub Tarquinio praefecto. Regnante D. N. I. C.*

65° VIII kal. septembr., passio sancti Bartholomaei apostoli (fol 185v-188v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Augusti, t. V, p. 34-8.

66° [Passio sancti Alexandri] (1) (fol. 188^{v}-189^{v}).

Ed. ibid., ad d. 26 Augusti, t. V, p. 803-5.

67° [In decollatione sancti Iohannis Baptistae] (2) (fol. 189^{v}-190^{r}).

Idem atque in cod. B. 55 Inf., p. 258, 39°.

68° Eodem die passio sanctae Sabinae virginis (fol. 190^{r}-190^{v}).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Augusti, t. VI, p. 503-4, num. 12-5, inter Acta S. Serapiae.

69° [In exaltatione sanctae crucis] (3) (fol. 190^{v}-192^{r}).

Ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 213^{v}-214^{v}.

70° xi kalendas oct., passio sancti Matthaei apostoli et evangelistae (fol. 192^{r}-197^{r}).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Septembris, t. VII, p. 221-5. Sed in cod. omm. prologus et num. 1, dum Vitae addita sunt praefatiuncula et epilogus, ed. *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 47, 116°.

71° x kal. oct., passio sanctorum Mauricii et sociorum eius (fol. 197^{r}-200^{r}).

Ed. ibid., ad d. 22 Septembris, t. VI, p. 345-8, num. 17, l. 4. In cod. narratio explicit sicut ap. Surium, t. V, ad d. 23 Septembris, num. xi et xii.

72° viii kalendas octob., passio sanctae Teclae virginis (fol. 200^{r}-201^{v}).

Accedit potissimum ad textum martyrologii Adonis, ad d. 23 Septembris.

73° vi kalendas octob., passio sanctorum Cypriani et Iustinae et Theogniti (fol. 201^{v}-202^{v}).

Ed. ap. Martene, *Thes. nov. Anecd.*, t. III, p. 1645-50 (Lutetiae Parisiorum, 1717).

74° v kalendas octobr., passio sanctorum Cosmae et Damiani (fol. 202^{v}-204^{r}).

Altera versio Actorum ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Septembris, t. VII, p. 471-2.

75° Kalendis octobris, vita sancti Remigii episcopi (fol. 204^{r}-220^{r}).

Auctore Hincmaro, ed. ibid., ad d. 1 Octobris, t. I, p. 135-66, omm. in cod. prologo, veteri capitum divisione et num. 128-32, sed sub finem adiecto initio encomii eiusdem S. Remigii, auctore eodem Hincmaro, ed. *P. L.*, t. CXXV, p. 1187, num. 1.

76° vii idus octobr., passio sanctorum martyrum Dionisi, Rustici et Leutherii *(sic)* (fol. 220^{v}-222^{r}).

Passio adscripta Fortunato, ed. *P. L.*, t. LXXXVIII, p. 577-84. In cod. om. prologus-

(1) Ita manu saeculi XV. — (2) Eadem manu. — (3) Eadem manu.

77° XVII kalendas novembr., vita sancti Galli confessoris (fol. 222r-235r).

Auctore Walafrido Strabone, ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 230-50. In cod. omm. prologus et ultima sententia.

78° VII idus septembr., vita vel passio beati Eustachii, qui vocatus est Placidus (fol. 235r-238r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Septembris, t. VI, p. 123-35, phrasi plerumque uberiore. In cod. om. prologus et ad finem notatur : *In quibus sacrata devotione mense octobri die octavo celebremus.*

79° XV kalendas octobr. *(sic)*, passio sancti Lucae evangelistae (fol. 238r-239r).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 57r-58r.

80° VII kal. novembris, vita vel acta sancti Amandi [Traiect.] (fol. 239r-240r).

Compendium Vitae, auctore Harigero, ed. *Act. SS*, ad d. 6 Februarii, t. I, p. 855-7.

81° Passio sanctorum Simonis et Iudae (fol. 240r-245r).

Auctore Pseudo-Abdia, ed. ap. Fabricium, *Codex apocryphus N. T.*, t. I, p. 608-36. In codice adiectus est epilogus, ed. *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 95, 18°.

82° Eodem die passio sancti Fidelis martyris [Comensis] (fol. 245r-245v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Octobris, t. XII, p. 563-4.

83° Eodem die passio sancti Taddaei apostoli (fol. 245v-246r).

Inc. : *Dominus et Salvator noster cum per apostolos, post ascensionem suam in caelo, multa signa et mirabilia fecit, multos etiam infirmos sanavit, rex quidam, Abagarus nomine, gentilis, ultra Euphraten principatum nobiliter tenens, morbo quodam corporis irremediabili, quantum inter homines, tenebatur. Qui cum de nomine Iesu et de virtutibus eius audisset, suppliciter de salute corporis sui curam gessit. Taddaeus quoque apostolus ex commonitione divina ad Edissam civitatem venerat, in qua idem Abagarus regnavit, praedicans evangelium et semina vitae ibi spargebat. Manebat autem in eadem civitate apud Tobiam quendam iustum virum.*

Desinit : *Taddaeus autem non solum illum [Abgarum], sed et Abdon quendam podagra laborantem, cum manus impositione curavit et multos alios cives illius urbis variis obsessos incommodis sanavit. Sicque opera magna et miranda perficiens, praedicavit urbem usque ad diem consummationis felicem ; universamque*

Edissenorum civitatem Christo Domino, fideli satis credulitate sociavit. Ipso largiente et operante, qui cum Patre....

84° VI idus novembris, passio sanctorum quattuor coronatorum (fol. 246r-250r).

Ed. a W. Wattenbach ap. Büdinger, *Untersuchungen zur römischen Kaisergeschichte*, t. III, p. 324-38 (Leipzig, 1870).

85° V idus novembris, passio sancti Theodori presbyteri et martyris [Amaseae] (fol. 250r-252r).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 322r-323v.

86° IIII idus novembris, vita sancti Martini episcopi (fol. 252r-254v).

Pars operum Sulpicii Severi editorum a C. Halm, *Corpus script. eccl. latin.*, t. I, p. 111, num. 2 — p. 115, num. 5, l. 12; p. 117, num, 7, l. 3 — p. 120, l. 1, neglecto num. 8; p. 127, num. 18, l. 20 — p. 128, num. 19, l. 13; — dein p. 190, num. 8, l. 14 — ad l. 24; et p. 180, num. 1, l. 15 — p. 182, l. 5.

87° Idibus novembris, vita sancti Bricii episcopi (fol. 254v-255v).

Ex Gregorii Turon. *Hist. Franc.*, lib. II, cap. 1.

88° X kalendas decembris, passio sanctae Caeciliae virginis (fol. 255v-259v).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 188r-193r.

89° VIIII kalendas decembris, passio sancti Clementis martyris (fol. 259v-262r).

Ed. ibid., t. I, fol. 193r-195r.

90° VI kalendas decembris, passio sancti Chrysogoni martyris (fol. 262r-263r).

Ed. ibid., t. I, fol. 200v-201v, pluribus inversionibus. Sed in codice, omisso prologo, aliter incohatur : *Tempore quo Diocletiani impiissimi Caesaris persecutio christianorum maxime grassabatur, erat quidam vir nomine Grissogonius per biennium in vinculis constitutus atque a persecutoribus multas iniurias passus, qui tamen a beata Anastasia filia Praetextati cuiusdam illustris viri alimonio fovebatur. Tamen secundum apostoli Pauli gessit doctrinam : sicut ille eius metebat carnalia ; ita et illa ab eo spiritualia semina vitae percepit aeternae ; quamque ita in fide nutrivit, non tam parem inter matronas habere potuisset....*

91° Pridie kalendas decembris, passio sancti Andreae apostoli (fol. 263r-266r).

Epistula ecclesiae Achaiae, ed. ap. Surium, t. VI, ad d. 30 Novembris, p. 696-700. In cod. paululum contractum est cap. 13.

92° VIII idus decembris, vita sancti Nicholai episcopi (fol. 266r-274r).

Prout supra in cod. E. 22 Inf., 8°, p. 303.

93° Vita vel acta sancti Ambrosii episcopi Mediolanensis ecclesiae (fol. 274r-283v).

Auctore Paulino, ed. apud P. A. Ballerini, *S. Ambrosii opera omnia*, t. VI, col. 885-906.

94° VI idus decembris, vita sancti Zenonis episcopi Veronensis (fol. 283v-285r).

Prout supra in cod. B. 53 Inf., 6°, p. 250.

95° Vita vel acta sancti Siri episcopi (fol. 285r-288v).

Ed. ap. C. Prelini, *San Siro primo vescovo e patrono della città e diocesi di Pavia*, t. I, p. 182-216 (Pavia, 1880, 8°). In cod. om. prologus.

96° Passio sanctae Luciae virginis (fol. 289r-290v).

Ed. haud mutato stilo ap. Surium, t. VI, ad d. 13 Decembris, p. 987-9.

97° XII kalendas ianuarii, passio sancti Thomae apostoli (fol. 290v-296v).

Ed. ap. Max. Bonnet, *Acta Thomae*, p. 133-60.

Appendix ad cod. E. 84 Inf.

(Cfr. supra, p. 313, 56°.)

In nomine Domini incipiunt rythmi magistri Gulielmi de Massenago, cognomine Ponzoni, de beato Laurentio (1).

Genitor omnipotens, summe rex caelorum,
Christe, sapientia, Spiritus amborum,
Una trium deitas, da mi decorum
Fari tua gratia placens et sonorum.

Namque paro dicere de virtute mira
Dei quae martyribus sustinere dira
Dedit, ut Laurentio, tyranni sub ira,
Qui assatus loquitur Decio : *Regyra*.

(1) Videtur subsequens documentum fuisse saeculo XIV exaratum ad occupandum spatium pergamenae vacuum.

Sanctus nam Laurentius dictus est Hispanus
Genere, sed patria dicitur Romanus;
Et sacri baptismatis fonte christianus
Conversus, martyrio civis est Romanus.

Qui Xystum considerans tormentis paratum,
Ait : *Me derelinquere noli desolatum.*
Nam debet discipulus sequi magistratum,
Et archidiaconus tam bonum praelatum.

Sicut tibi monitus fui documentis,
*Me fecisti * comitem tuis sacramentis;* * *cod.* feci.
Recipe me socium sic et in tormentis;
Compleatur gaudium simul nostrae mentis.

Tunc respondit pontifex : *Non diu quereris*
Quia fortis debilem triduo sequeris,
Atque sene iuvenis fortius torqueris,
Ut maiori gloria caelo gratuleris.

Facultates pontifex cui Xystus donavit,
Sanctus quas Laurentius docte dispensavit,
Nudos vestiit pauperes ac ieiunos pavit,
Miseris auxilium sancte ministravit.

In hoc ministerio Deus admiranda
Fecit pro Laurentio plurima laudanda.
Liberat Ciriacam poena miseranda,
Visum dat Crescentio, lumina claranda.

Cum thesaurum Decius novit hunc habere,
Iubet hunc Hippolyto carcere tenere.
Hic Lucillo reddidit clarum revidere,
Qui lumen amiserat frequentando flere.

Multis caecis oculis visus restauratur;
Hinc custos Hippolytus vere praedicatur,
Ac eius familia tota baptizatur,
Quae decem cum numero novem numeratur.

Duci post ad curiam Decius iubebat,
Ut reddat Laurentius quae iam non habebat.
Turbam monstrat pauperum, quam iam possidebat;
Hic thesaurus permanet, sacra vox dicebat.

Post haec iubet Decius sanctum supplicare
Deis mutis idolis, thesaurumque dare.
Qui cum suis Decium coepit increpare:
Quare vos diabolus sic valet artare?

Christianis dicitis: daemon sit orandus.
Deus pater omnium factor honorandus,
Iesus Christus, Spiritus horum peramandus;
Unus Trinus Deus est solus adorandus.

Cum audivit Decius Christum nominari,
Imperat Laurentium vestibus nudari,
Caedi scorpionibus, crude tormentari,
Inde iubet fustibus sanctum verberari.

Post haec addunt laminas ferreas ardentes;
Post plumbatis feriunt artus patientes;
Scorpiones iterum iungunt hoc agentes,
Postea lapidibus caedunt os et dentes.

Fine lectus ferreus portari iubetur
Factus ut craticula; subtus adimpletur
Igneis carbonibus, super quo pausetur
Beatus Laurentius dum corpus assetur.

Ferrea qui premitur desuper cum furca;
Quo tormentum spernitur, vilis ut festuca:
Miser, ait Decio, *regyra, manduca;*
Tormenta solatium sunt mihi caduca.

De tormentis gratias egit Salvatori
Et beatum spiritum post emisit ori.
Hunc laeti recipiunt angelorum chori
Quibus amen, gloria, simus consonori.

XXVII. Codex signatus F. 4 Sup.

Membraneus, foliorum 75, formae min. (0^m,161 × 0,116), plenis lineis, amplis marginibus, belle exaratus saec. XV et identidem inauratis litteris insignitus.

Vita Antonini archiepiscopi Florentini (fol. 1^r-32^r).

Auctore Francisco Castilionensi, ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Maii, t. I. p. 313-25. In cod. om. capitum divisio.

Continuo in cod. additur: *Decesserunt etiam hoc anno [1459] nonnulli tum san-*

citate vitae tum litteris viri praestantissimi et brevi sylloge commemorantur *Santinus Dandalus nomine, Patavinus episcopus...; Nicholaus Cortoniensis Cartusiensis monachus ac prior eius monasterii, quod iuxta Florentiam situm est* (fol. 32ᵛ-33ʳ)....; *Gianotius Manettus civis Florentinus ac Pogius...; in nostra civitate duo Arretini Leonardus et Carolus viri eruditissimi...; Ambrosius monachus Camaldulensis* (fol. 33ʳ-33ᵛ). Reliquo autem codice enarratur Vita Victorini Feltrensis.

XXVIII. Codex signatus F. 18 Sup.

Membraneus, foliorum 129, formae min. (0ᵐ,144 × 0,113), plenis lineis, amplissimis marginibus, bellissime exaratus anno 1432, si fidas annotationi in folio 1ʳ initio saeculi XVIII factae manu bene nota a bibliothecae Ambrosianae custodibus. Tituli rubricati sunt nonnullaeque litterae maiores praestant, cum caeruleae, tum rubrae. Passim sparsae sunt notulae.

In interiore tegumine manu saeculi XVI scriptum est: *Codex iste in quo continentur... est mei, Francisci Papiensis,* cum recentiore additamento : *postea archiepiscopi Mediolan.* Continet autem, praeter duo documenta hagiographica, tractatus *de architectura sacrae aedis Castelleonis Francisci Piccolpassi, Mediolanensis archiepiscopi.* Quibus in folio 1ʳ indicatis, subsequitur : *Hic codex diligenter conscriptus, ab eodem Piccolpasso metrop. ecclesiae Mediolanensi legatus, iussu card. Borromaei bibliothecae Ambros. fundatoris a Rᵐᵒ eiusdem ecclesiae capitulo emptus fuit anno 1607.* Haec Olgiatus.

1° Vita Gregorii theologi [Nazianzeni] (fol. 1ᵛ-64ᵛ).

Latina interpretatio facta ab Ambrosio Traversari, monacho Camaldulensi, Vitae graecae a presbytero quodam Gregorio, Nazianzeni discipulo, conscriptae et ed. *P. G.*, t. XXXV, p. 244-304. In cod. praeit *praefatio Ambrosii monachi Camaldulensis ad singularem atque piissimum virum Iulianum, cardinalem sancti Angeli* [Iulianum Cesarini, † 1444] *amicissimum suum* (fol. 1ᵛ-4ʳ), ed. *Catal. codd. hagiogr. bibl. nat. Paris.*, t. II, p. 487-8. Cfr. ibid., p. 486, 7°.

2° Vita sancti Hieronymi collecta ex tractatibus eius ac sanctorum Augustini, Damasi, Gregorii, Gelasii et aliorum patrum sanctorum (fol. 66ᵛ-102ᵛ).

Ed. ex hoc cod. *P. L.*, t. XXII, p. 183-202.

XXIX. Codex signatus F. 117 Sup. (olim P.)

Membraneus, foliorum 100, formae med. (0ᵐ,30 × 0,192) plenis lineis, una manu bellissime exaratus saec. XIII. Prodit S. Ambrosii Hexameron ; foliis vero 99ᵛ et 100ʳ manu saeculi XII

[Miraculum sancti Iohannis Gualberti et hymnus de eodem].

Vide Appendicem. Idem miraculum, diffusiori stilo, fol. 100r repetitum est, sed infectum.

Appendix ad cod. F. 117 Sup.

Miraculum sancti Iohannis Gualberti et hymnus de eodem.

Almi confessoris orationibus adiutus, et mei oris sermo ab ipso expurgatus, ac meae fauces, raucedini et turpibus verbulis deditae, claris et resonantibus hymnis clarificatae, eius digna praeconia narrabo mente sedula, licet sim repletus vitiorum spurcitia.

In cuiusdam temporis curriculo, multis ad sancti Iohannis sepulcrum concurrentibus, quaedam puella de castro Linari advenit, quae diu a sex daemonibus fuerat possessa. Quattuor tamen ex ea exeuntes et in eadem duo remanentes, a venerabili Leone, eiusdem loci presbytero, ut egrederentur sunt adiurati. Tunc qui fuerat quintus dixit se citissime recessurum, sed non sine ipsius puellae impunitate *(sic)* ac enormitate; asseverans etiam se praefatae puellae brachium omni vitalium nervorum viredine alienaturum et omnibus viribus evacuaturum, ita ut nullo modo possit moveri vel erigi; praedicens etiam et testificans collegam suum ibidem remansurum, qui carebat omni peritia linguarum. Sicque die statuta egressus, brachium arefecit et languidum reddidit, alio in ea daemone remanente. Cumque a praefato Leone, venerabili sacerdote, ad sancti Iohannis tumulum fuisset adducta et in pedibus mausolaei tota prostrata diu iacuisset, et ei fuisset imperatum ut elevaret brachium, mox virtus invisibilis, quae cuncta vivificat per sancti Iohannis intercessionem, lacertum vivido sanguine irroratum et viribus propriis repletum sanavit; atque cunctis ammirantibus et in laudem sancti conclamantibus, praedicta puellula incolume brachium elevavit. Nec ullius daemoniacae vexationis ulterius capax exstitit. O magna Salvatoris clementia, cui servire est regnare; qui, ut dicit propheta, mirabilis est in sanctis suis et gloriosus in mirabilibus; qui non solum animabus, sed etiam corporibus sua benignitate medetur. Nam omnis chorus, iubilans mente et corpore tripudians, sancti Iohannis referebat magnalia et claris vocibus mira canebat cantica, dicentes : *In excelsis gloria*. Huius miraculi ob id ponimus testimonia ut incredulis auferatur incredulitas et fidelibus accrescat credulitas. Universi oppidanei praefati castelli cum suo presbytero concordi voce haec a sancto Iohanne facta fore protestantur. Cuncta quoque ipsius monasterii congregatio exsultat et laetatur se tantis ac talibus illustrari mirabilibus.

—

Clara proles summi Patris
Flos et campi lilium ;
Nubem fuga caecitatis,
Culpae pelle vitium.

Ros illapsus velleri
Nos munda sorde veteri ;
Ut de servis liberi,
Nec ultra simus miseri.

Vetus error abeat,
Iam nostra pax adveniat,
Qui nos laude repleat
Et nostras preces audiat.

Sidus nostrum attollamus,
Decus nostri ordinis,
Ipsi laudes concinamus,
Absque labe criminis.

Dux Iohannes honestatis
Ver[um] multis praebuit.
Rosa vernans caritatis,
Sic exemplo profuit.

Dum prostratum elevavit
Vitae signo detulit;
Sic se Christo conformavit,
Seque ipsi obtulit.

Morte digno vitam donat;
Vitam sibi ut reponat,
Quem vox nostra pie sonat,
Mores actus ut componat.

Corde, voce deprecemur;
Voto, verbo veneremur,
Ne quod ore confitemur.
Vita, manu detestemur.

Dei Patris et Domini
Sit benedicta gloria;
Nato simul et Flamini
Invicta sit victoria. Amen.

XXX. Codex signatus F. S. I. 3.

Membraneus, foliorum 199, formae min. (0m,101 × 0,073), pluribus manibus minimoque identidem charactere exaratus saec. XIV. Rubricati sunt tituli, maioresque capitulis praefixae litterae. Margines pro codicis forma largae; extra *Enchiridion sancti Augustini episcopi ad Laurentium primicerium* (fol. 127r-167r) usus est librarius lineis plenis. Primum locum obtinet *Archa mystica magistri Riccardi de Sancto Victore* (fol. 3r-126r). Reliqua ad hagiographiam pertinent. Exteriori tegiminis lateri adhaeret adhuc cera impressum sigillum sat amplum, quo B. V. M., puerulum Iesum portans, gothica aedicula inclusa repraesentatur; circumque haec legere potuimus : *Scola Greg....s capituli scē Mari...*

Folio 1v, saeculo XV, inscriptum est : *Hunc librum concessit mihi fratri Gabrieli Aquilano frater Jō de Caprno tunc temporis nostrae provinciae V.*; forte sic interpretandum : *Iohannes de Capistrano tunc temporis nostrae provinciae vicarius.* Cfr. *Anal. Bolland.*, t. IX (1890), p. 380. Ambrosianos autem pluteos ex dono honoratissimi viri Speluzzi codex subiit anno 1871.

1° Passio sanctae Barbarae virginis (fol. 170r-175v).

Ed. ap. Zaccaria, *Dissertationes latinae* (Fulgineae, 1781), t. I, p. 137-43.

2° Passio undecimilium virginum (fol. 176r-182r).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 353v-355v, multis lectt. variantibus; codicis phrasis plerumque brevior est.

3° Passio sancti Feliciani episcopi et martyris (fol. 186v-199r).

Ed. ex hoc cod. *Anal. Bolland.*, t. IX (1890), p. 381-92.

XXXI. Codex signatus G. 31 Inf.

Chartaceus, foliorum 559, formae med. (0m,279 × 0,218), lineis plenis, exaratus saec. XVI. Multa indicia suppetunt fuisse hunc cod. prelo paratum. Maximam codicis partem occupat locupletissimum Gregorii VII epistularum et conciliorum registrum, quod exactissime concordat cum exemplari ms. archivi Vaticani, descripto ap. Jaffé-Loewenfeld, *Regesta Romanorum Pontificum*, t. I, p. 595, § ult. Praeterea

Gregorii VII papae Vita, Onuphrio Panvinio et cetera [i. e. Veronensi fratre eremita Augustiniano] auctore (fol. 1r-22v).

Ed. ap. Gretserum, *Opera omnia*, t. VI, p. 100 sqq. (Ratisbonae, 1735). In cod. praeit Panvinii epistula dedicatoria, quae ad Gregorii registrum potissimum spectat.

Vide infra in Appendice.

Appendix ad cod. G. 31 Inf.

De sancto Gregorio VII.

[Praefatio dedicatoria.]

Illustrissimo et Reverendissimo principi D. Ernesto Baioariae duci, ecclesiae Frisingensis perpetuo administratori, Onuphrius Panvinius Veronensis fr. eremita Augustinianus S. P. D.

Si quid est in quo iudicii ratio exstare debeat, in primis est cum ingeniorum nostrorum monumenta dedicantur, si tamen id sponte fiat animoque in eam partem propenso. Nam si principibus viris aut privatis hominibus inscribuntur libri, vel quod eius doctrinae cognoscendae gratia, quae in iis ipsis continetur libris inscriptionem illam expetiverint, vel quod aliud quippiam spectaverint, non est cur in eum qui dedicat culpa conferatur, quasi peccaverit in delectu, nec satis quid cuique tribuendum et quid quemque deceat, intellexerit. Quo toto de genere mihi cogitanti, cum regestum litterarum Gregorii VII pontificis maximi emittere statuissem, facile ratio persuasit, unum te esse, optime princeps, cui quidem operis dedicatio deberi maxime videretur. Si quidem ea quae Gregorius VII aetate sua, eiusque postea consuetudinem imitati successores eius Victor III, Urbanus II,

Paschalis II, Callistus II, Innocentius II, Alexander III memoratu supra fidem digna gesserunt, ope maiorum tuorum Baioariae ducum gesta sunt. Illi enim (ut alia praetermittam, nec pauca, nec minima) nobilissimo inter Germanicos proceres genere orti, oppressam vi Henrici IIII et Friderici I imperatorum ecclesiam catholicam in libertatem suis armis et sua virtute vindicarunt. Ac fuit illorum principum (quorum deinceps multi Vuelfones dicti) ea constantia in tuendis Ecclesiae rebus, ut ei * Italiae parti *, quae idem sentiret, unaque cum illis causam Sedis apostolicae defenderet, cognomen idem Vuelforum impertiverint, quemadmodum hi, qui contra pugnabant, ab imperatoris Federici Barbarussae patria Gibellini sunt appellati. Cum igitur acta fere omnia illorum temporum, sequentium vero actorum seminaria, hae complectantur epistulae, quis dubitet quin ad posteros eorum, quorum ope illa tam praeclara gesserunt, ipsas mitti maxime deceret. Atque haec de maioribus tuis, de quibus plura dicere praesentis non est argumenti; vix enim integris voluminibus, non hac brevi pagella, eorum praeclare facta explicari possent.

* *cod.* eam...partem

Ad te vero ipsum quod attinet, cum haec mihi simul omnia ante oculos ponerem, antistitem esse te dignitate, natura, ingenio, fortuna praestantem, earum artium cupiditate incensum, unde veri boni cognitio manat, omnia referentem ad decus, nihil committentem quod a maiorum tuorum et patris in primis Alberti avique Gulielmi contestata virtute dissentiat, aut quod a sanctissimis Romanae Ecclesiae institutis alienum esse videatur; haec, inquam, cum animo colligerem, ita statuebam neque cuiquam potius quam tibi dicari a me posse, neque tibi praestantius ullum videri munus oportere, quam res gestas maximi omnium pontificis, qui Ecclesiae Dei ulla umquam aetate praefuerint. Cuius incredibile studium, summi labores, divina plane virtus languentem Ecclesiam ab aliquot imperatoribus ac etiam schismaticis et haereticis indignissime vexatam recreavit, restituit, auxit. Vere possum affirmare, quod legentibus perspicue patebit, egregia ex hoc libro documenta, saluberrimam doctrinam, civilem prudentiam religionis cum severitate coniunctam, ita sumi posse, ut in eo tamquam in speculo cernatur imago quaedam vitae ad Dei gloriam dirigendae. Nam profecto si quis umquam fuit, cuius ad honorem Dei et salutem animarum, ad conservationem et ornamentum catholicae fidei, ad emendationem morum, omnes curae, omnia studia et consilia intenderentur; hanc laudem in hoc Pontifice summam fuisse sic ut ei nemo praeferri, comparari pauci possint, nemo umquam iure negaverit. Non apud illum in iis rebus, qui ad honorem Dei, morum ecclesiasticorum restitutionem conservationemque et ad sedis apostolicae dignitatem pertinerent, importunae episcoporum preces primum, deinde minae, ambitiosae principum voluntates, regum et imperatorum arma et impetus tanti fuere, ut eum de sua sententia ne latum quidem unguem deducerent. Episcopos, archiepiscopos, antistites quoscumque, summos principes, eximios duces, maximos reges, Caesares ipsos tam Romanum quam Graecum, cum sui muneris partes omnes non absolverent, non modo acriter obiurgavit, sed convocatis christianorum frequentissimis conventibus, gravissimis poenis etiam affecit. Idem erga bonos facilem, mitem, perhumanum supra modum se

praebuit. In quo rebus humanis Deus optimus maxime consuluit. Iam enim eo redacta erat Ecclesia, ut extremum discrimen impendere ei videretur, nisi tanti pontificis vigilantia opportunum remedium afflictis rebus attulisset. Invaluerant omnia vitiorum genera : sacratorum hominum dissoluta vitae disciplina, profanorum principum in iuribus ecclesiasticis violandis temeritas, omnium ordinum libido, luxus et a Dei timore aversio, pulcherrimam Ecclesiae faciem passim foedabant. His in Dei Ecclesia restituendis optimus hic pontifex auctor fuit. Quod temporibus quoque nostris, voluntate et studio par, vitae integritate et virtute non inferior, in maximo pravarum opinionum et magnorum bellorum discrimine, Pius V pontifex maximus egregie praestat. Cuius praeclaram consuetudinem omnibus ad imitandum propositam si, quod facere te et facturum non dubito, vita et moribus exprimere conaberis, primum quidem apud omnes homines laudem, ab Ecclesia ipsa Romana debita tuae virtuti praemia procul dubio consequeris ; deinde vero, quod multo pluris est, gratiam inibis a clementissimo iudice et parente benignissimo immortali Deo, cuius inter ministros, cum praecipuum locum obtineas, iure etiam a te praecipua quaedam pro eius Ecclesia communique salute, studia ac merita non tacitis bonorum animis exspectantur, verum clarissima omnium voce postulantur. Deus te Ecclesiae suae incolumem conservet, clarissime et optime princeps. Roma kal. novembris anno salutis M.D.L.XVII.

XXXII. Codex signatus G. 33 Sup.

Chartaceus, foliorum 39, formae min. (0^m,189 × 0,139), lineis plenis, una manu exaratus saec. XV. Tituli capitulorum litteraeque maiores rubricata sunt. Folio 1ʳ inscriptum est : *Hic liber est monasterii Sancti Columbani de Bobio, 227.*

1° Vita sancti Columbani abbatis (fol. 1ʳ-22ʳ).

Haec est Vita ab auctore anonymo compendiosius scripta, de qua egit Mabillonius, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 5, observationes praeviae, num. 3 (Lutetiae Parisiorum, 1669).

Inc. : *Beatissimi patris nostri Columbani miracula, brevi et aperto sermone, assistente mihi gratia superna, scribere disponens, credo non esse superfluum dicere in qua sit patria nutritus et quo fuerit ordine natus. Est igitur insula in ultimis...*

Des. : *Ipsius autem beatissimum corpus in supradicta ecclesia Sancti Petri apostolorum principis collocatum est, ubi infinita miraculorum signa per eundem cotidie demonstrantur a Domino, qui est benedictus in saecula. Amen.*

2° [Miracula sancti Columbani] (fol. 22ʳ-36ᵛ).

Ed. ibid., p. 40-55, multiplici lectt. varietate, ita ut textuum collatio vix institui posset. In cod. omissa sunt, vel potius contracta admodum cap. XXIII-XXV ; capitulorum tituli aliter redacti ; stilus plerumque est brevior et rudior. Denique add. in cod. cap. XXVI (fol. 34ᵛ-36ᵛ), quod vide in Appendice.

Appendix ad cod. G. 33 Sup.

MIRACULA SANCTI COLUMBANI (Cfr. supra, p. 326, 2°.)

De duabus feminis a spiritibus immundis in eius adventu liberatis. Capitulum 26.

Crastina vero illucescente, duae mulieres, quae a daemonibus graviter vexabantur, ad sanctum corpus adductae fuerunt. Dum autem adhuc essent in via, coeperunt maligni spiritus vehementer discerpere eas, et qui illas conducebant non valebant ipsas ad ecclesiam trahere. Cumque diu se fatigassent, supervenerunt quo dam modo divinitus missi fere sexaginta homines, qui eisdem auxilium praeben tes, violenter ipsas mulieres ad beatum Columbanum trahebant. Videntes itaque daemones se tantae turbae resistere non posse, coeperunt clamare dicentes: *Vae nobis! vae nobis! quia sancti Columbani praesentiam sustinere non possumus*. Rugientes vero sicut porci abierunt, mulieresque illas velut mortuas dimiserunt. Viri igitur qui eas trahebant, ipsas defunctas esse credentes, quid de illis facerent aut quo se verterent dubitabant. Quidam autem ex illis in talibus experti dicebant quia sic est malignorum spirituum consuetudo quod, quando homines deserunt, illos per quoddam temporis spatium velut mortuos relinquunt; et confortavit illos ut ipsas sic ad ecclesiam deportarent, quia resumerent spiritum; et quod non exspiraverant, sed erant territae ab illis malignis spiritibus. Cumque eas ante beati viri arcam detulissent, collocaverunt illas ibidem in terram et rogaverunt beati Columbani fratres ut pro illis miseris orare dignarentur. Qui cum pro illis orassent, post paululum, circa mediam fere horam, velut a somno expergefactae, de terra surrexerunt; quidque illis evenisset quave de causa illic essent penitus ignorabant. Ut autem se a beato Columbano sanatas et earum importunium a narrantibus cognoverunt, gratias Deo et beato Columbano reddiderunt, qui ipsas de manibus Pharaonis daemonis misericorditer liberavit. Auditaque missa, in propria Deum benedicentes abierunt et deinceps usque ad mortem semper devotissimae exstiterunt, ac cotidie missam audire satagebant. Post haec igitur omnia honorifice sanctissimum corpus in suo sepulcro condiderunt, ubi usque in praesentem diem multa per eum Dominus miracula ostendit.

Cum autem scribendi finem iam facere decrevissem, quidam vir egregius superveniens aliud mirabile nobis enarravit, quod sub silentio numquam possem praeterire. Narravit namque quod dum beatus Dei servus Columbanus adhuc viveret, Romam, beato Gregorio pontificatum tenente, perrexit. Qui cum civitati appropinquasset, omnes ipsius civitatis campanae, nemine tangente, sonare coeperunt. Quod stupendum cives videntes, pontificem cum summa festinatione adierunt, quidvenam hoc esset sciscitantes. Quibus beatissimus pontifex Spiritu sancto repletus respondit quendam sanctissimum virum Romam venire, cuius adventu tota

ecclesia laetabatur : *Eamus itaque ei obviam et condignum ei honorem exhibeamus.* Antequam vero ut irent se praeparassent, beatus Columbanus Romam applicuit et beatissimi Petri apostolorum principis templum intravit. Ivit igitur et ipse papa cum populo ad ecclesiam, et sanctum virum repperit in oratione prostratum. Quem cum per spiritum cognovisset, prostravit et se cum populo in oratione, exspectans quod sanctus vir surgeret. Illis vero sic stantibus, beatissimus papa sanctum Dei Columbanum fixis oculis diligenter ac curiose intuens, in corde suo dicebat : *Oh! quam admirabilis, laudabilis et benedictus es Domine Deus in sanctis tuis! Quisnam posset umquam sibi persuadere hanc tam parvam personam esse tam magnam apud te?* Quam cogitationem dilectissimus Deo Columbanus in spiritu videns, completa oratione surrexit occurrensque sanctissimo pontifici, prostravit se ad pedes ipsius, humiliter petens se a sua Sanctitate benedici. Cui cum benedixisset, ait illi beatus Columbanus subridens : *Sanctissime Pontifex, licet parvus sim, nolite me despicere, quia qui despicit facturam, Creatorem despicit. Nam Deus ipse fecit nos et non ipsi nos.* Videns itaque beatus Gregorius quia etiam secreta ei cordis sui patebant, maior eum stupor invasit, coepitque se ad ipsius beati Columbani vestigia velle prosternere. Quod sanctus Columbanus advertens, subito amplexatus est eum, hocque nullo pacto a tanto viro sibi passus est fieri dicens : *Sanctissime papa, quaeso, ne mihi hodie inferatis hanc iniuriam, ut quod Sanctitati vestrae a me peccatore debetur, id mihi a Sanctitate vestra humili indecenter exhibitum, mihi in confusionem potius ac in opprobrium revertatur. Quia tali non sum dignus honore ; insuperque, si hoc permitterem, irremissibilem Deo iniuriam facerem. Qua de re si animae meae salutem diligitis, a talibus cessate, deprecor.* Quibus humillimis verbis adeo convictus fuit pontifex, ut ei amplius contradicere non auderet ; sed ipsum strictissime amplexatus, dulcia intimae caritatis ei oscula indulsit. Capiensque manum ipsius laevam, continue eam tenens, duxit ipsum ad palatium suum. Cumque fessa iam corpora sedere fecissent, coeperunt cibis se invicem divinis pascere, adeo ut corporalem cibum sumere obliviscerentur (1). Servi vero pontificis cernentes quia iam diu transacta fuerat hora reficiendi, coeperunt eidem dicere : *Vultis facere ieiunare hodie hunc vestrum hospitem, quem cum tanto gaudio introduxistis?* Quibus verbis obstupefactus pontifex perpendensque quia corporalem refectionem oblivioni tradiderat, respondit illis : *Ite, afferte cito cibaria et vinum ut comedamus.* Tenuit igitur beatissimus Gregorius sanctum Dei Columbanum apud se quamdiu potuit. Beatus vero Columbanus rogabat eum ut se abire permitteret, quia sibi nimis incommodum erat tamdiu extra cellam manere. Nolens igitur beatus Pontifex sancti Columbani ultra voluntati resistere, ipsum multis ab eo donatum muneribus et data eidem benedictione sua in pace dimisit, rogans ut pro se cotidie orare dignaretur ; insuper et si quid ei placitum in domo sua vidisset, peteret ab eo, quia quicquid postularet, libenter sibi daret. Petiit itaque beatus Columbanus unam ex sex hydriis in quibus D. N. I. C., dum ad

(1) *In marg. add. saec. XV altera manus :* Hoc quod ibi dicitur de cibi oblivione, fuit pia scriptoris interpositio.

nuptias recumberet, aquam in vinum convertit. Quam dedit ei sanctus Gregorius plenam sanctorum reliquiis, misitque cum eo de servis suis, qui usque ad coenobium suum illam portarent, et est ibi usque in praesentem diem.

Iam, fratres carissimi, lassae manus quietem exposcunt; ideo scribendi finem faciemus. Verum quidem fateor quia multa alia signa et prodigia Deo dilectissimus Columbanus in vita et post mortem, Domino cooperante, demonstravit : quae si singula in scriptis redigere deberemus, nimis mihi laboriosum esset viriumque mearum virtutem excederet. Haec autem solummodo quae a viris egregiis et fide dignis accepimus, hoc in libello edissere volui, ut in totum non amittamus et qui desiderio proficiendi sunt accensi, habeant unde aedificentur; lausque sanctorum Dei in totum non taceatur, quia Deo fieret iniuria, cui honor est et gloria una cum Patre et Filio et Spiritu sancto, per infinita saeculorum saecula. Amen.

Explicit Vita gloriosi sancti Columbani abbatis.

XXXIII. Codex signatus G. 49 Sup.

Membraneus, foliorum 86, adiunctis 8 foliis chartaceis, formae min. ($0^m,222 \times 0,157$), amplis marginibus, plenis lineis, diversis manibus exaratus anno 1465, uti ad calcem folii 82v notatum est : *Scriptum 1465, horis nocturnis, tempore hiemali.* Tituli rubricati sunt; litterae maiores vicissim rubrae et caeruleae prodeunt; aliquot litterae capitales splendide auro variisque lineamentis decoratae, globulisque comatis, auro obductis circumdatae. Litterae autem minores, bene multae, colore flavo illitae sunt. In interiore teguminis latere haec legeris : *Emptus hic liber per me Ioannem Franciscum Accursum di Nursia, Ioannis (?) filium, Aquilae civem et cancellarium anno Domini M°CCCCLXXXVI.* Primum locum occupat de rebus quasi asceticis *Doctrina gloriosissimi Hieronymi ex suis operibus egregie derivata,* cum indice. Sequuntur autem .

1° Versus sancti Damasi episcopi de laudibus sancti Pauli episcopi (fol. 35r).

Ed. *P. L.*, t. XIII, p. 379-81.

2° [Epistula de morte sancti Hieronymi] (fol. 35r-62r).

Auctore Pseudo-Eusebio, ed. *P. L.*, t. XXII, p. 239-82.

3° Epistula Augustini doctoris eximii ad Cyrillum praesulem; — epistula responsiva beati Cyrilli ad Augustinum (fol. 64r-82v).

Ed. ibid., p. 281-326.

4° Pridie kalendas octobris, natalis sancti Hieronymi, presbyteri cardinalis et doctoris eximii (fol. 83r-86v).

Ed. ibid., p. 201-14. Textus codicis simillimus est ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 15r-18r.

XXXIV. Codex signatus G. 55 Inf.

Chartacea miscellanea, exarata saec. XVII.

[Passio sanctorum Faustini et Iovitae] (fol. 140r-156v).

Formae med. (0m,30 × 0,20). Ed. *Act. SS.*, ad d. 15 Februarii, t. II, p. 817-20. In apographo illo add. : *Passus est beatissimus Calocerus quarto calendas Maias, imperante Adriano.*

XXXV. Codex signatus G. 65 Inf.

Membraneus, foliorum 172, formae med. (0m,329 × 0,227), binis columnis, una manu, exiguo sed nitido charactere exaratus saec. XV. Tituli capitulorum litteraeque maiores caeruleo rubrove colore illitae, nec ineleganter ornatae sunt.

Fol. 1r notatum est : *Hic codex fuit Vincentii Pinelli v. cl. a cuius heredibus tota eius bibliotheca Neapoli empta fuit, iussu Ill^mi Card. Federici Borrhomei, Ambrosianae biblioth. fundatoris. Olgiatus scripsit anno 1609.*

1° Opus, quod intitulatur de conformitate vitae beati Francisci ad vitam D. N. I. C., redemptoris nostri, editum a fratre Bartholomaeo de Pisis, Ordinis minorum, sacrae theologiae magistro, ob reverentiam sui patris praecipui beati Francisci, anno MCCCLXXXV (fol. 1r-171v).

Typis excusum Mediolani, anno 1513.

2° Ad pronuntiandum in martyrologio in vigilia beati Francisci, quod ego magister Bartholomaeus composui. Quinto nonas octobris luna... (fol. 171v).

Breviarium Vitae sancti Francisci. Inc. : *Apud vallem Spoletanam, civitate Assisii, natale beati Francisci, institutoris ordinum minorum.* Subsequuntur in cod. *littera directa generali magistro et capitulo generali per approbationem istius operis a magistro Bartholomaeo de Pisis* et *littera responsiva capituli generalis istud opus approbantis*; ed. ad calcem op. citati.

XXXVI. Codex signatus G. 79 Inf.

Chartaceus, foliorum 80, qui maiorem partem litteris saeculo XVII scriptis vel transumptis efformatus est.

Ad rem hagiographicam facit

Andreae Alciati fragmentum de templo D. Eustorgii, Mediolani, de tribus magis, de D. Petro martyre, de Porta Ticinensi, de D. Laurentii templis aliisque scitu dignis (fol. 1^r-8^r).

Formae med. (0^m,318 × 0,204). Titulum subsequitur haec notitia: *Transmissum vero ad me Petrum Puricellum fuit hoc fragmentum ab amantissimo mei mihique vicissim observandissimo dilectissimoque Domino Matthaeo Valerio, Carthusiae Papiensis olim Priore dignissimo, nunc Generali Procuratore, die scilicet 15 septembris 1644.*

Ed. supra ex cod. A. 136 Inf., p. 207-11.

XXXVII. Codex signatus G. 100 Inf.

Chartaceus, foliorum 414, formae med. (0^m,30 × 0,213), lineis plenis exaratus exeunte saec. XVI. De cuius origine haec notata sunt ad codicis principium: *Prope Salernum in regno Neapolitano sita est civitas Cavensis et in ea insigne monasterium ordinis sancti Benedicti congregationis Cassinensis sub invocatione sanctissimae Trinitatis. In eo monasterio antiquus codex vetustis characteribus scriptus de Vitis Pontificum Romanorum exstabat. Hunc librum, instante Domino Antonio de Aquino, qui illum in eo monasterio invenerat, et Domino Caesare Baronio petente, Dominus Cardinalis Montaltus, eiusdem ordinis protector, anno 1593 Romam afferri iussit. Cumque ego, Franciscus Penia, Rotae auditor, eundem librum nactus essem, eum servatis eisdem characteribus transcribi mihi curavi et per meipsum cum antiquo exemplari, in quo sunt frequentes solecismi ob imperitiam fortassis scriptoris, contuli, ut apparet ex hoc libro.* Ad calcem autem voluminis, reliqua fata exemplaris, ex quo hic codex transumptus est, sic perstricta sunt: *Hic insignis liber per multos annos deperditus ex monasterio sanctissimae Trinitatis fuit; tandem, R^do^ Domino Nicolao Antonio Murensi episcopo procurante, sacro Cavensi coenobio restitutus fuit, tempore quo Dominus Pater Chrysostomus de Neapoli eiusdem sacri monasterii abbas existebat, regiminis vero sui anno quinto, videlicet anno salutis 1516, die 8 novembris.* Hodie conservatur codex ille typicus in bibliotheca Vaticana, signatus 3764. Cfr. L. Duchesne, *Liber pontificalis*, Introduction, p. cxcv, num. 50. Apographus autem, de quo agitur, concordat cum Ottoboniano 993, descripto a L. Duchesne, l. cit., num. 51.

[Acta Romanorum Pontificum usque ad Stephanum V].

Est *Liber pontificalis*, ed. a L. Duchesne. Editio Muratoriana refert variantes huius codicis lectiones sub littera D.

XXXVIII. Codex signatus G. 306 Inf.

Chartaceus, foliorum 225, formae med. (0m,376 × 0,242), anno 1865 a cl. v. A. Ceruti, bibliothecae Ambrosianae custode, bipartitis columnis accuratissime exaratus. Est autem transumptus ex codice autographo saeculi XIII declinantis, qui in bibliotheca capituli metropol. Mediolan. asservatur. Cuius auctor est Gotti-fredus Bussero, presbyter de Rodello, dioeces. Mediolan., ut fert communis eruditorum virorum opinio (1). Operis principio inscriptum est : *Incipit liber notitie sanctorum Mediolani.* Occurrunt, alphabetico nominum ordine, notitiae 464, ita ut singulorum sanctorum prodeant duae, quarum prior ad memoriam ecclesiarum ipsis in agro Mediolan. sacrarum pertineat, altera Vitae breviarium delibet; atque heic de reliquiis liturgicisque usibus saepissime facta est mentio. Porro hunc codicem, hactenus ineditum, ad historiam Mediolan. dioecesis tum ecclesiasticam, tum hagiographicam multum conferre, pervolventi aliquot folia liquido constabit. Servata est autem a cl. v. Ceruti, in transcribendo, ipsa codicis forma speciesque exterior.

Ex quo apographo, collato cum originali exemplari, postea edentur excerpta in *Anal. Bolland.*

XXXIX. Codex signatus G. S. III, 12.

Chartaceus, foliorum 220, formae med. (0m,28 × 0,20), lineis plenis, una manu anno 1795, ut passim legitur, nitide exaratus. Si excipiatur documentum unum, fol. 132r, nempe *Eusebii Hieronymi de Resurrectione carnis liber unicus*, codicem illum efformarunt Vitae ex manuscriptis monasterii Sae Crucis in Hierusalem, ab ipso bibliothecario, Romualdo Casati, depromptae propriaque manu transcriptae. In quo opere summam posuit diligentiam, suo apographo, uti legenti patet, cum primigenio textu semper collato ; non eandem fidem meritus, ubi praevia singulis Vitis notitia examinat sintne editae, an non.

Iuvat autem infra tradere eiusdem bibliothecarii litteras autographas, huic codici initio alligatas, ubi de fatis bibliothecae monasterii S. Crucis Hierusalem, Romae nempe, quaedam haud incuriosa delibata sunt (2). Datae fuerunt hae litterae ad cl. Cighera, tunc praefectum Bibliothecae Ambrosianae, prout fert inscri-

(1) Sassi, *Dissertatio apologetica SS. Protasii et Gervasii*, n. 54 (Mediolani, 1708) ; Argelati, *Biblioth. script. Mediolan.*, t. I, col. 243 ; Mazzuchelli, *Gli scrittori d'Italia*, vol. II, parte iv, p. 2460. — (2) De eadem bibliotheca scripsit Joh. Merkel, *Ueber die Bibliothek des Cistercienserklosters S. Croce di Gerusalemme in Rom*, Neues Archiv, t. I, p. 576-9.

ptio. Hoc autem munere functus est, teste cod. signato P. 152 Sup., ab anno 1800 usque ad 1823, 22 Iulii (1).

1° III nonas februarii, passio sancti Blasii martyris (fol. 5r-22v).

Haec fol. 4r praefatus est amanuensis : *Ex codice VIII, fol. LXXXIIII. Passio S. Blasii episcopi et martyris. Haec Acta passionis, ut arbitror, inedita sunt et editis longe prolixiora. Et ex codice XLIX, fol. 164. Haec Acta leguntur apud Mombritium, t. I, pag. 82. Sed apud eundem deest ultima pars passionis.* Ad calcem autem Vitae, videlicet fol. 22v, ita subscriptum est : *Ego Romualdus Casati Mediolanensis, monachus Sae Crucis in Ierusalem Cisterciensis, professor linguae graecae propria manu scripsi anno 1795.*

Reapse, sub hoc titulo duae transumptae sunt Passiones : prior, ex cod. XLIX modo dicto, ed. quarto loco *Act. SS.*, ad d. 3 Februarii, t. I, p. 349-53 ; altera, ex cod. VIII, ed. ibidem, primo loco, p. 336-9.

(1) Signor Bibliotecario e Dottore stimatissimo,

28 Giugno.

Per sua maggior erudizione ho l'onore di riferirgli che i codici nostri di Santa Croce in Gerusalemme di Roma furono raccolti da varii Monasteri benedettini per la Romagna in occasione che il Padre Abate D. Ilarione Rancati Milanese fù destinato dal Papa Alessandro VII Visitatore apostolico, come ne parla il Padre Abte Fumagalli nella di lui vita ; lo stesso fece il Padre Abe D. Gioachimo Besozzi, poi Cardinale, avendo invece di Codici regalato a Monasteri suddetti altre opere stampate, poichè, come sa, l'epoca dè Cisterciensi è inferiore ; così in Chiaravalle si legge in un'antica iscrizione :

Anno milleno centeno bis minus uno
Sub Patre Roberto coepit Cistercius ordo,

e P. Ughelli ne fa fede nell' *Italia sacra*, ma le vicende dè tempi favorevoli procurarono a Monaci lombardi questi manoscritti avendo io numerati nel Monastero di Sta Croce in Gerusalemme 200 e più codici. Il Monastero di S. Saba antichissimo, dove abitassimo noi Cisterciensi fino a tempi di Pio IV che ci transferì al Monastero di Sa Croce suddetto, ci fornì di molti antichi manoscritti allora fù che i Certosini di Roma furono trasferiti da Sa Croce di Roma al Monastero di Sa Maria degli Angeli, dove abitano presentemente. Dal Monastero di Chiaravalle della Colomba di Piacenza dove fui io Priore per 5 anni, furono levati pure antichi codici di pergamena, avendo il suddetto Cardinale regalato invece a quel monastero altre opere stampate di nuovo. Scrivo a V. S. queste notizie per sua cognizione, avendole io intese da nostri Abati e riconosciute sul luogo. Avrò il piacere di rivederla rifrescandosi la stagione ; godo sempre di rinovarmi col maggior rispetto a V. S. ed a tutti i suoi compagni, spezialmente al Sigr Preposito e Sagrista.

Obbligmo ed Affezmo Servide
Romualdo Casati
Sacerdote.

A *tergo :* Al Revmo Sig. Padron Colmo
Il Signr Dottore Zighera Bibliotecario degnissimo di S. Sepulcro
e Prefetto della Biblioteca Ambrosiana.

2° Passio sancti Pauli apostoli (fol. 24r-38v).

Notatum est : *Ex codice XXXII, alias 162, fol. 175, membranaceo, gothicis characteribus. Prologus exstat ap. Mombritium, t. II, fol. 201, Vita vero hactenus inedita.* Ad calcem subscriptum est sicut supra, 1°.

Passio quidem ed. partim ap. Fabricium, *Codex apocryphus N. T., Hist. Apost.*, auctore Pseudo-Abdia, lib. II, cap. 1-5; partim, a fol. 29r *(Martyrium sancti Pauli Apostoli ab Lino episcopo Romano graeca lingua conscriptum, Ecclesiis Orientalibus destinatum), Maxima Bibliotheca veterum Patrum* (Lugduni 1677), t. II, parte I, p. 70-3.

3° Pridie kalendas ianuarii, natalis sancti Silvestri confessoris (fol. 40r-101r).

Fol. 40r, not. : *Vita S. Silvestri papae, ex codice VIII, alias 118 cum editione Mombritii collata, utraque ad litteram transcripta, omissa postremi huius concordi lectione.* Ita est.

Fol. 101r, infra : *Ego Romualdus Casati, monachus Cisterciensis, Bibliothecarius monasterii Sae Crucis in Ierusalem, Mediolanensis, scripsi manu propria anno 1795 sub gubernio Revmi Patris Di Alani Bagatti.*

4° Passio sanctae Luciae martyris (fol. 104r-109r).

Praenotat. : *Exstat ap. Mombritium, t. II, fol. 58 ; nonnihil tamen lectio codicis ab illa Mombritii variat, et praesertim in fine.* Fol. 105r : *Ex codice VIII, alias 118, fol. 10.* — Fol. 109r, ad Vitae calcem, subscriptum est prout supra, 1°.

5° VI idus februarii, passio sancti Iuventii episcopi (fol. 112r-117r).

Praenotat. : *Ex codice VIII, alias 118, fol. 89, membranaceo, ad usum chori, gothicis characteribus. Haec Acta diversa sunt ab illis quae Mombritius dedit.*

Ed. ap. Prelini, *San Siro, primo vescovo e patrono della città e diocesi di Pavia*, t. I, p. 218-32 (Pavia, 1880). Inc. in cod. : *Post felicem obitum egregii Syri Ticinensis episcopi, beatus Iuventius...*

6° Passio sanctorum Nicandri et Marciani (fol. 120r-123v).

Praenotat. : *Ex codice XXXII, alias 102, fol. 141, Bibliothecae Sae Crucis in Ierusalem. Haec Acta nullibi edita reperire potui; discrepant equidem non parum ab editis a Bollando ad diem 17 Iunii.*

Est ipsamet Passio ed. graece et latine *Act. SS.*, ad d. 17 Iunii, t. III, p. 270-3; sed, uti pronum est, multis variantibus lectt., et omm. in cod. numm. 1 et 7, ubi sermo est de martyrum sepultura.

Haec, prologi instar, in cod. leguntur : *Gloriosa sanctorum martyrum Nicandri et Mariani certamina, quibus adversus diabolum Christi armis dimicaverunt, ad exhortationem fidelium, veritatis stilo promenda sunt. Hi itaque, relicta saeculi huius militia, orthodoxam fidem secuti, aeternitatis amore mundum contemnentes, ad caeleste regnum confidentes in Christo pervenerunt. Maximus igitur praeses...*

7° Passio sancti Iacobi apostoli (fol. 126r-130r).

Praenotat. : *Passio S. Iacobi minoris, ex codice XXXII, alias 102, fol. 71, Bibliothecae Sanctae Crucis in Ierusalem, nullibi quod sciam edita.* Fol. 131r, subscriptio, sicut supra, 3°.

Prologus. *Iacobus Alphaei ob distinctionem maioris est cognominatus, qui dicitur filius Zebedaei. Cognomentum igitur ambo a Patre sumpserunt; Iacobus hebraice, latine supplantatio dicitur. Iste est Iacobus minor qui in Evangelio frater Domini nuncupatur, quia Maria uxor Alphaei soror fuit matris Domini, quam Mariam Cleophae Ioannes evangelista cognominat, a patre scilicet sive a gentilitate familiae, quacumque alia causa illi nomen imponens. Hic Ierosolymorum primus episcopus, cognomento Iustus, homo lucis, operarius veritatis tantaeque sanctitatis fuit ut fimbriam vestimenti eius certatim curarent attingere populi. Hic etenim cum in Ierusalem Christum Dei filium praedicaret, de templo praecipitatus a Iudaeis lapidibus opprimitur, ibique iuxta templum humatur, quem Ioseph* (1) *tantae sanctitatis perhibet exstitisse ut propter eius interfectionem Ierosolyma credatur esse diruta; cuius natalitium et ordinatio sexto kalendas Ianuarias creditur.*

Vita ipsa diversis pannis consuta est, nempe : a) ex Pseudo-Abdiae *Apost. Hist.*, lib. VI, cap. 1-5; b) ex oratione ed. *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 203, 4°; c) ex Pseudo-Abdia, l. c., cap. 6 (usque ad verba *operum suarum manducabunt)*; d) ex fragmento Passionis ed. *Anal. Bolland.*, t. VIII (1889), p. 137, lin. 5-10; e) ex Pseudo-Abdia, l. c. (usque ab verba *martyrio consummatus est)*; f) ex clausula quae in *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, l. c., extremam paginam occupat.

8° Kalendis februarii, vita sancti Severi (fol. 152r-177r).

Praenotat. : *Ex codice VIII, alias 169, monasterii Sanctae Crucis in Ierusalem, Romae, gothici characteris, Vita S. Severi episcopi Ravennatis. Hanc mutilam edidit Mombritius, t. II, pag. 275. Integram ex manuscripto congregationis Oratorii ediderunt Bollandistae, t. I Februarii, pag. 82; plura nihilominus in ista desunt, quae Actis sancti Severi in codice nostro reperiuntur inserta, ac inter cetera historia et confutatio Arrianae perfidiae, quam auctor desumpsisse affirmat ex lib. 4. Historiae Tripartitae. Haec enim desideratur in codice congregationis Oratorii, cuius praeterea lectio frequenter variat a lectione huius codicis.*

Ad calcem fol. 177r notat. : " *Ego Romualdus Casati monachus Cisterciensis, bibliothecarius monasterii supradicti, ad litteram transcripsi anno 1795. Romae, sub gubernio Revmi Patris abbatis Alani Bagatti Mediolanensis, Pio VI pontifice maximo.* "

Sub hac rubrica exarata sunt :

a) Pars Vitae ed. *Act. SS.*, ad. d. 1 Februarii, t. I, p. 82-5 (num. 15). Sed post caput secundum inserta est in cod. longa illa digressio cuius modo amanuensis monuit (fol. 157r, linea 6 inferiore — fol. 164v, linea 8 superiore). Ita hic locus

(1) Cfr. Fabricius, *Codex apocryphus N. T.*, t. I, p. 607, nota (i)

Incipit : *Deinde annorum aliquot evolutis temporibus, damnata Niceno concilio heresis Arriana cum ipso auctore per Constantium principem coeperat recalescere, qui toto orbe fidei nostrae....*

Desinit : *Nam moriente superioris nominato beato Geminiano episcopo temporibus Maximi Valentiniani qui Ioviano successerat, idem vir Domini beatus Severus dum sacra missarum sollemnia....*

b) (Fol. 168v, linea 3 superiore — fol. 169v, linea 4 superiore). Miraculum de quo in *Act. SS.*, l. c., p. 87, col. 2, sed diverso prorsus textu et qui praeferendus in codice videatur. Vide Appendicem.

c) (fol. 169v-172r) Vita ed. *Bibl. Casin.*, t. III, Florileg. p. 55-7.

d) *Vita eiusdem ex codice XLVIII, alias 132* (fol. 172r-177r).

Excerpta ex Agnello, *Liber pontificalis ecclesiae Ravennatis*, ed. ab O. Holder-Egger, Monum. Germ. Hist., *Script. rer. Langob. et Italic. saec. VI-IX*, p. 283-7. In cod. partim om. num. 17, cuius locum haec complent : *Sed cur ille [Severus] in pontificali solio electus est in Vita beati Liberii illius successoris aliquantulum expleam, quia de iam dicta Liberii Vita nullatenus retinebo ;* intervertuntur quoque reliquus num. 17 et integer num. 18. Insuper praeit in cod. prologus ed. ap. P. Bortolotti, *Antiche Vite di S. Geminiano*, p. 63 (Modena, 1886).

9° Passio sanctae Savinae virginis eiusque fratris Saviani (fol. 178r-184v).

Praenotatum est : *Ex codice VIII, alias 118, gothico, foliis membran. monasterii Sae Crucis in Ierusalem Romae 1795, Pio VI Pontifice Maximo. Istius Savinae et Saviani nulla occurrit mentio in Martyrologiis.*

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Ianuarii, t. II, p. 944-6, prout descripta est *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 41, 91°. Nota hanc principio lectionem variantem in cod. : *Accepit coniugem sibi unico unicam parentibus procreatam...*

10° Passio sancti Urbani papae et aliorum (fol. 186r-217r).

Praenotatum est : *Ex codice XXXII bibliothecae Sae Crucis in Ierusalem fol. 97. Exstat apud Mombritium, t. II, fol. 350 tribus partibus manca, quam in codice nostro. Horum Actuum memoriam faciunt Bollandiani ad diem 23 Maii.*

Ed. partim *Bibl. Casin.*, t. III, Florilegii p. 84-101 ; partim *Act. SS.* ad d. 25 Maii, t. VI, p. 13, cap. 3 integro. Insequitur subscriptio, sicut supra, 3°.

Appendix ad cod. G. S. III, 12.

De sancto Severo miraculum (Cfr. supra, 8°, litt. b).

Egerat hac in vita praeter haec quae diximus miraculorum plurima, sed post enim a mortalibus raptum immortales concives et petens viva atria caeli innumera signa ad credentium aedificationem terris ostendit ex quo Regem regum

adiit, omni tempore quod febrientes (1), quodque dolentes (2) diversitate languorum vel quot angustiati diversitate causarum sanitati atque laetitiae fuerint restituti in templo eius, sancti Spiritus per eum auxilio faciente pro numero multitudini, nec recordari possumus nec scribere volumus. Tamen quaedam maioris negotii et rarioris facinoris, quae sub tempore nostro pervenerant, scribere non recuso.

Consumptis multorum annorum frugibus ac permultis Caesarum funeralibus exsequiis celebratis, post transitum sancti viri ad immortale saeculum Henrici, iam sub imperio quidam Tuscorum marchio nomine Bonefacius veniens Ravennam circa deiecta dirutae Classis moenia cum sua militia occupavit hospitia; cumque ecclesia Sancti Severi illis proxima haberetur, nullam reverentiam ei praebuere, sed sua omnia per circuitum molientes, hortorum quaeque viridaria consumebant, inter quos aliquot multitudinis evulsos ad ignem assandos detulerant porros, quos vivis cineribus applicantes, ut manderent, sustinent coctionem. Sed praestolantibus eis cocturam porrorum, succus in extraneam sibi vertitur ipse naturam, educentesque eos a primis exspoliant diligenter et ferro incisionis obducentes buccae praecisoribus tradere conabantur. Inter haec tandem prospexerant virtutem Spiritus sancti pro beato Severo hactenus dimicantem. Nam multis adstantibus, adhuc clara luce cernentibus unda cruoris totum holus infectum indicia sanguinis demonstravit. Infecerat enim sanguis cultellos et manus tractantium porros ita ut prae timore et horrore nec possent mandere nec tenere.

Sic territi et tremefacti ad templum eius confugiunt et sese cum aliquibus oblatiunculis offerentes professi sunt paenitentiam et petentes veniam Dei gratia consecuti sunt indulgentiam. His cognitis omnis ipsa multitudo stupens et cito fugiens recessit a loco. Tres loci ipsius monachi et laici plures, qui videntes intererant sub iureiurando suos (3) profitentes testificantur sic haberi causam. Nec incredibile iudico quoniam qui illam ipsam aquae naturam cooperante Spiritu sancto vertit in vinum, ut scitis omnes, potest hactenus vertere in cruore, quem, si placet, valet in oleum demutare.

XL. Codex signatus H. 26 Sup. (olim F.)

Membraneus, foliorum 59, formae min. ($0^m,21 \times 0,15$), lineis plenis, minio ductis, belle exaratus saec. XV. Venuste exornatae sunt litterae maiores bene multae, variisque coloribus depictae. Interiori tegimini ligneo inscriptum est: ***Iste liber est pauperum Iesuatorum 1467. Milano.*** Haec alibi etiam repetita sunt. Enarratur autem

(1) *In marg.*, quot febrientes. — (2) *In marg.*, quotque dolentes. — (3) *In marg.*, suo.

Venerabilis ac sancta vita beati Iohannis de Colombinis de Senis, qui fuit primus pauperum Christi, qui communiter Ihesuati vocantur (1) (fol. 1r-57v).

Incip.: *Antiqua et famosa civitas Senarum in partibus Tusciae, sicut singularissima reverentia ac devotione ad gloriosissimam virginem matrem D. N. I. C.—*

Desin.: *Et cum esset septem aut octo annorum, induit eum de habitu Ihesuatorum quem publice portavit per annum.*

Finita est sancta Vita Beati Iohannis Petri Iacobi de Colombinis, civis Senarum, quam composuit Pheus Phei Iacobi Belcharii civis Florentinis (sic) *in anno Domini MoCCCC.XLVIIIIo. Deo gratias.*

Et add.: *Hoc opus reductum fuit de vulgari in latinum per Antonium de Senis, episcopum Fulginatensem, qui fuit de dictis pauperibus Ihesuatis per viginti octo annis* (sic) *et ultra. Nunc orator et commissarius sanctissimi Domini nostri Pauli secundi, ad promovendum in prothonotarium Dominum Ascanium Mariam Sforciam, filium Illustrissimi Domini Ducis Mediolani Francisci Sforciae et reformandum et reducendum in observantiam famosissimum monasterium Claraevallis. Mediolani. In dicto monasterio annis* (sic) *Domini MoCCCCoLXVIo die XVIIIIo Iulii. Deo gratias.*

Deest in hac interpretatione latina prologus primigenii textus italici, qui saepe fuit prelo excusus.

XLI. Codex signatus H. 56 Sup. (olim M. 668).

Membraneus, foliorum 94, formae min. (0m,239 × 0,170), saec. XV exaratus est a Michaele Pizzolpasso et dicatus Francisco Pizzolpasso, tunc Mediolanensi archiepiscopo, eiusque avunculo. Quae patent ex dedicatoria epistula, in qua idem Michael insuper commemorat se transcripta opuscula legisse *in veternosis codicibus, qui apud bibliothecam Illmi pontificis Ambrosii patroni tui pulverulenti et tineati iacebant;* datque hanc epistulam *ex Mediolano, VI nonas Iulii, 1438.* Folio insiticio anteriore eminet haec inscriptio, lineis quadrangularibus conclusa: *Carolus · A. Basilica P. — Ep. Novariae — haec · historica · monumenta — in · Ambrosiana · bibliotheca — collocavit — gratum · fundatori · munus — ob largitoris · decora — Qui — inter · antiquos · memorari — dignus erat.* Et infra, extra quadrangulum : *Antonio Olgiato eiusdem bibliothecae, quam primus omnium tractavit, Praefecto — Anno 1612.* — In tegumine interiore notatur : *Hic liber continet Historiam Mediolanensem a Michaele Pizzolpasso conscriptam, a Carolo Basilica Petri huic bibliothecae donatam* (saec XVII). Vacant vero folia membr. 90, 92-3. Marginibus insertae notulae a diversis manibus haud infrequentes.

(1) Add. postea : *cum miraculis ab eo patratis post mortem.*

— Scriptura, quae est gothica minor, toto codice est accurata; tituli litteraeque maiores rubrae; a fol. 57v rubrae caeruleaeve alternatim; litterae autem, quibus priores archiepiscoporum Vitae incohantur, variis coloribus ornamentisque exquisitis decoratae, effigiem episcopi egregie depictam mediam inter sua delineamenta exhibent. Folium 3r aureis ornatibus micat.

1° Historia de situ et vocabulo urbis Mediolanensis seu beatissimi apostoli Barnabae visitatione ad eandem divinitus directa, necnon et venerabili viro Anatalon eius coapostolo atque coaetaneo ab eodem episcopali benedictione consecrato vel quibusdam eius successoribus (fol. 3r-41v).

Sub hoc titulo occurrunt Vitae eaedem atque supra, p. 275-6, 2°-10°. Praemittitur insuper prologus (3r-5v), in altero codice omissus, quemque A. Biragus vulgavit in *Datiana historia*, pp. 1-8 (1).

2° Memoria beatissimi patris Eustorgii confessoris atque pontificis gloriosi [Mediolan.] (fol. 41v-44v).

Ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 266r-267v.

3° Vita beatissimi Ambrosii archiepiscopi Mediolanensis (fol. 45r-57r).

Auctore Paulino, ed. ap. P. A. Ballerini, *S. Ambrosii opera omnia*, t. VI, col. 885-906.

4° Excerpta ex vetustissima chronica reperta apud quendam nobilem de Lampugnano de Legnano Mediolanensis ecclesiae, etc. (fol. 57v-79r).

Hic recensetur catalogus archiepiscoporum Mediolanensium a sancto Barnaba usque ad Iohannem Vicecomitem qui *obiit anno Domini MCCCLIIII die IIII° mensis octobris*, intertexto singulorum Vitae breviario inaequali. Videsis supra codicem signatum C. 133 Inf., p. 275, 1°.

Reliquum huius chronicae excerptum (fol. 79r-89v) ad historiam Mediolanensem spectat.

XLII. Codex signatus H. 71 Inf.

Miscellanea chartacea, foliorum 202, formae med. (0m,272 × 0,203), latine et italice conscripta saec. XVII. Haec documenta latina ad rem hagiographicam pertinent

(1) Eiusdem textus v. cl. L. A. Ferrai in pluteis Ambrosianis nuper invenit alium codicem membraneum saec. XII, signatum I. 152 Inf. Cfr. *Bullettino dell' Istituto storico Italiano*. n° 11, p. 159, nota 1 (Roma 1892).

1° Sancti Gregorii Nazianzeni Vita (fol. 1r-32v).

Auctore Caesare Baronio, ed. *Act. SS.*, ad d. 9 Maii. t. II, p. 374-91 (num. 60, usque ad verba *litteris egit apud Caesareenses).* In cod. om. insuper epistula dedicatoria.

2° Vita sancti patris nostri Silvestri de Troina, ordinis sancti Basilii magni (fol. 93r-95r).

Accedit ad Vitam ed. ap. O. Caietanum, *Vitae Sanctorum Siculorum*, t. II, p. 176-7 (Panormi, 1657).

Inc. prologus : *Virorum quacumque in re praestantium mores et studia litterarum tradere monumentis et posterorum demandare memoriae, magna sane vitae mortalium affert utilitatem.*

Inc. Vita : *Troina, Siciliae illustris ac vetustissima civitas...*

Des. : *His igitur et aliis miraculis a Deo optimo maximo* [impetratis] *Silvester in dies magis illustratur. Quamobrem, maximo cum sit honore dignus, gratissimum debitumque amicis Dei donum reportavit, donum, inquam, peroptimi et praeclarissimi illius viri Iulii Antonii Sanctorii sanctae Romanae ecclesiae cardinalis* (1), *amplissimi Graecorum protectoris, necnon benefactoris, de quo universa gloriatur Graecia, eo quod eius studio in sanctorum catalogo Silvester adscriptus est.* Quae alibi nuspiam reperiuntur.

XLIII. Codex H. 86 Inf. (olim S.).

Membraneus, foliorum 224, formae min. (0m,259 × 0,195), lineis plenis nitide exaratus saec. XIV. Tituli litteraeque maiores minio illitae. Fol. 1r, in margine inferiore haec legi possunt, saec. XV expressa : *Iste liber est monachorum congregationis S. Iustinae, ordinis S. Benedicti de observantia, deputatus monasterio S. Petri et Pauli de Glassiate, sito in suburbio Portae Tonsae* (2), *signatus num. 472.* Cessit autem, anno 1603, in bibliothecam Ambrosianam.

Praeter aliquos sanctorum Patrum tractatus, occurrunt de sancto Bernardo, abbate Claravallensi

1° Vita sanctissimi Bernardi abbatis (fol. 1r-21r).

Est Vitae S. Bernardi lib. I, auctore Gulielmo, ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Augusti, t. IV, p. 256-77.

2° Liber secundus vitae sancti Bernardi Claraevallis abbatis (fol. 21r-37v).

Est lib. II, auctore Ernaldo, ed. ibid., p. 277-94.

(1) Relatus est cardinalis tit. S. Barbarae anno 1570, obiitque anno 1602. — (2) Hodie Mediolani adhuc eodem loco exstat ecclesia *S. Pietro in Gessate.*

3° Ultimi tres libelli de vita sancti Bernardi Claraevallis abbatis (fol. 37v-67r).

Libri III, IV et V, auctore Gaufrido, ed. ibid., p. 295-326 (num. 270), omisso in cod. tractu qui p. 323, col. 1 inter uncos positus est.

4° Sermo de eodem in anniversario die depositionis ipsius (fol. 67r-71r).

Inc.: *Quam dulcis hodie, dilectissimi, devotis filiis paterna debet esse memoria; quam amabilis, quam acceptabilis, quam iocunda...*

XLIV. Codex signatus H. 87 Sup. (olim P. 170.)

Membraneus, foliorum 60, formae med. (0m,282 × 0,198), manu scripturam saec. XI imitante pulchre exaratus saec. XVI. Nonnulla folia remanserunt vacua Litterae maiores initiales, in rectangulis diversicoloribus sertoque ornatis inclusae, sese invicem excipiunt auro argentove illitae. Folium 1r eximio decore magnam partem insignitur. Eminet minuta pictura, mensurae 0m,1 × 128, in qua repraesentatur S. Barnabas, medius inter populum, adulescentem per infusionem baptizans. Adstantium vestimenta videntur esse saeculi XVI; figurae autem, vividae variaeque expressionis, typos gerunt scholae Bernardini Luini, pictoris Langobardiae haud spernendi. Haec tabella una cum decem lineis infra exaratis circumdatur venusto foliorum florumque ornatu, insertis alternantibusque mitra episcopali et abundantiae cornibus. In fronte legitur monogramma I. H. S. Infra a duobus angelis portatum numisma nigrum, aurato anulo, effert ardui leonis imaginem; extra anulum ad sinistram superiorem fulget littera F, ad dexteram autem superiorem littera A.
Parti anteriori colligata sunt tria folia chartacea, cuius primum est indiculum; ad rem hagiographicam pertinet

[Catalogus Mediolanensium archiepiscoporum a S. Barnaba ad Hippolytem Estensem 1498] (fol. 1r-43r).

Textus affinis est textui catalogi modo, p. 339, in cod. H. 56 Sup., 4° indicati; longiusculum tamen attingit singulorum archiepiscorum Vitam.

XLV. Codex signatus H. 111 Sup. (olim P.)

Chartaceus, foliorum 169, formae med. (0m,287 × 0,211), lineis plenis exaratus saec. XV. In insiticio folio anteriore notatum est: *Hic codex fuit Vincentii Pinelli v. cl., a cuius heredibus tota eiusdem bibliotheca Neapoli empta fuit iussu Ill*mi *card*lis *Federici Borromei, Ambrosianae bibliothecae fundatoris.*

[Gesta Romanorum Pontificum usque ad Martinum V.]

Est *Liber pontificalis*, ed. a v. cl. L. Duchesne. Muratoriana editio variantes lectt. sub littera B refert. Priorum foliorum margines notis abundant. Praefixus est alphabeticus pontificum catalogus et auctorum Vitarum indiculus, qui supra recitatus est, p. 277, ad cod. signatum C. 204 Inf.

XLVI. Codex signatus H. 224 Inf.

Membraneus, foliorum 103, formae med. ($0^m,29 \times 0,204$), triplici manu triplicique scriptura diversa exaratus saec. XII. Praeterea compacta sunt tria folia chartacea, quorum altero index exhibetur. Si excipiantur folia 97^r-103^v, ubi bipartitis columnis occurrit theologicus *liber qui dicitur lucidarius*, mutilus, lineae sunt plenae. Palimpsesta sunt folia 57^v, 58, 75^r-93^r, quorum priscos characteres non pumex, sed cultellus abrasit : inde nonnihil detrimenti pergamenae illatum. Passim quoque, sed leviter, dissectae sunt margines. Solito rubricati sunt tituli litteraeque capitales, tenui ceterum ornatu decoratae.

In codicis originem inducit haec nota inferiori folii 1^r margini inscripta saec. XV : *Iste liber est congregationis Unitatis, deputatus monasterio sancti Petri de Glassiate Mediolani* (1), *quem Antonius de Inzago faber et civis Mediolanensis ibi in ipso monasterio de Glassiate pro anima sua obtulit, signatum numero 93.*

1° Severi Sulpitii vita beati Martini (fol. 1^r-14^r) (2).

Ed. ap. C. Halm, *Corpus script. eccl. latin.*, t. I, p. 109-37. Subsequitur in cod. breviarium Vitae ipsiusmet Sulpicii Severi (fol. 14^r) auctore Gennadio, ed. *P. L.*, t. XX, p. 86.

2° Dialogus Severi Sulpitii, quem ipso mediante Postumianus et Gallus de virtutibus quorundam patrum et praecipue beati Martini contulerunt (fol. 14^v-37^v).

Ed. ap. C. Halm, t. cit., p. 152-216.

3° De transitu sancti Martini episcopi Turonensis (fol. 28^r-40^r).

Sicut supra, p. 276, in cod. C. 133 Inf., 12°. Subsequuntur in cod. *Capitula in Vita sancti Martini et in dialogo Severi de Vita S. Martini. Require in principio* (fol. 40^v-42^r).

4° Epistula Severi Sulpitii ad Aurelium diaconem, de mirabilibus eiusdem sancti Martini; — ad Eusebium (fol. 42^r-45^r).

Ed. ap. C. Halm, t. cit., p. 138-45.

(1) Vide supra, p. 340, nota 2. — (2) Addit manus altera : *Depositio eiusdem quaere post dialogum, in folio XXXVIII.*

5° Vita beati Nicolai (fol. 45^r-56^v).

Vita " ex B. Methodio per Iohannem diaconum ecclesiae sancti Ianuarii " deducta, ed. ap. Carminium, *Sancti Nicolai Acta primigenia* etc. (Neapoli, 1751), p. 113-24, scil. cap. II-XX. Ed. quoque ap. Mombritium, t. II, fol. 162^r-168^r, col. 2 media (usque ad verba *Cum de Africae partibus*).

6° Passio sanctorum Rufinae et Secundae (fol. 54^v-57^r).

Ex Martyrologio Adonis, IV idus Iulii.

7° De sancta Victoria [martyre Romae] (fol. 57^r-58^r).

Ex Adone, X kalendas Ianuarii (usque ad verba *ad hoc opus direxerat*)

8° De sancta Eufrosina [virgine Alexandrina] (fol. 58^r).

Ex Adone, kalendis Ianuarii.

9° De sancta Dorothea [Caesareae Cappad.] (fol. 58^v).

Ex Adone, VIII idus Februarii. Deficit ad calcem in cod. ob avulsum folium.

10° Vita beati Augustini episcopi (fol. 59^r-72^r).

Auctore Possidio, ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Augusti, t. VI, p. 427-40.

11° Exemplar epistulae Aviti presbyteri de reliquiis beati Stephani protomartyris (fol. 72^r-72^v).

Ed. *P. L.*, t. XLI, p. 805-8.

12° Epistula Luciani presbyteri de inventione sancti Stephani protomartyris (fol. 72^v-74^r).

Ed. ibid., p. 807-15.

13° Passio beatae Teglae martyris (fol. 74^r-74^v).

Ex Adone, IX kalendas Octobris.

14° De sancta Susanna [v. m. Romae] (fol. 75^r-76^r).

Ex Adone, III idus Augusti.

15° De sancta Savina [v. m. Romae] (fol. 76^r-76^v).

Ex Adone, IV kalendas Septembris.

16° De sancta Seraphia [v. m. Romae] (fol. 76^v-77^r).

Ex Adone, III nonas Septembris.

17° De sanctis Iuliano et Basilissa (fol. 77^r-78^r).

Ex Adone, V idus Ianuarii.

18° De sancto Pigmenio [m. Romae] (fol. 78^r-79^v).

Ex Adone, IX kalendas Aprilis.

19° De sancto Cypriano [ep. Carth. m.] (fol. 79^v-81^r).

Ex Adone, XVIII kalendas Octobris.

20° De sancto Narcisso [Hierosylimit. ep.] (fol. 81^r-81^v).

Ex Adone, IV kalendas Novembris.

21° De sancto Alexandro episcopo et martyre [Romae] (fol. 81v-82r).

Ex Adone, VI kalendas Decembris.

22° Vita sanctae Pelagiae (fol. 82r-87r).

Auctore Iacobo diacono, ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Octobris, t. IV, p. 261-6.

23° Vita beati Hieronymi presbyteri (fol. 88r-93v).

Ed. *P. L.*, t. XXII, p. 201-14. Textus codicis simillimus est textui ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 15r-18r.

24° Passio sanctae Martinae virginis et martyris [Romae] (fol. 94r-95v).

Ex Adone, kalendis Ianuarii.

25° [De sancta Balbina v. Romana] (fol. 94v).

Ex Adone, pridie kalendas Maii.

26° Passio sanctae Theodorae [v. Alexandrinae] fol. 95v-96r).

Ex Adone, IV kalendas Maii.

27° Passio sancti Bonifacii martyris (fol. 96r-96v).

Ex Adone, nonis Iunii.

XLVII. Codex signatus H. 230 Inf.

Membraneus, foliorum 109, formae med. (0m,309 × 0,226), diversis scripturis, plenis plerumque lineis exaratus saec. XIII. Litterae maiores caeruleae vicissim atque rubrae. Fuit olim ille codex monasterii Lucedio, ordinis sancti Benedicti, in ditione Pedemontana, postea S. Ambrosii Mediolani Cisterciensium. Praeter kalendarium ad usum ordinis sancti Benedicti et martyrologium Romanum, notetur binis columnis scripta

Vita et miracula beati Lanfranci Papiensis episcopi et confessoris (fol. 100r-102r).

Auctore Bernardo, eius successore immediato, ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Iunii, t. IV, p. 620-30.

XLVIII. Codex signatus H. 253 Inf.

Chartaceus, foliorum 170, formae med. (0m,325 × 0,221) lineis plenis exaratus saec. XV. Fol. 1r superiori inscriptum est saec. XVI : *L. G. episcopi Sarnensis 223.* Obiit autem episcopus Sarnensis anno 1543 Ludovicus Gomez. Iure emptionis codex in Ambrosianam bibliothecam transiit anno 1825.

Ceterum ad ultimum usque apicem convenit cum codice supra p. 277 descripto, C. 204 Inf.

XLIX. Codex signatus I. 45 Sup.

Membraneus, foliorum 83, formae min. (0^m,233 × 0,169) plenis lineis exaratus saec. XIII. Multae litterulae maiores flavo colore illitae. Praeter Caesarii episcopi Arelatensis homilias 42, inest documentum hagiographicum

De Vita beati Antonii (fol. 77^r-81^r).

Pars Vitae, auctore Athanasio, ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Ianuarii, t. II, p. 121-3. Subsequuntur in cod. quaedam ex eiusdem sancti Antonii homiliis.

L. Codex signatus I. 53 Sup. (olim vicissim B. X. Y.)

Membraneus, foliorum 78, praeter insiticia quattuor folia chartacea et duo membranea, formae min. (0^m,229 × 0,161), amplis marginibus, tenui et densa scriptura, lineis plenis, una manu, exaratus saec. XV. Tituli rubri sunt; maiores litterae, tum rubrae, tum caeruleae sobrie descriptae; inferior folii 1^v margo stemmate infabre depicto occupatur. Praeter S. Augustini sermonem ad *rectores et iudices; advocatos et procuratores* haec insunt

1° Epistula beati Eusebii Cremonensis ad Damasum Portuensem episcopum et ad Theodosium * Romanorum senatorem de obitu gloriosissimi Hieronymi (fol. 1^r-32^v).

*cod. constanter habet Theodonium

Auctore Pseudo-Eusebio, ed. *P. L.*, t. XXII, p. 239-82.

2° Epistula sancti Augustini episcopi et doctoris eximii ad Cyrillum Hierosolymitanum episcopum de laudibus beati Hieronymi doctoris eximii (fol. 33^r-38^v).

Ed. ibid., p. 281-9.

3° Epistula Cyrilli patriarchae Hierosolymitani ad beatum Augustinum episcopum de miraculis beati Hieronymi (fol. 38^v-66^r).

Ed. ibid., p. 289-326.

4° [Vita beati Hieronymi ex diversis auctoribus collecta] (fol. 66^v-75^r).

Ed. ibid., p. 183-202.

5° Qualiter corpus beati Hieronymi delatum est Romam et in basilica beatae virginis Mariae ante praesepe Domini devotissime fuit collocatum (fol. 75v-76v).

Ed. ibid. ex hoc cod., p. 237-40. Cfr. *Act. SS.*, ad d. 30 Septembris, t. VIII, p. 636, num. 1090-3.

LI. Codex signatus I. 61 Inf.

Membraneus, foliorum 268, formae med. (0m,262 × 0,198), exaratus saec. XI. Initio compacta sunt quinque folia chartacea, quae indicem referunt et solitum testimonium : *Olgiatus vidit anno 1603.* Plures manus diverso scribendi genere huic conficiendo libro allaborarunt ; quod et in uno eodemque folio 205r manifestum est et insuper patet ex hac infecta commendatione ad codicis calcem posita: *O lector, qui hunc librum legis, mercede pro peccatis scriptorum eius ad Dominum.....* Neque par ubique fuit diligentia adhibita. Squalet multis locis pergamena, lacera, saepe perforata et marginibus excisa ; identidem haud tersa, ita adhaerentibus pilorum radicibus hirsuta ut conspiciatur nigra. Rubricati sunt tituli litteraeque maiores, cum quae in textu occurrunt, tum quae principio Vitarum mediocri raroque ornatu expressa sunt. Sola carmina binis columnis exarata sunt. In marginibus eminent notulae, compendii instar.

Codicis originem prodidit infimo folio 7v sedula manus saeculi XV : *Iste liber est monachorum congregationis Unitatis sanctae Iustinae ordinis sancti Benedicti commorantium in monasterio Sanctorum Petri et Pauli de Glassiate, sito in suburbio Portae Tonsae Mediolani* (1), *signatum tali numero 202.* Quae iisdem ferme verbis folio 34r repetita sunt.

Insuper ultimum folium et pars teguminis interior diversimodis versibus, v. g. de Lazaro et malo divite singularibusque annotationibus saeculo XIII exaratis obruuntur.

1° Vita beati Pauli primi eremitae, quam edidit beatus Hieronymus (fol. 1r-5v).

Auctore Hieronymo, ed. ap. Rosweyde, *Vitae Patrum*, lib. I, p. 17-20. Post capitulorum indicem, sequuntur in cod. *Versus metrici de beato Paulo primo eremita editi a sancto Hieronymo*, ed. ope huius codicis supra, p. 292-3, tamquam Appendix ad codicem D. 525 Inf., 1°.

* *cod.* Athanius.

2° Vita beati Antonii, quam edidit beatus Athanasius * (fol. 5v-34r).

Ed. ibid., p. 35-60. In cod. praemittitur index capitulorum 75; sed abest epilogus

(1) Cfr. supra, p. 340, nota 2.

Evagrii interpretis. Subsequuntur in cod. *Versus in laude ipsius*, ed. ope huius codicis supra, p. 293-7, tamquam Appendix ad codicem D. 525 Inf., 2°.

3° Vita beati Hilarionis, quam edidit beatus Hieronymus (fol. 34r-45r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Octobris, t. IX, p. 43-58. In cod. praemissus est capitulorum index, partim numeris haud signatus.

4° Vita sancti Severini abbatis [Noricorum apostoli] ab Eugepio presbytero edita, Pascasio diacono directa (fol. 45r-60r).

Auctore Eugippio, ed. ope huius cod. *Mon. Germ.*, Auct. antiquissimi, t. I, parte II, p. 1-30. Sed in cod. om. epistula Paschasii ad Eugippium (p. 3).

5° Vita sancti Iohannis [abbatis] (fol. 61r-69r).

Auctore Rufino, ed. ap. Rosweyde *Vitae Patrum*, lib. II, p. 448-57. Subsequitur in cod. (fol. 69r-94v), integer Rosweydi liber II, op. cit.

6° Actus monachi captivi (fol. 94v-98r).

Auctore Hieronymo, ed. ibid., lib. I, p. 93-6.

7° De beato Frontonio [monacho] (fol. 98r-100v).

Vita, prout descripta et ed. ap. Faillon, *Monuments inédits sur l'apostolat de sainte Marie-Madeleine en Provence*, t. II, p. 427-32.

8° De sancta Marina (fol. 100v-102r).

Vita ed. ap. Rosweyde, *Vitae Patrum*, lib. II, p. 393-4.

9° Vita sanctae Euphrosinae (fol. 187r-191r).

Ed. ibid., p. 363-8.

10° Vita sancti Symeonis monachi et eremitae (fol. 191r-195v).

Auctore Antonio, eius discipulo, ed. ibid., p. 170-5.

11° Vita sancti Brendani (fol. 203v-205r).

Fragmentum Vitae ed. ap. C. Schröder, *Sanct Brandan*, p. 3-7, lin. 19. (Erlangen, 1875).

12° Visio beati Pauli apostoli (fol. 205r-206r).

Fabulosa prorsus, saeculo XIII ineunte exarata, descriptio S. Pauli ad infernum descendentis, comite angelo, qui varia tormentorum damnatorumque genera exhibet. Cfr. E. du Méril, *Poésies populaires latines antérieures au XII siècle*, p. 298, note 1 (Paris, 1843.) Paulatim ad haec mira devenit narratio : *Post haec prostravit se Michael et Paulus et angelorum millia millium ante Filium Dei, ut requiem haberent die dominico omnes qui erant in inferno. Et ait Dominus : Propter Michaelem et Paulum et angelos meos et propter bonitatem meam maxime dono vobis requiem ab hora nona sabbati usque in prima hora feriae secundae...*

Ita autem incipit in cod. : *Dies dominicus est electus in quo gaudent angeli et archangeli, maior diebus ceteris. Interrogandum est quis primum rogavit ut animae haberent requiem in inferno, id est beatus Paulus apostolus et Michael archangelus, quando exierunt ad infernum. Quia voluit Deus ut Paulus videret poenas inferni. Vidit vero Paulus ante poenas inferni arbores igneas et peccatores cruciatos et suspensos in eis. Alii autem pendebant pedibus, alii manibus, alii capillis, alii auribus, alii linguis, alii brachiis. Et iterum vidit fornacem ignis ardentem per flammas in diversis coloribus...*

13° Liber paradisi (fol. 206r-268r).

Praemittitur praefatio (cfr. Rosweyde, op. cit., p. 704, sed diversae versionis), sub hoc titulo : *Praefatio Vitae sanctorum Patrum ad Lausum praepositum palatii ab Eraclide directa.*

Est compendium Vitarum sanctorum patrum a Rosweyde editarum lib. VIII, sed in cod. non eodem semper ordine digestarum. In fine legitur carmen ed. ope huius codicis supra, p. 297-8, tamquam Appendix ad cod. D. 525 Inf., 5°.

LII. Codex signatus I. 145 Inf.

Miscellanea membranea, foliorum 107, formae med. (0m,292 × 0,196) lineis plenis, una manu exarata saeculo XIII. Tituli litteraeque maiores rubricatae. Fol. 99r inferiore notatum est : *Ego Dominicus de Caristo vel de Nigripunti tradidi et scripsi. In nomine Domini Amen.* Haec hagiographica prodeunt :

1° [De factis et dictis Patrum] (fol. 73v-79r).

Inc. : *Narraverunt de abbate Iohanne brevis staturae, qui perrexit ad quendam senem Thebaeum genere, commorantem in Sithi.*

Des. : *Eiulatum eius fugientes audirent. Ex eo iam vir ille in usu habuit ferrum candens manu nuda teneri nec laedi.*

Initium ap. Rosweyde, *Vitae Patrum*, p. 617, num. 3.

2° Aliquantula miracula collecta ex dialogo sancti Gregorii (fol. 79r-106v)

Ex Gregoris Magni Dialogorum lib. I, cap. 1—lib. IV, cap. 57, ed. *P. L.*, t. LXXVII, p. 153-425.

3° Paenitentia sanctae Taysis meretricis (fol. 106v-107v).

Interprete Dionysio, ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Octobris, t. IV, p. 225. In cod. deficit ultima sententia, sed praemissus est prologus, ed. supra, p. 298-9, tamquam Appendix ad cod. D. 525 Inf., 7°.

LIII. Codex signatus I. 246 Inf.

Miscellanea, maximam partem membranea, foliorum 167, formae diversae, saeculis XIV-XV exarata. Haec (0m,21 × 0,15) notanda sunt, saec. XIV scripta:

1° De nomine et vita S. Ambrosii (fol. 33r-40r).

Ed. in *Legenda aurea* Iacobi a Voragine.

2° Legenda sanctae Marthae (fol. 40r-42v).

Ed. ibid.

3° Passio beatissimae Agnetis (fol. 45r-51v).

Auctore Ambrosio, ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Ianuarii, t. II, p. 351-3. In cod. om. ult §., cuius locus obtinetur sequenti miraculo:

Quidam vir nomine Paulinus, in ecclesia Sanctae Agnetis sacerdotum fungens officio mira coepit carnis temptatione vexari. Sed cum Dominum offendere nollet, a summo pontifice licentiam petiit contrahendi. Cuius bonitatem et simplicitatem papa considerans, anulum ei dedit et iussit ut imagini formosae beatae Agnetis, quae in sua ecclesia depicta erat, ex parte sua praeciperet ut se permitteret desponsari. Cumque hoc sacerdos imagini imperaret, illa continuo digitum anularem porrigens et anulo suscepto retrahens, omnem temptationem a sacerdote fugavit. Praedictus autem anulus adhuc dicitur in eius digito apparere.

LIV. Codex signatus M. 77 Sup.

Membraneus, foliorum 95, formae min. (0m,253 × 0,189), lineis plenis, ineunte saeculo X bellissime exaratus. Provenit ex monasterio Bobbiensi, prout constat tum folio 1r superiore *Liber sancti Columbani de Bobio* (saec. XI), tum ad calcem: *Iste liber est monachorum congregationis Sanctae Iustinae de observantia ordinis Sancti Benedicti, residentium in monasterio Sancti Columbani de Bobio. Scriptus sub numero 59* (saec. XV).

Praecurrit et subsequitur folium insiticium, quod praesefert fragmentum quasi obliteratum tractatus S. Augustini de doctrina Christiana, unciali saeculi VI scriptura (Cfr. Peyron *M. T. Orationum*... p. 173 ad cod. 59).

Hunc codicem, a Muratori celebratum, nuper descripsit v. cl. L. Duchesne, *Liber Pontificalis*, Introduction, p. CLXXX, col. 1, n. Est enim

Liber in quo continentur acta beatorum Pontificum urbis Romae (fol. 1r-95r).

Post epistulam S. Hieronymi et responsum S. Damasi, continuo recensus est catalogus Romanorum pontificum usque ad Paulum I; liber conclusus est Vita eius praedecessoris, nempe Stephani II († 757).

Est *Liber Pontificalis*, ed. a v. cl. L. Duchesne. Editio Muratoriana (*Rer. ital. Scriptt.*, t. III, p. 93 et seqq., ubi epistulae Hieronymi et Damasi p. 35, col. 2 et p. 36, col. 1), omnes huius codicis variantes lectt. notat sub littera A.

LV. Codex signatus N. 39 Sup.

Membraneus, foliorum 42, formae min. (0^m,161 × 0,119), plenis lineis, amplis marginibus, scriptura gothica cursiva spissa et mediocri exaratus exeunte saeculo XIV.

1° Vita beati Ludovici episcopi de ordine fratrum minorum (fol. 1^r-5^v).

Compendium in novem lectiones divisum subsequentis textus.

2° [Vita eiusdem sancti Ludovici] (fol. 5^v-24^v).

Auctore Ioanne de Orta, ed. partim ope huius codicis *Anal. Bolland.*, t. IX (1890), p. 281-340. Omm. quaedam in cod., prout indicatum est ibid., p. 280.

3° Legenda sanctae Clarae virginis (fol. 25^r-41^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Augusti, t. II, p. 755-65 (usque ad num. 54). Om. in cod. prologus.

LVI. Codex signatus N. 294 Sup.

Chartaceus, foliorum 54, formae min. (0^m,198 × 0,151), exaratus saec. XVII.

Vitae archiepiscoporum Mediolanensium (fol. 1^r-54^r).

Idem catalogus, nonnullis variantibus lectt., atque supra, p. 341, in cod. signato H. 87 Sup., ; sed anno 1403 conclusus est. In fine add. alia manu: *Ex codice ms. in charta pergamena anni 1408, qui exstat apud D. Primicerium Mediolani.*

LVII. Codex signatus N. 299 Sup.

Chartaceus, foliorum 25, formae min. (0^m,197 × 0,151), plenis lineis conscriptus saec. XVII.

Passio beati Arialdi martyris, qui ad sanctum Dionysium tumulatur (fol. 2^r-22^r).

Vita, auctore Landulpho, ed. ap. I. P. Puricelli, *De SS. martyribus Arialdo Alciato et Herlembaldo Cotta libri quatuor*, p. 132-57 (Mediolani, 1657).

LVIII. Codex signatus O. 29 Sup.

Membraneus, foliorum 76, formae min. (0m,186 × 0,132), plenis lineis, scriptura parva et densa exaratus saec. XIV. Tituli rubricati sunt; maiores litterae minio caeruleoque colore vicissim depictae; nonnullae venusta arte exornatae.

1° Vita beati Francisci (fol. 1r-51r).

Vita altera, auctore Bonaventura, ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Octobris, t. II, p. 742-99.

2° Legenda minor beati Francisci patris nostri (fol. 51r-62v).

Contracta ex Vita Bonaventurae, modo recensa, prout descripta est *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 290, 2° et *Anal. Bolland.*, t. X (1891), p. 72, § 3.

3° [Litterae Gregorii IX de sancto Francisco] (fol. 62v).

Fragmentum bullae ed. ap. Sbaralea *Bullarium Franciscanum*, t. I, num. LII, p. 64-5 (usque ad verba *in ipsius laudibus delectemur*).

4° Privilegium de stigmatibus beati Francisci (fol. 62v-63r).

Bulla Alexandri IV ed. ibid., t. II, num. CCL, p. 169.

5° [Officium et hymni de S. Francisco Assisiensi] (fol. 63r-67r).

a) Ad vesperas. Hunc ymnum composuit felicis* recordationis pater sanctissimus Dominus Gregorius papa nonus. * *cod.* felici.

Inc.: *Proles de caelo prodiit.* Ed. in Breviario Franciscano, ad d. 4 Octobris.

b) Ad matutinum. Hunc ymnum composuit venerabilis pater Dominus Thomas Capuanus cardinalis.

Inc.: *In caelesti collegio*, Ed. ibid.

c) Ad laudes. Hunc ymnum composuit dominus Rainerius de Viterbio, venerabilis cardinalis.

Inc.: *Plaude, turba paupercula.* Ed. ap. Dreves, *Hymni inediti*, p. 139-40, n. 253 (Leipzig, 1888).

d) In secundis vesperis hymnus.

Inc.: *Decus morum.* Ed. ap. Daniel, *Thesaurus hymnologicus*, t. I, p. 319-20 (Halis, 1841).

6° [Vita sancti Antonii Patavini] (fol. 67r-73v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Iunii, t. II, p. 705-17. Sed in cod., ob avulsum folium, deficiunt num. 1-5 (usque ad verba *Rex regnantium Dominus*) et om. digressio num. 12-25.

7° [Officium et hymni de sancto Antonio Paduano] (fol. 74v-76r).

Hymni ad vesperas, matutinum et laudes ed. ex Brev. Francisc. ap. Dreves, op. cit., p. 90-1, num. 155-7.

LIX. Codex signatus O. 114 Sup.

Membraneus, foliorum 57, formae min. (0m,201 × 0,12), lineis plenis, grandiuscula saeculi XIII exeuntis scriptura una exaratus. Tituli litteraeque maiores rubricatae. Ad codicis calcem manus saeculi XV notavit : *Iste liber est fratris Gulielmi de Porta Romana* [Mediolani] *ordinis fratrum minorum*. Primo sub titulo libri *de multis exemplis*, quae ad hagiographiam spectant haec veniunt :

1° De beato Nicholao miracula (fol. 22r-23r).

Compendium duorum miraculorum quorum prius ed. *Anal. Bolland.*, t. II, p. 151-3; alterum ed. *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 258 sqq., num. 5-8.

2° Miracula beati Andreae apostoli (fol. 23r-23v).

Compendium ex Greg. Turon., *Liber de miraculis B. Andreae apostoli*. num. 6. Ed. a v. cl. M. Bonnet, Mon. Germ., *Script. rer. Merov.*, t. I, p. 830.

3° De beato Bartholomaeo apostolo (fol. 23v-24r).

Compendium miraculi ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Augusti, t. V, p. 60, num. 47-8.

4° Miracula beati Iacobi Zebedei apostoli (fol. 24r-27r).

Compendium miraculorum ed. ibid., ad d. 25 Iulii, t. VI, p. 48 sqq., numm. 192, 198, 202-4, 228-37, 222-4 medio, 247-9.

5° Miracula beatae Mariae Magdalenae (fol. 30v-32v).

Partim contracta et ed. ap. Faillon, *Monuments inédits sur l'apostolat de sainte Marie-Madeleine*, t. II, col. 738, lit. C et col. 742, lit. B. et *Catal. codd. hagiogr. bibl. nat. Paris*, t. II, p. 292, I. Ultimum de Britone praedivite descriptum est *Act. SS.*, ad d. 22 Iulii, t. V, p. 224, num. 199; in primo autem agitur de sanatis duodecim caecis *eodem die, quo beata Maria Magdalena sepulta fuit.*

6° De sancto Stephano (fol. 32v-33r).

Compendium ex S. Augustino, *De civ. Dei*, lib. XXII, cap. VIII, num. 10 sqq. (*P. L.*, t. XLI, p. 766).

7° De sancto Laurentio (fol. 33r-33v).

Miraculum ed. diverso stilo *Act. SS.*, ad d. 14 Iulii, t. III, in Vita S. Henrici, p. 763, num. 36-7.

8° Vita sancti Pauli primi eremitae, quam scripsit beatus Hieronymus presbyter (fol. 33v-37v).

Ed. ibid., ad d. 10 Ianuarii, t. I, p. 604-7. In cod. om. prologus.

9° Vita sancti Hilarionis, quam scripsit beatus Hieronymus presbyter (fol. 38r-42v).

Ed. ibid., ad d. 21 Octobris, t. IX, p. 43-57, (num. 32, usque ad verba *In haec verba exhalavit spiritum)*. Insuper om. in cod. prologus.

10° Liber qui dicitur Paradisus, de vitis plurimorum sanctorum patrum, quem scripsit beatus Basilius episcopus (fol. 42v-56v).

Ed. ap. Rosweyde, *Vitae Patrum.*

LX. Codex signatus O. 173 Sup. (olim S. et H. 214).

Membraneus, foliorum 39, formae min. (0m,244 × 0,178), plenis lineis, duplici manu nitide exaratus saec. XV. Rubricati sunt tituli; maioresque litterae haud incomptae. Ineunte saec. XVII cardinali Federico Borromeo *hic codex donatus fuit a Bordona bibliopola* (fol. 1v.)

Si excipiatur *historia Attilae qui interpretatur flagellum Dei et sanctae christianitatis* (fol. 23r ad finem. Inc : *Post passionem D. N. I. C. omnes eius apostoli multum terrefacti sunt),* codici insunt hagiographica :

1° Sancti Prosdocimi archipraesulis urbis Patavii et beati Petri apostoli discipuli passio beatissimae virginis Iustinae eiusdem civitatis reginae atque oriundae. Quam isdem sanctus propria manu edidit (fol. 3r-5r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 7 Octobris, t. III, p. 824-5.

2° Sermo sancti Maximi episcopi Paduae, successoris beati Prosdocimi, in honore beatissimae Iustinae virginis martyris (fol. 5r-7v).

Inc.: *Sollemnitatem, fratres dilectissimi, beatae Iustinae virginis celebrantes, sanctorum omnium Deum Deorum, sanctum sanctorum, totius saeculi redemptorem...*
Cfr. ibid., ad d. 2 Augusti, t. I, p. 109, num. 1.

3° Sermo eiusdem. Unde supra (fol. 7v-10v).

Inc. : *Omnis gloria eius filiae regis ab intus. Diem festum sacratissimae virginis Iustinae devotissimę celebrantes, operae pretium esse credimus...*

4° Vita sancti Prosdocimi edita ab eodem beato Maximo, successore eius (fol. 10v-17v).

Ed. ap. Mombritium, t. II, fol. 217r-219v. In cod. praemittitur prologus, quem videsis in Appendice.

5° De inventione corporis beatae Iustinae, Innocentum atque sanctorum Lucae evangelistae et Mathiae apostoli (fol. 17v-22v).

Partim ed. *Act. SS.*, ad d. 7 Octobris, t. III, p. 810, num. 86-8, et ad d. 18 Octobris, t. VIII, p. 304, num. 96-9; partim inedita, prout infra notabitur in Appendice.

Appendix ad cod. O. 173 Sup.

De sancto Prosdocimo, episcopo Patavii (Cfr. supra, p. 353, 4°).

Incipit prologus sancti Maximi episcopi in Vita sancti Prosdocimi, archipraesulis Paduae et discipuli beati Petri apostoli.

Religiosorum virorum electorumque Christi athletarum merita sacris litterarum institutionibus in toto corde percipientes, fratres carissimi, divina largiente clementia, utcumque possumus, explicamus. Eorum imitemur exempla; hi enim divini amoris igne ferventes, pompamque istius saeculi parvi pendentes, intendentes illud evangelicum, domos, patres, matres, universamque huius mundi substantiam reliquerunt, et centuplum accipientes, vitam aeternam possidere meruerunt. Qui cum pro aeternis temporalia despexissent et spernentes terrena ad caelestia anhelassent, quidam diversis corporum passionibus, quidam autem animarum macerati, et in testimonio fidei probati, in Christo Iesu sunt coronati. De quorum collegio et societate beatissimi confessoris Christi Prosdocimi vitam venerabilem praedicamus, ut eius laudibus festivo cultu insistamus, qui clarus in virtutibus, probus in moribus, inter consimilium videlicet agmina ceu rosa fulsit in Graecia *(sic)*. Quaecumque enim Dei erant, desiderabat, et ut eius erat posse vel nosse, divinae pietatis nutu adimplebat; harum aliarumque virtutum innumerabilium * constantia athletis connumeratus, nunc super astra cum angelis est locatus.

* *cod. repetit* virtutum.

Igitur beatissimus athleta Dei Prosdocimus...

De corporum SS. Iustinae et Lucae inventione (Cfr. supra, p. 353, 5°).

De inventione corporis beatae Iustinae, Innocentum atque sanctorum Lucae evangelistae et Mathiae apostoli.

Est quoddam monasterium secus Paduam, quippe ad honorem Dei beataeque Iustinae virginis a beato quondam Prosdocimo, sancti Petri discipulo, dedicatum, sub cuius gremio plurima sanctorum corpora quondam latitaverant. Quorum requiem Paduae patres antiquissimi iunioribus, iuniores vero modernis ad invicem narraverant, sanctorum nomina quiescentium vetustate quidem temporum penitus ignorantes. Paduanorum namque nobilissima civitas ab Ungarorum rabie ceterisque feris gentibus saepenumero, destructis quondam Pergamis, eximiam fuit passa ruinam. Unde qui tempore vetustissimo sanctorum quondam reliquias in praefati monasterii viscere velaverant, cunctis universae carnis viam ingredientibus vel propter suae patriae memoratam ruinam per barbara loca peregrinantibus, rerum

temporumve succedens permutatio sanctorum nomina videlicet a modernorum memoria penitus obduxerat, sicut neglectae vetustatis caligo fumosas obducere solet imagines. Novissime vero anno Domini millesimo centesimo septuagesimo quarto Paduae nobilis cuncta fere domicilia nec non eius possessionis res mobiles crudeliter propter ignis pestilentiam dilapsa fuisse noscuntur in cinerem (1). Domini vero Nostri I. C. benignitas qui sperantes in se nequaquam deserens quondam sanctis suis dixerat : *Capillus de capite vestro non peribit*, tantae cladis desolationem *(sic)* divini thesauri revelatione suis famulis administrare sanctos quoque suos duplici veneratione volens esse decoratos, cum illorum spiritus in caelesti regione coronasset, eorum quoque membra huius mundi debito venerari desiderans, ad eorum inquisitionem Gerardum Paduanum promovit episcopum, quatenus eisdem inventis dignos reverentiae cum populo sibi commisso praestaret honores, necnon ingentis praedictae pestilentiae facilior haberetur consolatio.

Anno millesimo centesimo septuagesimo septimo, temporibus Alexandri tertii sanctae ac universalis Ecclesiae summi pontificis, Federici potentiae romano dedito imperio, cum Paduanae civitatis populus veterem sanctorum collocationem cognoscere suis temporibus desiderans, de illorum requie magis solito loquerentur ad invicem, Gerardus Paduanus episcopus, facie videlicet angelicus, utriusque legis doctrinis potenter educatus, necnon domnus Dominicus sanctae Iustinae abbas caritate fecundus, praeterea qui Paduae consules eo tempore fuerant, ne sanctorum corpora telluris gremio latitantia reverentiae carerent honoribus, sexaginta et octo viros morum honestate decoratos in kalendis martii fideliter elegerunt, populari desiderio satisfacturos, necnon quae suorum parentum vetustas quondam narraverat experituros. Quia vero diebus reverendis praecipue divina sunt pertractanda negotia, ideo plurimorum dierum spatio deductis consiliis, ad sacros quadragesimae dies propositum negotium distulerunt.

Interim vero titubantes ad invicem dicebant : *Nostris mentibus quaedam temeritatis adhaeret praesumptio, cum sacrum ecclesiae gremium cavare decernimus. Patrum namque nostrorum vetustas religionis perseverantia plurimum decorata, veritate quoque suis temporibus magis cognita, sacrum locum fodere timuerunt, atque timendo nostris temporibus illaesum dimiserunt. Nos vero tenebrarum operibus adhaerentes cur sanctorum requiem sollicitare volumus ?* Denique vero quia nihil occultum quod non reveletur, nihilque secretum quod non sciatur, ideo appropinquante abstinentiae quadragenariae sacro tempore, plurima clericorum atque laicorum religione in beatae Iustinae monasterio congregata, virorum electorum numerus peccatorum suorum venia percepta illuc devotissime properant ; ibique divinis cum reverentia celebratis officiis, maiestatis potentiam praesul dignissimus orationis huiusmodi precibus sollicitavit : *Omnipotens aeterne Deus, qui regni caelestis aulam sideribus, telluris autem gremium floribus decorasti, sicut Moysi rubri maris aditum gloriae tuae potentia revelavit, ita sanctorum tuorum reliquias huius loci gremio dormientes misericordiae tuae gratia famulis tuis revelare digne-*

(1) (Novissime-cinerem) Haec in *Act. SS.*, ad d. 7 Octob., t. III, p. 810, n. 86, *initio.*

tur, quatenus eorum visione fruentes, clementiam tuam toto corde glorificent atque salutis viam simili tramite cordis affectu perquirant. Cum igitur orationem terminasset, ceteris ecclesiae gremium cavare poscentibus *, marmoream cimiterii faciem ipsemet in Christi nomine fodere tunc incoepit atque fodiendo divini thesauri latentis inquisitioni feliciter vacare circumstantibus imperavit.

* *cod.* pascentibus.

Erant autem in cimiterii visceribus lapides videlicet densissimi ferreis atque plumbeis vinculis mirifice copulati, quorum latebris plurima sanctorum corpora, sicut veterani dixerant, longaevi quidem temporis curriculo singulis sepulcris latitabant, eorum vero spiritus aeternae felicitatis gloriam in caelesti regione cum angelis quidem susceperant. Lapidum itaque dissolvendo compagines, binas invenerunt capsellas odoriferas, unam marmoream, alteram vero plumbeam, in quibus sant Innocentum corpuscula collocata. Feliciter igitur has aperiendo velut aromatum odore percepto, Deitati gratiarum rettulerunt actiones, quoniam tam sacra membra peccatoribus videre concesserat, unde suavitatis odorem non suis meritis olfecerant. Merito namque fuerant odoris gloria decorati qui matrum suarum quondam ubera sugendo fuerunt Herodis gladio pro Christi nomine, videlicet amore, crudeliter iugulati.

Horum itaque visione gavisi... *Ed.* Act. SS., *ad d. 7 Octobris, t. III, p. 810, num. 87 et 88 usque ad verba :* virginem magnificans repatriavit.

Monachi vero cuncti tanta prodigiorum signa considerantes, die noctuque gratulantes hymnizabant. Quid plura? quoniam tantae virginis praeconia mei cordis nequit anhelitus eructare, ab eius ideo laudibus, cum beati Lucae sim descripturus inventionem, proposui declinare. Quae orationis ordo dilectioni vestrae non insinuat, haec utique vigor fidei vestris mentibus amministret. *Beati enim qui non viderunt et crediderunt.* Plurima itaque sanctorum corpora titulis dein declarata singulis, inter quae beati apostoli Mathiae exstitit principale, anteaquam beati Lucae sepulturae fruerentur visione, fodientes clausis ecclesiae foribus invenerunt, et inventa cum devotionis honore collocarunt, quorum quilibet est amplectendus verborum copia. Quia vero tanti ponderis pressurae meus nequit umerus absque laesionis effectu supponi, ascensus ideo ruinam, binos quoque lepores insequi pertimescens, illorum praetermissa memoria, nunc ad sancti evangelistae narrandum inventionem habenas flectere desidero. Attendant igitur aures quod linguae percussio resonabit ; concipiat mentis ratio quod seminabit oris pronuntiatio ; cordis insuper gremio fructificet, quod ad aures verbum veniet.

Inventis itaque plurimorum sanctorum cum reverentia collocatis reliquiis, admirabilem denique saxorum compaginem... *Ed.* Act. SS., *ad d. 18 Octobris, t. VIII, p. 304, num. 96, inde a secunda sententia usque ad num. 98, l. F,* devotissime concurrebant, *pluribus variantibus lectt.*

Prosequitur codex : atque gloriosum evangelistam prae summo gaudio lacrimantes adorabant. Deitatis igitur benignitatem consona voce laudum glorificemus, quae beati Lucae requiem nemini iam dudum cognitam mundo feliciter revelavit. Quattuor enim tubae coruscantes, videlicet evangelicae doctrinae praedicatores, per quattuor mundi climata quondam cecinerunt, quarum sonitu mundi huius tene-

brae, succedente lucis radio, penitus recesserunt. Hi namque a sanctis praedicatoribus ecclesiae quattuor figuraliter comparantur animalibus, cum primus videlicet homo, secundus autem leo, tertius vitulus, quartus vero dicatur aquila. Hominis figura Salernus olim laetatur; leonis autem virtute nobilis Venetiarum ducatus congratulatur; aquilae praeterea volatu aula caelestis cum deitatis potentia coruscat, novissime vero vituli gloria Padua nobilis exsultat.

Huius igitur inventionis tempore, Deitatis benignitas infinita suis famulis suscitavit miracula, quorum aliqua subsequens narratio vobis declarabit.

Plurimos itaque visione privatos... *Ed.* Act. SS., *l. c. num. 98, l. F. et num. 99.*

Prosequitur codex: Quid amplius? Velut enim solis aspectu frigida pruina dissolvitur, ita gloriosi Lucae sepulturae tactu infirmi curabantur. Miraculorum itaque fama promulgata, qui tunc aegritudinum vinculis detinebantur, salutis exoptantes medelam, ad eius arcam undique concurrebant, cuius tactu fruentes mox convalescebant. Eius itaque sepulturae tactus varii languoris medicina fuisse cognoscitur; qui vitae suae tempore, videlicet herbarum viribus aegritudinum curator exstitit, inventionis suae tempore languores virtute sancti Spiritus curabat.

Dum vero haec et alia prodigiorum signa divina voluntas pro suo beatissimo evangelista suscitaret, arca fabricabatur ferrea, in qua fuerat evangelistae sepultura plumbea collocanda. Quinto itaque die, intrante mense iunio, cunctis Paduae clericis atque laicis in Sanctae Iustinae coenobio congregatis, necnon ab episcopo divinis ibi mysteriis celebratis, sacerdotes arcam beati Lucae in ferrea tunc fabricata devotissime clauserunt.

Gaudeat itaque sancti Petri navicula tam potentis remi quondam latentis gloria revelata, inventionis eius diem sacratissimum quarto decimo die, intrante mense aprilis, gaudendo veneretur, eiusque praeconia per orbem terrarum sonoris vocibus exaltentur. Eo namque tempore telluris gremium divina providentia decoravit; humano vero generi Lucae corpus gloriosum revelavit. Cum floribus namque fuerat merito revelandus, cuius doctrina universus est mundus illustratus. Laetetur ergo felix Patavium beatissimi Lucae corpore revelato. Eius quondam gremio fons paradisi latitabat, cuius undam mellifluam penitus ignorabat. Mereant vero telluris viscera tam praeclari fontis unda nunc evacuata; exsultet aer eius undae coruscantis visione decoratus. Caelesti namque regione beati Lucae spiritus ab angelis glorificatur; Patavorum vero civitate gloriosum eius corpus veneratur. Paduae quoque modico metalli vase concluditur, cuius evangelici sermonis odor per orbem terrarum diffunditur; fidelium praeterea mentibus gloriosi evangelistae suavis doctrina fructificat, metalli vero gremio corpus eius cum odoris gloria Paduae coruscat. Paradisi regio trans Iordanis ripam dicitur latitare*; eius vero fluvius per Paduae limina cognoscitur emanare. Mentium itaque vela cum Padua sublevet, paradisi quoque provinciam propinquam flumini navigio visitet.

* *cod.* lititare.

Est etenim Lucas paradisi fluminis unda.
Cum Dei verbum docet hic servare supernum,
Vulnera medificat nostrarum tunc animarum.
Is Christi mortem descripsit namque potentem,

Quam nos credentes erimus super astra sedentes.
Insuper et scribens fuit ut Deus ipse resurgens
Eius et ascensum voluit tunc scribere celsum
Corporis atque animae facta sunt divisione.
Hunc in Bithinia mors tunc susceperat alma
Inde sed is latus Paduae fuit, ecce locatus,
Viscere telluris sub saxis et quoque muris.

Inventionis beatissimi Lucae modum, prout sensus possibilitas administravit, industriae vestrae fideliter descripsi. Narrationis autem sonus... *prout in* Actis SS., *ad d. 7 Octobris, t. III, p. 810, num. 86, tertia et quarta sententia.*

Haec postremo in codice : Deus igitur et D. N. I. C. qui passione crucis mortem nostram destruxit atque resurrectionis suae gloria vitam nobis reparavit, sicut nos uius mundi deserto peregrinantes, visione corporis beatissimi Lucae frui concessit; ita nos universalem * carnis viam ingredientes cum eius glorioso spiritu in regni caelestis aula perpetuo regnare concedat, quatenus perennis beatitudinis gloriam munere suae gratiae percipientes, maiestatem eius cum militia caelestis exercitus glorificemus, hymnumque gloriae suae sine fine super sidera canere valeamus. Quamvis autem in hoc mundo mortui videamur, nostra tamen conversatio, sicut testatur apostolus, cum Christo latet in caelis. Gaudium etenim caelestis patriae clementia Redemptoris nostri nobis promittit, si carnis concupiscentias tota mentis intentione annihilemus, atque virtutum operibus vacare studeamus. Propheta namque caelestis tabernaculi possessores scire desiderans, interrogat Dominum dicens : *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Cuius interrogationi Dominus noster satisfaciens dicit : *Qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam. Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.* Haec igitur est generatio *quaerentium faciem Dei Iacob.* Trium autem operatione virtutum, pudicitiae videlicet et mundi despectus atque iustitiae nobis vita aeterna revelari cognoscitur, quam ipse D. N. I. C. nobis donare dignetur.

* *cod.* universale.

LXI. Codex signatus O. 216 Sup.

Membraneus, foliorum 225, formae min. (0^m,252 × 0,179), amplis marginibus, lineis plenis, diversis manibus exaratus saec. XIV. Rubricati sunt tituli; tum minio, tum caeruleo colore depictae sunt litterae maiores initiales. De codicis origine, id, non obstante rasura, in pergamena impressum legere potui : *Iste liber est monachorum congregationis Sanctae Iustinae de observantia Ordinis sancti Benedicti.*

Praeter diversa Patrum opuscula, haec suppetunt :

1° Epistula beati Eusebii ad beatum Damasum Portuensem episcopum et ad christianissimum Theo-

dorum Romanorum senatorem, de exitu gloriosi Hieronymi doctoris eximii (fol. 1r-19v).

Auctore Pseudo-Eusebio, ed. *P. L.*, t. XXII, p. 239-82. In cod. deest suprema Eusebii invocatio.

2° Epistula beati Augustini, Hipponensis episcopi, ad beatum Cyrillum, patriarcham Hierosolymitanum de miraculis beati Hieronymi presbyteri eximii doctoris (fol. 19v-24v).

Ed. ibid., p. 281-9.

3° Epistula beati Cyrilli, patriarchae Hierosolymitani, ad beatum Augustinum episcopum, de miraculis beatissimi Hieronymi presbyteri et doctoris (fol. 24v-29r).

Ed. ibid., p. 289-97, cap. I-III.

4° Miraculum de efficacia et virtute imaginis beatissimi Hieronymi (fol. 29r-30r).

Ed. ibid., p. 309-11, cap. XIII (usque ad verba *et perpetua privavit)*, multis variantibus lectt. In cod. sequuntur *carmina composita in honorem beatissimi Hieronymi* ed. ap. Dreves, *Conrardus Gemnicensis*, p. 78-9 (str. 1, 16-9) (Leipzig, 1888).

5° Epistula beati Dionisii episcopi ad Timotheum discipulum beati Pauli apostoli de obitu apostolorum Petri et Pauli (fol. 144v-146v).

Ed. *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 309-13.

6° Vita sancti Mauri abbatis, discipuli beati Benedicti (fol. 147r-161r).

Auctore Fausto, ed. *Acta SS.*, ad d. 15 Ianuarii, t. I, p. 1039-50. In cod. pone descripta est capitulorum partitio.

LXII. Codex signatus P. 44 Sup.

Membraneus, foliorum 74, formae med. (0m,214×0,14), nitide exaratus saec. XIII. Maximam partem occupant *monita S. Effrem diaconi*. Ad rem hagiographicam pertinet

Passio virginis et martyris Febroniae (fol. 51r-65v).

Auctore Thomaide, ed. graece et latine *Act. SS.*, ad d. 25 Iunii, t. V, p. 17-35, interpretatione haud parum discrepante.

LXIII. Codex signatus P. 113 Sup.

Membraneus, foliorum 169, formae med. (0m,278 × 0,162), belle exaratus saec. X. Tituli litteraeque initiales maiores sunt rubricata. Locis nonnullis lacerata et avulsa sunt folia et mutilo folio 165 assutus est pannus membraneus, alia manu, sed eadem aetate conscriptus. Initio et ad calcem compacta sunt chartacea duo folia insiticia : priore folio exhibetur Vitarum hoc volumine contentarum index, descriptus saeculo XVII, cui non plus aequo fidendum est. Hac aetate, iam bibliotheca Ambrosiana possidebatur.

1° Passio sancti Dalmatii (fol. 1r-6r).

Edetur postea *Anal. Bolland.*

Inc.: *Cum sancta Domini pietas et caelestis auxilii beatissimorum apostolorum....* Sed folium 4v occupatur integrum prosa in honorem sancti Nicolai eadem manu exarata neumatibusque notata. Inc.: *Almi Nicolai sollemnitate digna plebs pangat fida carmina.* Vacat autem scriptura folium 5v.

2° Vita sancti Nicolai archiepiscopi (fol. 6v-20r).

Vita " ex B. Methodio per Iohannem diaconum sancti Ianuarii " deducta, ed. ap. Carminium, *Sancti Nicolai Acta primigenia,* etc. (Neapoli, 1751) p. 112-22, scilicet cap. I-XIV, cum additamento postremi huius capitis ed. ibid., p. 126.

3° Vita sancti Walerici abbatis [Leuconaensis] (fol. 20r-24r).

Pars Vitae, auctore Ragimberto, ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Aprilis, t. I, p. 17-9 (num. 9, usque ad verba *per tempora vixit).* Reliqua desunt ob avulsam pergamenam; insuper om. in cod. prologus.

4° Vita sancti Silvestri pontificis urbis Romae (fol. 24r-26v).

Fragmentum Vitae ed. ap. Mombritium, t. II.

5° Vita sancti Mauri abbatis (fol. 27r-46r).

Auctore Fausto, ed. *Act. SS.* ad d. 15 Ianuarii, t. I, p. 1039-50.

6° Passio sancti Vincentii martyris (fol. 46r-51r).

Ed. ibid., ad d. 22 Ianuarii, t. II, p. 394-7.

7° Passio sancti Blasii martyris Christi (fol. 51r-55r).

Ed. ibid., ad d. 3 Februarii, t. I, p. 336-9.

8° Passio sancti Valentini martyris [episcopi Interamnensis] (fol. 55r-58r).

Ed. ibid., ad d. 14 Februarii, t. II, p 756-7.

9° Passio sancti martyris Georgii (fol. 58r-65r).

Eadem de qua in *Catal. codd. hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 148, 74°.

10° Passio sancti Marci Evangelistae (fol. 65r-67v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Aprilis, t. III, p. 347-9, sed clausula paululum absimili.

11° Passio sanctorum martyrum Alexandri, Eventi et Theodoli (fol. 67v-72r).

Ed. ibid., ad d. 3 Maii, t. I, p. 371-5.

12° Passio sanctorum martyrum Marcellini et Petri (72r-75v).

Ed. ibid., ad d. 2 Iunii, t. I, p. 171-3.

13° Passio sanctorum martyrum Primi et Feliciani (fol. 75v-76r).

Ed. ibid., ad d. 9 Iunii, t. II, p. 152-4. Deficiunt in cod. ultimae lineae.

14° Passio sancti Viti martyris (fol. 76r-76v).

Ex Martyrologio Adonis, XVII kalendas Iulii.

15° Passio sanctorum Quirici et Iulittae (fol. 76v-81v).

Prope accedit ad Acta graeca sincera ed. *Anal. Bolland.*, t. I, p. 194-200, sed stilo diffusiore, ita comparato ut textus codicis postponendus videatur.

16° [Passio] sanctae Praxedis (fol. 81v-82r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Maii, t. IV, p. 300, num. 8, Acta SS. Pudentianae et Praxedis.

17° Passio sancti Apollinaris martyris (fol. 82r-89r).

Ed. ap. Muratori, *Rerum ital. scriptt.*, t. I, parte 2, p. 529, col. 1 — p. 533, col. 2.

18° Passio sanctorum martyrum Nazarii et Celsi (fol. 89r-99r).

Ed. ap. Mombritium, t. II. fol. 178v-183v.

19° Passio sancti Xysti papae (fol. 99v).

Mutila, ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Augusti, t. II, p. 140 (omm. prima § 1 sententia et § 2 usque ad verba : *in privata Mamertini custodia).*

20° [Vita sancti Augustini episcopi] (fol. 100r-113v).

Auctore Possidio, ed. ibid., ad d. 28 Augusti, t. VI, p. 427-40. In cod., exciso pergamenae folio, deficiunt prologus et tres priores ipsius Vitae lineae.

21° In exaltatione sanctae Crucis (fol. 113v-116v).

Ed. ap. Mombritium, t. I, fol. 213v-214v, pluribus lectt. variantibus.

22° Passio sanctorum martyrum Mauritii, Exsuperii, Candidi atque Victoris (fol. 116v-117v).

Ed. ap. Surium, t. V, ad d. 22 Septembris, p. 356-7, usque ad verba, l. 4 inferiore, *fas sibi visum esse* (Coloniae Agrippinae, 1580). Est enim in cod. mutila ad finem et deficit quoque epistula Eucherii.

23° [Passio sanctorum martyrum Cypriani et Iustinae et Theogniti] (fol. 118r-121v).

Initio mutila est. Partim ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Septembris, t. VII, p. 218, num. 6, lin. 4 — p. 219; partim ap. Martene et Durand, *Thes. nov. Anecd.*, t. III, p. 1645-50.

24° Passio sanctorum martyrum Cosmae et Damiani, Antimi, Leontii et Euprepii (fol. 122r-127r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Septembris, t. VII, p. 474-8.

25° In festivitate sancti Michaelis (fol. 127r-129v).

Est apparitio S. Michaelis in monte Gargano, ed. ibid., ad d. 29 Septembris, t. VIII, p. 61-2.

26° Passio sanctae Fidis martyris (fol. 132v).

Fragmentum tenue Passionis, quae sequitur.

27° Passio sanctae Fidis virginis et martyris (fol. 133r-136r).

Ed. ap. Labbe, *Novae Biblioth. mss.*, t. II, p. 529-31 (Parisiis, 1657). Sed in cod. praemissus est prologus, quem reppereris *Act. SS.*, ad d. 20 Octobris, t. VIII, p. 823, num. 1.

28° Passio sanctorum martyrum Dionisii, Rustici et Eleutherii (fol. 136v-153r).

Auctore Hilduino, ed. *P. L.*, t. CVI, p. 23-50.

29° Passio sancti Calixti papae (fol. 153r-156r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Octobris, t. VI, p. 439-41. In cod. des.: *sepultum in eadem civitate XIIII kal. nov.*

30° Passio sancti Quintini martyris [Veromand.] (fol. 156v-160v).

Prima passio ed. ibid., ad d. 31 Octobris, t. XIII, p. 781-3.

31° [Inventio sancti Quintini] (fol. 160v-161v).

Ed. ibid., p. 785-6.

32° Passio sancti ac beatissimi Saturnini episcopi et martyris, qui passus est in urbe Tolosa sub Decio et Grato consulibus, III kal. decembris (fol. 162r-164v).

Ed. ap. Surium, t. VI, ad d. 29 Novembris, p. 690-2 (Coloniae Agrippinae 1581).

33° Nativitas sancti Mathiae apostoli, VI kal. mart. (fol. 164r-169v).

Auctore Autperto, ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Februarii, t. III, p. 437-40 (usque ad num. 13).

LXIV. Codex signatus P. 244 Sup. 4.

Chartaceus, foliorum 26, formae med. (0m,27 × 0,183), plenis lineis nitide exaratus saec. XVII, uti pronum est concludere ex indice auctorum qui usui fuerunt conscribendo unico compendio, hic prodeunti

De vita ac gestis sancti Barnabae apostoli ac primi Mediolanensis archiepiscopi (fol. 3r-25r).

Inc. : *Barnabas, cognomen ab apostolis inditum, cui mox nato nomen Ioseph, parentum origine levites nobilissimus, ex ea tribu unde Moyses et Aaron ; genere Cyprius, patre opulento, paternarum traditionum studiosissimo et Cypri advena, dum bellis arderet Iudaea....*

Haec Vita, ut praemonet auctor, compilata est ex pluribus scriptoribus, quorum opera in praevio indiculo recensa sunt. Vide Appendicem.

Appendix ad cod. P. 244 Sup. 4.

Index fontium de Vita sancti Barnabae.

Auctores, ex quibus Acta D. Barnabae et quae ad ea pertinent desumpsimus, hi sunt :

Ex manuscriptis :

F. Galvaneus Flamma S. T. D. Ordinis praedicatorum.
Tristanus Calchus in Historia patria.
Manipulus florum.
Chronica Pontificum Mediolanensium.
Michael Piccolpassus.
Chronica Bossiana.

Ex aliis auctoribus :

Epistulae decretales variae summorum Pontificum.
Decreta Clementis Papae.
Decreta Anacleti Papae.
D. Hieronymus in catalogo de viris illustribus.
D. Athanasius in disput. contra Arrium.
D. Thomas 22 et in c. 1° ad Romanos.
D. Isidorus Hispalensis de vita et morte sanctorum.
Dorotheus in synopsi de 72 discipulis.
Theodorus lector lib. 2° collectaneorum.
Ruffinus in ecclesiastica historia.
Io. Exadelphus quem refert.

Bonitius Mombritius in Vita S^{ti} Barnabae.

Beda in martyrologio — in acta apostolorum — in retractationibus in acta apostolorum.

Isidorus in chronico.

Simeon Metaphrastes in Vita S^{ti} Barnabae.

Surius in Vita S^{ti} Barnabae.

Lippomannus in Vita S^{ti} Barnabae.

Alexander monachus in Vita S^{ti} Barnabae.

Petrus comestor in historia evangelica act. apostolor.

Sixtus Senensis in bibliotheca.

Petrus de Natalibus in Catalogo sanctorum.

F. Zacharias Lipelloo Carthusinus in Vitis sanctorum.

Baronius, primo tomo annalium.

Alphonsus Postatus.

Georgius Cedrenus in compendio temporum et historiarum ecclesiasticarum.

Arnoldius Mermannius in theatro conversionis gentium.

Philippus Ferrariensis Ordinis servorum, in catalogo sanctorum Italiae.

Onophrius Panvinus in chronologia ecclesiastica.

Martinus Polonus in supputationibus temporum.

Io. Beleth, in brevi explicatione divinorum officiorum.

Carolus a Basilica Petri, in Historia ecclesiae Mediolanensis.

Bernardus Saccus in Historia Ticinensi.

Luitprandus Ticinensis Diaconus, de Pontificum Romanorum actis.

Ioseph Ripamontius in Historia ecclesiae Mediolanensis.

M. Antonius Benalius, in commentariis sanctorum Bergomatum.

M. Elia Cauriolo nell' Historie Bressane.

Mario Mutio nell' Historia de sancti di Bergomo.

Odoardo Landuccio, nella Profetia nella conversione de Gentili in quelle parole di Amos c. 66 : *Et assumam* etc.

Bernardino Corio nell' Historia di Milano.

Battista Platina nell' Historia delle Vite de sommi Pontefici.

LXV. Codex signatus Q. 103 Sup.

Chartaceus, foliorum 66, formae med. (0^{m},322 × 0,231), plenis lineis, una manu nitidissime exaratus exeunte saec. XVI.

Petri Galesini pronotarii apostolici de vita sanctorum Petri et Pauli (fol. 1^{r}-53^{r}).

Inc. dedicatio : *Nulla tanta vel summa eloquentiae, vel praestantis ingenii vis, nullaque tanta scribendi ubertas, omni eruditionis genere affluens.*

Inc. Vita : *Beatus igitur Paulus, qui antea Saulus vocabatur, Iudaeus ut de se scribit, Pharisaeusque genere, ex tribu Beniamin, Pisculae...*

LXVI. Codex signatus Q. 120 Sup.

Miscellanea, exarata saec. XVII. Inter varios episcoporum census prodeunt

Episcopi Mediolanenses ex Chronica Bossiana [usque ad annum 1296].

LXVII. Codex signatus Q. 122 Sup.

Chartaceus, foliorum 384, formae med. (0^m,305 × 0,213), saec. XVII, diversissimis rebus refertus, unum hagiologicum documentum praebet, brevissimam nempe archiepiscoporum Mediolanensium usque ad Carolum Borromeum (fol. 69^r-80^r) notitiam, cui opellae auctoris anonymi, uti fol. 69^r notatum est, adnexus est catalogus archiepiscoporum Mediolanensium qui *in sanctorum numerum relati sunt... Numerantur hi triginti duo*, nondum inter sancto renuntiato Carolo Borromeo.

LXVIII. Codex signatus R. 126 Sup.

Miscellanea chartacea, exarata saec. XVI.

Passio beati Levitae et martyris Vincentii (fol. 71^{r-v}).

Apographus saeculi XVI (0^m,3 × 0,2) Vitae descriptae supra, p. 269, cod. B. 168 Sup., 1°.

LXIX. Codex signatus S. 71 Sup.

Miscellanea membranea, foliorum 98, formae min. (0^m,209 × 0,145), plenis lineis, exaratus saec. X.

[Fragmentum miraculorum sancti Iusti martyris Ulcii in Pedemontio] (fol. 97^r-98^r).

Vide Appendicem.

Appendix ad cod. S. 71 Sup.

De sancto Iusto, martyre Ulcii in Pedemontio.

. . . .

Interea qua prava bonam provincia terram
Proscindit, pacis causa vel religionis,
Contio nobilium, necnon et maxima turba
Plebis mota suis concurrunt undique villis :
Inter quos sancti custodem contigit esse,

Qui parte in quadam cum primum venit ibidem
Eminus a coetu quantum spatii sine funda
Dextra potest semel intorquens iactare lapillum.
Sic onus imposuit sanctum, sed post sibi visum est
Hinc auferre frequens ad concilium; sed ab illo
Non potuit deferre loco; rursusque movere
Conatus, rursus immobilis quasi saxea rupes
Aut arbor, quae fixa solo radice tenetur,
Immobilis mansit sanctus virtute potenti.
Femina praeterea quaedam languebat, utrumque
Clauda pedem, quae mox, ut humi factura preces se
Prostravit, pede sanato surrexit utroque.
Hoc verbum cuncti populi pervenit ad aures
Omnes concilium audita virtute relinquunt.
Ocius adveniunt; tardum se quisque fatetur;
Signa vident et vota vovent; laudesque Deo dant
Permistas precibus; sed adhuc maiora supersunt.
Hos etenim quidam strepitus irrumpit et illo,
Amissis propriis, veniens oculis alienis,
Se iacit in faciem caeleste petens medicamen
Atque fovet caecam lacrimarum fomite frontem;
Qui Domino grates, oculorum luce recepta,
Immensas referens, sibi dux iam factus obivit.
Vinctus adest alius duplici languore gravatus.
Idcirco est factus duplici medicamine sanus.
Hunc etenim noster ferus infeliciter hostis
Torquebat madidis debacchans rictibus; et sic
Ducitur ad sancti cinerem nolensve volensve.
Non tamen in sanctum quicquam proferre profanum
Conviciumve furens est ausa maligna loquela.
Taliter in noctem lux est protracta diei.
Sed circa cantum pullorum daemon iniquus
Acriter incipiens hominem discerpere, Iustum
Iniuste secum non iuste agere. Hunc cruciatus
Auctorem esse sui; iam iamque suo hospitio se
Depelli citius suplicanti voce fatetur.
Has inter voces discessit virus iniquum.
Sic a vi duplici sanatus homuncio surgit;
Inque suis sanctis mirabilis omnipotentis
Virtutem sospes totis ex viribus altat.

Donec praedictis in partibus haec gererentur,
Ille Maginfredus, cuius supra memini iam,
Segusiae monasterium condebat opimis

Sumptibus, aeternum thesaurizans sibi regnum.
Hac igitur causa de sancto martyre fama
Comperta nimium gavisus factus, ad urbis
Praedictae monasterium venerabile corpus
Perduci iussit: quod scilicet esse futurum
Praesidium posset populis degentibus illic.
Ergo mittuntur sanctum deferre ministri.
Sed mox agricolas custodes corporis almi
Invasit nimio cum luctu maeror amarus,
Et conquassantur crebris singultibus omnes
Et tamen humanum pectus compungitur ipsa
Natura. Sed quod valde est mirabile dictu,
Erepto tutore loci, cogente dolore,
Mugitus armenta boum convalle vel alto
Crebros balatus ex monte dedere bidentes.
Interea baiuli, spatio vix unius horae,
Ponderis immensa subsistunt mole gravati.
Et rursus subito impediente gravedine nulla
Inceptum callem gradiuntur praepete cursu.
Tunc iuvenis quidam pravus nimis atque petulcus
Non veritus sanctum manibus contingere corpus
. . . . . poenam tulit uno lumine dempto.

Subsequuntur viginti circiter versus, adeo sorde et rasuris obliterati ut legi nequeant.

LXX. Codex signatus S. 40 Sup. (olim Y et 501).

Membraneus, foliorum 213, formae min. (0^m,242 × 0,153), plenis lineis, diversis manibus inaequalique scriptura exaratus saec. XII. Litterae titulique sunt colorati. Fol. 1r inscriptum est saec. XV: *Iste liber est fratrum minorum conventus Mediolanensis.* Praeter S. Cypriani duodecim abusiones saeculi atque varios S. Augustini tractatus, haec insunt hagiographica

1° Enarratio Leontii episcopi Neapoleos, Cypriorum * insulae, de vita et actione sancti patris Iohannis, archiepiscopi Alexandrini (fol. 151r-170r). * *cod.* Cypiorum.

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Ianuarii, t. II, p. 498-517.

2° [Vita sancti Hilarii, episcopi Pictaviensis] (fol. 203r-210v).

Auctore Fortunato, ed. ibid., ad d. 13 Ianuarii, t. I, p. 790-4 (num. 7 usque ad verba *signum ostendere luminis*). Avulsus est in cod. finis.

LXXI. Codex signatus S. 89 Sup.

Miscellanea saec. XVII.

1° Catalogus archiepiscoporum Mediolanensium, e cod. ms. Ill. et Rev. Domini Uberti Mariae Vicecomitis, in metropolitano Mediolani templo praepositi, exscriptus anno 1637, ianuario mense (fol. 107r-145r).

Idem atque supra, p. 341, in cod. H. 87 Sup.,

LXXII. Codex signatus Z. 116 Sup.

Membraneus, foliorum 19, formae min. (0m,182 × 0,13), plenis lineis nitide exaratus saec. XVI. Constat

Vita beatissimi Catervi martyris (fol. 3r-17r).

Ed. ab Ubaldo Mariono Eugubino, *Vita gloriosi Iesu Christi martyris sancti Catervi, civitatis Tolentini patroni admirabilis*, ex antiquis Tolentinatis monasterii PP. canonicorum regularium Lateranensium monumentis collecta, p. 13-26 (Maceratae 1649). In cod. sequitur *epitaphium insculptum sarcophago divi Catervi martyris* ed. ibid., p. 26 et ap. Ughelli, *Italia sacra*, t. II, col. 772.

UN NOUVEAU MANUSCRIT

DES ACTES

DES

SAINTES FÉLICITÉ ET PERPÉTUE

Plusieurs fois déjà, en ces derniers temps, les Analecta *ont entretenu leurs lecteurs des récents travaux sur la Passion des saintes Félicité et Perpétue* (1).

Le résultat le plus appréciable de ces recherches a été de faire étudier à fond le texte latin assez maltraité de ces Actes, et par suite d'arriver à l'établir avec une critique plus rigoureuse. C'est ainsi que la récente édition de M. J. Armitage Robinson (2) *annule les recensions défectueuses dont on a dû se contenter depuis Holstein* (3), *Spark* (4) *et Ruinart* (5).

Toutefois, ce travail, pour marquer un progrès considérable sur tous ceux qui l'ont précédé, ne peut encore être regardé comme définitif. Il faudra, en effet, avant de fixer, ne varietur, *la rédaction des Actes des saintes Félicité et Perpétue, tenir compte d'un manuscrit qui a échappé jusqu'à ce jour aux éditeurs, et que la présente note a pour but de faire connaître au lecteur.*

Un très petit nombre de manuscrits nous ont conservé la Passion des célèbres martyres africaines : il s'agit, bien entendu, de la rédaction primitive commençant par les mots : Si vetera fidei exempla, *et non pas du remaniement postérieur, qui, par une fortune assez ordinaire, a eu bien plus de vogue que le texte original.*

Le plus ancien exemplaire encore existant de la première recension des Actes de sainte Perpétue se trouve dans un manuscrit du Xe siècle, ayant jadis appartenu à l'abbaye de Saint-Corneille à Compiègne, et devenu aujourd'hui le n° 17626 latin de la bibliothèque nationale de

(1) Tom. X, pp. 67-69; XI, pp. 100-2. — (2) *Texts and Studies. The Passion of St. Perpetua.* Cambridge, 1891. — (3) Rome, 1663. — (4) Dans l'édition de Lactance de 1680. — (5) *Acta martyrum sincera.*

Paris (1). L'autre, datant de la fin du XI[e] siècle, est conservé dans la bibliothèque du Mont-Cassin. On connaissait encore au XVII[e] siècle un exemplaire dit de Salzbourg (ou Salisbury?), dont Ruinart (2) et Thomas Spark (3) utilisèrent les variantes. Mais toutes les recherches faites pour retrouver ce dernier manuscrit ont été infructueuses jusqu'à ce jour.

Il n'y avait donc, à la connaissance des érudits, que deux manuscrits de la Passion des saintes Félicité et Perpétue. En dépouillant méthodiquement les manuscrits hagiographiques de la bibliothèque Ambrosienne de Milan (4), un de nos confrères a retrouvé un troisième exemplaire dans le codex coté C. 210 infra. Ce manuscrit remonte, comme celui du Mont-Cassin, à la fin du XI[e] siècle, et le texte qui nous occupe va du folio 110[v] au folio 115[v]. Grâce à une copie que la grande bienveillance de M. l'abbé Ratti a bien voulu faire parvenir aux Bollandistes, nous sommes à même de relever dans le manuscrit de Milan quelques détails intéressants pour éclairer la controverse qui a surgi entre plusieurs savants autour des Actes de sainte Perpétue.

Avant de les indiquer, il importe de donner une idée générale de ce texte de Milan. S'il offre, comme nous le montrerons tout à l'heure, quelques variantes d'une très haute portée, il faut bien reconnaître que, pour l'ensemble, il constitue la copie la moins satisfaisante des trois que nous possédons aujourd'hui. Inutile de justifier cette assertion, qu'il est aisé de vérifier par le relevé très scrupuleux qui a été fourni des variantes du manuscrit de Milan dans cette livraison des Analecta Bollandiana (5). C'est du texte de Paris que se rapproche davantage l'exemplaire de Milan. D'autre part pourtant, les points de contact avec le texte égaré de Salzbourg ne manquent pas non plus. Dès lors, il nous paraît que dans l'édition définitive de la Passion des saintes Félicité et Perpétue, il faudra, pour le choix des variantes, faire au texte de Paris, corroboré par celui de Milan, la part plus large que n'avait cru devoir l'accorder M. Robinson.

Mais c'est surtout avec la version grecque récemment retrouvée que le manuscrit de Milan offre de nombreuses et caractéristiques analogies. Les voici sommairement indiquées.

Au § IV, dans l'entretien de Vibia Perpetua avec Satyrus, nous lisons en grec (6) : καὶ εἶπεν· Περπετούα, περιμένω σε. Toutes les rédactions

(1) Cfr. *Catalogus codicum hagiographicorum bibliothecae nation. Paris.* Ed. hagiogr. Bollandiani, tom. III, p. 407-8. — (2) Voici dans quels termes Ruinart parle de ce manuscrit : *Ecclesiae Salisburgensis, cuius codicis varias lectiones sapientissimi viri Antonii Faure, theologi Parisiensis et Remensis ecclesiae praepositi, beneficio accepimus.* — (3) J. Armitage-Robinson, *op. cit.*, p. 11. — (4) Voir plus haut, p. 278. — (5) *Ibid.*, p. 279-82. — (6) Édit. de J. Robinson, p. 67, l. 20.

latines ont à cet endroit : Et dixit mihi. *Seul le manuscrit de Milan a, conformément au grec,* et dixit. *Un peu plus bas* (1), *la tournure hellénique* πολλαὶ χιλιάδες λευχειμονούντων *ne se retrouve que dans le texte de l'Ambrosienne :* Circumstantium candidatorum milia multa.

On a beaucoup discuté sur le passage καὶ ἐφάνη ἐκεῖ... ὁ πατήρ (2). *M. l'abbé Duchesne soutient que* ἐκεῖ *dérive d'une fausse leçon* illic (3); *tandis que, non sans raison, M. Massebieau a fait remarquer que rien n'oblige de préférer la leçon* ilico *du manuscrit du Mont-Cassin à la leçon* ἐκεῖ *du grec. En effet, le ms. 17626 de la bibliothèque nationale de Paris donne* ibi *(fol. 66r) et confirme ainsi par un synonyme de* illic *la leçon du texte grec* (4). *Le manuscrit de Milan pourrait bien apporter un nouvel appoint aux vues de M. Massebieau. En effet, il porte* illic. *Dès lors l'*ilico *des anciens éditeurs reste seul contre* illic *de Milan,* ἐκεῖ *du texte grec et* ibi *de celui de Paris. La leçon* illic *a donc pour elle le plus grand nombre de manuscrits, et le sens ne s'oppose nullement à ce qu'on l'adopte; bien au contraire,* ilico *n'a pour lui aucun argument qui s'impose.*

Dans le même § VI, une ligne plus bas que le passage dont nous venons de parler, on lit : εἶπεν· ἐπίθυσον ἐλεήσασα τὸ βρέφος. *Les deux textes latins connus jusqu'à présent avaient, celui du Mont-Cassin* : supplicans : Miserere infanti, *celui de Paris* : et dixit supplicans, *etc. M. Robinson fait remarquer que le traducteur grec a probablement lu :* Et dixit : sacrificans miserere. *La leçon du manuscrit de Milan tranche le litige de ponctuation :* dicens : supplica, miserere. *Le même manuscrit est aussi plus rapproché du grec dans la phrase :* Et Hilarianus dixit; καὶ εἶπεν Ἱλαριανός (5), *pour laquelle les deux autres manuscrits ont :* Hilarianus, christiana es?

Au commencement du § VIII, le texte grec est un peu embarrassé. Le manuscrit du Saint-Sépulcre porte : Ὁρῶ τόπῳ ἐν ᾧ ἑωράκειν τὸν Δεινοκράτην (6). *Les premiers éditeurs ont corrigé en mettant* τὸν τόπον (7), *sur la foi des rédactions latines, qui ont :* locum illum. *M. J. Armitage Robinson a maintenu* * τόπῳ *, *entre deux astérisques. En faveur de cette dernière leçon, le codex de l'Ambrosienne fournit :* in loco illo. *Pour le passage* ἦν χρυσῆ φιάλη (8), *le même manuscrit confirme les variantes de Paris et de Salzbourg en disant :* fiala erat aurea.

Dans la vision du combat de Perpétue avec l'Égyptien, la martyre, arrivée dans l'arène, s'étonne qu'on ne lâche point les bêtes contre elle.

(1) *Ibid.*, p. 69, l. 5. — (2) *Ibid.*, p. 71, l. 11. — (3) *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions et belles-lettres*, 1892, p. 48. — (4) *Rev. de l'hist. des religions*, tom. XXIV, 1891, p. 98. — (5) Éd. Robinson, p. 71, l. 17. — (6) *Ibid.*, p. 75, l. 5. — (7) Rendel-Harris et Gifford, *The Acts of the Martyrdom of Perpetua and Felicitas*, p. 51, l. 6. — (8) Éd. Robinson, p. 71, l. 9, 10.

Voici pourquoi : quia sciebam me ad bestias datam esse (1). *La leçon* datam *est une correction des anciens éditeurs, car le manuscrit du Mont-Cassin a* datum *et celui de Paris* donatam. *Ce dernier mot a paru à M. Robinson être une altération de* damnatam. *En effet le grec porte* καταδικασθεῖσαν. *La conjecture de M. Robinson et la leçon du texte grec sont vérifiées par le manuscrit de Milan qui a* damnatam. *C'est une nouvelle donnée, croyons-nous, pour faire adopter le mot* damnatam *dans les futures éditions des Actes de sainte Perpétue.*

Je n'insiste pas beaucoup sur la variante de manu sua tetigit nobis faciem *que présente le manuscrit de l'Ambrosienne* (2). *Toutefois, mise en regard du grec* τῇ χειρὶ περιέλαβεν τὰς ὄψεις ἡμῶν, *elle se rapproche davantage de cette rédaction que les deux autres recensions où on lit* de manu sua traiecit nobis in faciem. *On peut en dire autant de la fin du* § *XII* (3), hilarior sim etiam modo, *où le subjonctif et les adverbes* etiam modo, *qui se lisent dans le manuscrit de Milan, rendent toute la force du grec* πλείονα χαρῶ νῦν..

Au commencement du § *XVIII, le narrateur montre les martyrs s'avançant vers l'amphithéâtre* quasi in caelum (4). *Le grec a traduit :* ὡς εἰς οὐρανὸν ἀπιόντες. *On ne retrouvait le participe dans aucun des exemplaires latins connus jusqu'à cette heure. Le voici découvert dans la copie de Milan qui dit :* quasi in caelum ituri. *A la suite du même passage, on constate dans la copie de l'Ambrosienne une nouvelle concordance avec le grec :* ἱλαροὶ καὶ φαιδροὶ τῷ προσώπῳ. *C'est déjà la variante du manuscrit de Paris, où nous lisons* hilares et vultu decori, *au lieu de* hilares vultu decori (5).

Nous arrivons maintenant à la variante la plus importante du texte de Milan. M. Massebieau (6), *pour montrer à M. l'abbé Duchesne que le texte grec n'était pas à dédaigner pour l'éclaircissement de plusieurs endroits demeurés obscurs dans les rédactions latines, avait cité le passage* καὶ ἐπιζητήσασα βελόνην (7), *où Perpétue, frappée d'un coup de corne, rattache sa chevelure éparse. Le texte du Mont-Cassin* dehinc requisita *et celui de Paris* dehinc a quo recurrit *n'offraient aucun sens plausible. Avec une ingénieuse perspicacité, M. Massebieau a proposé la restitution suivante :* dehinc acu requisita, *à cause du grec* βελόνην *et du mot* a quo *du texte de Paris, où la trace de* acu *est encore bien manifeste. La conjecture de M. Massebieau est pleinement vérifiée par le manuscrit de Milan, où le mot* acu *réapparaît sans aucune mutilation :* dehinc acu recusuta (8).

(1) *Ibid.*, p. 76, l. 8, 9. — (2) § XII. Voir Robinson, *op. cit.*, p. 80, l. 21. — (3) *Ibid.*, p. 80, l. 25. — (4) *Ibid.*, p. 86, l. 17. — (5) *Ibid.*, p. 86, l. 17. — (6) *Rev. de l'hist. des religions*, tom. XXIV, pp. 99, 100. — (7) Robinson, *op. cit.*, p. 91, l. 19. — (8) Fol. 114r, au commencement de la seconde colonne. Il n'est pas possible de

Comme chacun s'en convaincra, cette leçon du manuscrit de Milan a une grande importance. Elle éclaircit un passage absolument incompris dans les autres exemplaires du texte latin, et constitue une preuve nouvelle de la valeur et de l'utilité de la version grecque. La même conclusion ressort de la comparaison d'un autre endroit du chapitre XX; car proiciemur *du manuscrit de Milan corrobore* βαλλόμεθα *du grec, qui traduit plutôt* proiciemur *que* producimur *des autres manuscrits* (1).

Le dernier rapprochement à signaler entre le texte grec et le codex de Milan est dans la phrase : ὑγίαινε καὶ μνημόνευε πίστεως καὶ ἐμοῦ. *Voici les diverses leçons des manuscrits :* Vale, inquit, memor fidei mei *(Mont-Cassin);* Vale, inquit, memento fidei mei *(Paris)* (2). *C'est-à-dire que le texte grec prouve manifestement ici qu'il n'a pas été traduit sur une rédaction relevant à cet endroit du texte latin connu, mais d'après une autre. Celle-ci devait être de la famille du texte de l'Ambrosienne, puisqu'il fournit mot pour mot l'équivalent du grec* memento fidei et mei.

M. Robinson constatera avec plaisir que le manuscrit de Milan donne pleinement raison à la correction qu'il a suggérée au chapitre III, en mettant refrigeravi (3), *au lieu de* refrigeravit *du codex du Mont-Cassin et* refrigerata sum *du texte de Paris. En effet, on retrouve dans le codex de l'Ambrosienne* refrigeravi absentia illius.

Le texte de Milan est malheureusement incomplet du commencement. Il y manque le prologue et les deux premiers mots apprehensi sunt *du* § II (4). *Mais dès le début il donne le nom de* Satirus *qui, dans les manuscrits du Mont-Cassin et de Paris, manque à la liste des martyrs.*

Nous venons d'indiquer les détails intéressants du manuscrit de Milan; il est juste d'ajouter que bon nombre d'autres leçons sont bien mauvaises. Heureusement, on possède maintenant des éléments suffisants pour corriger les uns par les autres les divers manuscrits aux endroits où leur rédaction est inacceptable. Peut-être l'avenir réserve-t-il d'autres découvertes heureuses; l'attention des érudits, aujourd'hui de nouveau mise en éveil, signalera peut-être, comme ce fut le cas pour la Passion des martyrs Scillitains, de nouveaux exemplaires des précieux Actes des saintes Félicité et Perpétue.

décider si *dehinc* doit s'écrire en un mot, car la ligne se termine par *de*, et *hinc* est transporté à la ligne suivante. — (1) Robinson, *op. cit.*, p. 90, l. 25. — (2) *Ibid.*, p. 92, l. 14. — (3) *Ibid.*, p. 64, l. 8. — (4) *Ibid.*, p. 62, l. 19.

VITA

SANCTI PAULI TRICASTINENSIS EPISCOPI

EX CODICE GRATIANOPOLITANO

De S. Paulo, quem saeculo quarto urbis Tricastinae episcopum fuisse tradunt (1), pauca admodum delibavit Bollandus (2), plura vero ex Proprio ecclesiae Tricastinae Sammarthani (3). Recentioribus temporibus saepius retractata est idiomate vulgari sancti viri Vita (4), cuius tamen Acta nondum videntur hucusque fuisse integre vulgata.

Haec repperimus nuper in codice signato num. 49 bibliothecae publicae civitatis Gratianopolitanae (5). Est autem iste codex membraneus, foliorum 225. praeter insiticium unum in capite positum notatumque A, in quo index Vitarum descriptus est. Formae maioris ($0^m,403 \times 0,29$), columnis binis, largis marginibus, una manu exaratus est saeculo XIII. In pergamena quae interiori tegumini adhaeret, legitur : *Istud passionale est de domo Corerie ordinis Carthusiensis.* In marginibus crebrae occurrunt notulae a Paulo Rogerio monacho saeculo XVIII respersae.

S. Pauli Tricastini Vita invenitur in codice a fol. 154^r ad fol. 157^v. Acta illa, pro quorum sinceritate non magis quam editores *Galliae christianae* spondere audemus (6), unicum sunt monumentum antiquum, quod de sancto Paulo ad nostram memoriam pervenerit, et illud insuper habent commodi, quod nos docent exstitisse olim opusculum aliquod, quod res saltem quasdam a sancto Torquato, Pauli decessore, gestas complecteretur (7); ex quo videtur auctor noster hausisse ea quae cap. 3-6 refert.

(1) *Gallia christiana*, t. I (1715), p. 706. — (2) *Acta SS.*, Febr. t. I, pp. 92, 934. — (3) *Gallia christiana*, t. III (1656), p. 845. — (4) Boyer, *Hist. de l'église cathédrale de Saint-Paul-Trois-Châteaux*, pp. 12 sqq.; Nadal, *Hist. hagiologique du diocèse de Valence*, pp. 71 sqq. — (5) Cfr. *Catal. gén. des mss. des bibliothèques publiques de France, départements*, t. VII, p. 339. — (6) T. I (1715), p. 706. Cfr. Tillemont, *Mém. pour servir à l'hist. eccl.*, t. VIII (1713), p. 555. — (7) Vide cap. 3 : *ut... relatio gestorum narrat.* Non improbabile est haec *Gesta* fuisse Vitam quandam sancti Torquati, quae nunc latet.

[f. 154r, col. 2] **Vita sancti Pauli Tricastrinae urbis (1) episcopi et confessoris.**

1. Cum inter humani lineamenta corporis divinis exornati operibus omnipotenti Deo gratiae referuntur dignae, [f. 154v, col. 1] per universum orbem laus attollitur de mirificis operibus et virtutibus insolitis, quas per beatum Paulum, episcopum et confessorem civitatis Tricastrinae, Deus omnipotens voluit operari, ut qui pastor in saeculo gloriosus fuit noster, in caelis positus cum Christo omnibus dignetur esse patronus. Et non solum memoriae, sed et scripturae de eius operibus cursim in ipsius debet laudibus aliquid tradi, unde vocum concentum clamor attollat, et dum eius virtutes stilo currente praedicantur, individuae Trinitati semper gratiae referantur. Et quia de omnibus operibus suis narrare non possumus (2), tamen devotione pensantes, ipsius commonent virtutes dicta laboris exprimere.

2. Igitur cum beatus Torquatus (3) episcopus migrasset ad Dominum, famulus Dei Paulus, incola civitatis Romensis (4), cum puerili saecularique habitu aetate vernante florigera iam mundanarum rerum esset sponsali connexus arbitrio, nutu Domini, non toro libidinis copulatur, sed caulis Ecclesiae pastorali cura praeponitur. Qui ad sustinendum sacerdotalem apicem, non voluntate propria, sed Dei miseratione et obsequio publicae devotionis accessit. Cumque se iudicaret indignum, parilitate concordi ab omnibus dignior clamabatur. Sed ille in tantum contra benedictionem pertinax exsistebat ut non tam Paulus [col. 2], sed alter Saulus videretur. Cumque, Deo iubente, iam regalibus educeretur

(1) Urbs Tricastina (ita saepius quam *Tricastrina* nuncupatur), tempore Romanorum *Augusta Tricastinorum* denominata, hodie *Saint-Paul-Trois-Châteaux* vocatur in honorem episcopi Pauli. Sita vero est in Galliae praefectura *Drôme* dicta. — (2) Re quidem vera plura reticuit scriptor quae de S. Paulo tradit legenda, scilicet fugam ex civitate Remensi, recessum in Macerium, partes susceptas in concilio Valentinensi. Cfr. Nadal. *op. cit.*, pp. 73, 75. — (3) De S. Torquato videsis *Act. SS.*, Febr. t. I, pp. 93, 934; *Gallia christ.*, t. I (1715), p. 705. — (4) Remensem eum dicunt Sammarthani (l. c., t. III, p. 845; cfr. *Act. SS.*, l. c., p. 934), Nadal, l. c., p. 72, etc... An recte ?

praeceptis ac iudicialibus conspectibus sisteretur, et attoniti etiam contra eum vellent verba producere, tunc virga quam manu gestabat telluri cominus valde fixa cum ictu dixit:

Si hic palmes proprios poterit producere ramos

florigeroque ritu geminis vernari, et ego ordinabor episcopus. Tunc virga quam infixerat, videntibus omnibus, ad pristinum virgulti virorem vigoremque reversa, productis ramis florere coepit. Sed ne vir Dei confusus tali succumberet signo, dum cerneret assistentes vultu nutantes, in terram sternens se in orationem, dixit: *Peccavi, Deus omnipotens, coram te, ut contemptor et nesciens, quia non adimplevi voluntatem tuam. Sed dimitte servo tuo hanc noxam et parce fatenti et da scintillam sapientiae tuae, quae* * *mihi iustificationum tuarum iter* ** *ostendat et a foveis inimici declinare me doceat, ut dignus sim sacerdos tuus, si ipse volueris.* Postquam autem complevit orationem, statim ad sponsam gesta quae agebantur direxit. Illa vero gaudenter accedens ad virginitatis amorem, petiit ut quia illi carnali non merebatur coniugio sociari, claustris eam monasterii permitteret inhaerere. Qui confestim [f. 155r, col. 1] eam in Arelatensi monasterio sacrae congregationi puellarum adiungendam rogavit.

* *cod.* qui.
** *cod.* iterum.

Talibus auditis, melior spes accipit omnes;
attollunt animos, palmasque ad sidera tendunt,
concipiuntque fidem devote et vota rependunt.

3. Sed ubi iam beata Maria catervae esset religionis adiuncta, vestem laeta suo texebat sponso, et supplici prece poscens accipiendam, per missos proprios dirigebat. Videntes autem missi regis tantorum vota in beati Pauli electione, gaudentes adduxerunt eum ad solium, in quo ad regendum a Deo fuerat electus. Cui cum iam commendatorum decus ferendi fuisset acies obligata, hinc est aptatus levitici ordinis oneri. Transacta vero die, cum soporata torperent silentia noctis, et ipse in sanctae Trinitatis nomine pervigil astaret, angelico suffultus globo, peccatorum suorum se remedia a Deo percepisse meretur audire. Mire autem contigit ut

visionem * angelorum videret qui Scripturarum praecepta custodiebat. Hic enim pio clerum venerabatur affectu, ut quia in caput surgebat Ecclesiae, ex membris suis decus apostolicae sedis procederet. Sed quid de eius mirabilibus longius articulum educimus? Hoc namque relationi tradendum est, quod audientium repleat corda et aedificationis calore [col. 2] succendat. Igitur cum beatus Torquatus episcopus praecessor eius in ministerio ecclesiae suae ad offerendum Deo libamina minorata esse videret subsidia, nec ei unde pauperibus posset indumenta praebere adesset, a Ionatha Iudaeo centum suscepit solidos. Ex quibus vitae suae tempore, ut integra fides aperit et relatio gestorum narrat, medietatem manibus propriis reddidit. Sed ubi, Domino evocante, spiritum tradidit, Iudaeus ille ab archidiacono suo ut debitum impleretur exegit. Sed, ut se habet fraudulenta humanae fragilitatis condicio, ita se taetro cupiditatis consilio fide conexuerunt, ut dum succedenti sacerdoti initi mendacii sermone persisterent, pecuniam inter se aequali sorte dividerent. Quam ob rem cum sancto Paulo pontificatus iam fuisset corona, Domino comitante, imposita, Iudaeus ille, qui anxiae repetitionis succendebatur instinctu, mentiens pecuniam a sancto Paulo voce propria reposcebat. De qua re cum ipse nescius esset, a Gaudentio archidiacono antecessoris sui rei ordinem noscitur perquisisse. Pares ergo errore paresque fraude nihil fuisse redditum asserebant. In quorum vultibus quantum reciduus suffuscabatur rubor, tantum succedentis addebatur palloris.

* cod. visione.

4. Interea, inspirante Deo, servus Dei agnovit quod inter [f. 155v, col. 1] ipsos plus fallaciae quam veritatis causa currebat. Ingrediensque in cubiculum suum ac terrenae caecitatis relinquens testimonium, oravit ad Dominum ut de ipsa pecunia integram dignaretur ostendere rationem. Cuius petitionem divinae miserationis potentia serena tranquillitate recipiens, palam ostendit quos inter se pari fraude conferentes sermones atroci cogitavere consilio. Cumque hoc Dei servo tam salubri fuisset ostensum mysterio, convocata plebe, ducatum praebens, insequentes dum incogniti prope-

rarent ad festa spectacula coetus, ad ecclesiam primi martyris Stephani, ut cum antistite coram omnibus dimicaret. venustissimo processu perduxit. Ubi cum genu posito preces fundens obtentum sibi a Domino impertitum fuisse sensisset, erigens se trino invocationis nomine, tetigit de baculo suo ad caput funeris sancti Torquati et ait: *Domine mi Torquate, domine mi Torquate, domine mi Torquate.* Is autem, quem Dominus efflare iusserat et inopinata morte praevenerat, velut de rudi somno surgens, voce tenui de sepulcro respondens, inquit: *Quid ad me petitio tuae orationis habet, pastor bone, pontifex gloriose?* Cui sanctus Paulus dixit: *Ionathas Iudaeus a me pecuniam tibi praestitam quaerit, et dicit [a] se ex hac nihil fuisse receptum.* Cui [col. 2] sanctus Torquatus episcopus respondens, dixit: *Manifestum est ipsum mihi centum solidos praestitisse, ex quibus quinquaginta reddidi; alii quinquaginta debentur.*

5. Tunc repente, dum inter se servi Dei sermocinantur, ultio divina manifestata est. Archidiaconus enim ille, qui fallaciae locum dederat et inimico Dei consenserat, non veritati, dum sibi voluit pecuniam impia praesumptione defendere, diabolicae infestationis casui coram omni populo traditur. Densis prorumpens vocibus vexari coepit. Hoc autem videns omnis populus formidabat. Cumque haec agerentur, dixit sanctus Paulus ad sanctum Torquatum episcopum: *Ora pro me, famule Dei, ad Dominum Deum nostrum, ut populum, quem hucusque rexisti, dignetur habere commendatum.* Cui respondens sanctus Torquatus dixit: *Te, Dei amice, sacerdos gloriose, quem digniorem post me Deus noster elegit eorum esse pastorem, qui me absolvisti a vinculo mortis, et merui te in sede maiestatis cum angelis suis videre loquentem, te obsecro ut apud supernum censorem tuis me orationibus adiuvare digneris.* Cumque haec verba Dei famuli altrinsecus peregissent,

conspicuus, sanctus, ac fulgens ordine Paulus,
inclitus, egregius, sollemni carmine doctor,
exponit plebi totum quod viderat ipse.

Stabat autem Iudaeus ille animo trepidus, gressu [f. 156^{r}, col. 1] immobilis, nec vitae praesentis spem se habere sentiebat. Tandem hortatu plebis, sancti pedibus provolutus, deflebat culpam. Tunc sanctus Paulus, in cuius faucibus Domini haerebant eloquia, dulciora favo et omni melle, pacifico est eum affatus sermone. Qui recuperato paululum sensu, confessus est rem et petiit ab eo ut christianus fieri mereretur. Itaque sanctus Paulus ut duritiam cordis eius probaret, nec recidivo deinceps videretur stimulo laborare, dixit ad eum : *Benedictio quae fide carentibus et pollutis impenditur, nec purgat maculam, nec explicat rugam.* Unde Iudaeus, dum se videret sancti viri ope relinqui ac profugum ab spe eius gratiae remanere, tabefactus haerebat. Cui rursus sanctus episcopus dixit : *Ego tibi baptismi gratiam imponam, si tu mihi ex toto cordis affectu promiseris istam credulitatem, in Patre et Filio et Spiritu sancto unam esse virtutem, unam deitatem et gloriam.* Iudaeus respondit : *Gratias ago tibi, piissime pastor, quia me Deo, quem in tribus personis verum credo, acquisisti.* Tunc indixit ei ieiunium, et carens edulio per hebdomadam, ut mos est, ab eo baptizatus est; ac per impositionem manuum sacerdotis Domini pravitatis facta amissio, fidei reddita est plenitudo. De pecunia vero mutuata sic gratuito concessit debitam ut etiam redditam celeriter reformaret ecclesiae [fol. 2].

6. Cogitans autem sanctus Paulus quia, secundum apostolicam lectionem, pietas ad omnia utilis est, ne caeca potestas ac noxius hostis alienam fabricam sibi habitaculum subiugaret, et trepidam subtraheret lumini vitam,

dum misero celerem cuperet conferre salutem,

iussit ad se archidiaconum illum adduci. Qui licet infestatione diabolica ageretur, tamen glorioso pontifici se confitebatur fuisse mentitum. Cumque pervenisset ante sanctum Domini sacerdotem et fecisset vexillum crucis in fronte eius, immundus spiritus ab eo fugatus discessit, nec umquam purgatum, Deo auxiliante, repetiit.

7. Cessit et aliud celebratum dignum miraculum, ut unus ex clericis suis lectoris fungens ordine, volens proficisci, post impletum matutinum officium, caballum suum caperet. Qui, rupto funiculo de quo eius perstringebatur ferocitas, praecipiti cursu, virtute qua poterat, longe lateque discurrebat. Quem undique cum multi ab hora diei prima usque sextam fuissent secuti, a nullo potuit comprehendi. Denique cum Dei nutu lectoris cor fides intima accendisset, ita quadrupedem affatus est : *Per orationem sancti Pauli episcopi te obtestor, sta, ut comprehendam te.* Qui mox, ut auribus eius nomen viri Dei personuit, cum omni mansuetudine stetit, et apprehenso eo profectus est. Itaque dum multas per eum Dominus praestitisset virtutes, cum cottidiano operi ieiunia votiva continuaret ac [f. 156^{v}, col. 1] lacrimas, precibusque frequens instaret ac pervigil, os eius perpetuo divinis laudibus persultabat. Cumque iam pro solvendo ieiunio ad mensae edulium conveniret, non prius reclinis sedebat, quam omnium fratrum convenisset integritas. Sic de pauperum erat esurie vel nuditate sollicitus tamquam qui de commissis ovibus pastoralem curam pervigil exhiberet; ita edacitatem dominari suo corpori recusabat, ut cum mordax aviditas esurie frangeretur, pro omnium tamen salute promptissimus appareret. Hoc quoque non omittebat quod in evangelio scriptum legimus : *Eleemosyna et ieiunium exstinguunt peccatum.* Et quam longum est eius sancta et mirabilia opera stilo currente describere, ut brevi complexa sermone operum eius gratia consumeretur.

Sic omnem populum caro portabat amore,

ut, sicut gallina pullos suos educat aut pastor ovium agnos in manibus baiulat, ita ille circa omnes pium haberet affectum. Simul etiam corripiens enutriebat, eratque omnibus amicitia carus, fide laudabilis, moribus temperatus, vita castus, mente sobrius, dogmatibus ecclesiasticis instructus. docibilis, pietate misericors. Pauperibus victum dedit, orphanos ac viduas aluit, vestimento semitectum operuit, vexatos

a daemonio liberavit; quin ita proprias bene tractavit opes [f. 156^{v}, col 2], ut procul dubio substantia illius perveniret in caelos, ubi non mordax aerugo neque tinea sulcat,

nec male defossum famulatur furibus aurum.

8. Quem cum in omnibus Deus semper esse praescium voluisset, diem quoque transitus sui vel sponsae suae, dum obfuscatae noctis caligine in exstasim devenisset, angelo nuntiante, praescivit. Cumque ad praefinitum diem cum magno gaudio propinquare se sciret, aggrediens iter ad sponsam suam ivit. Ingressusque ad eam in monasterio quo erat sub norma virginitatis retrusa, cum eidem pacis dedisset osculum, migravit ad Dominum. Cuius corpusculum cum iam sarcophago tradidisset ac regressionis carperet iter, sequenteque se plebe demum cum exsultatione et laetitia Avennicum pervenisset (1), omnes laeto moderamine confortabat. Sed cum, adveniente noctis tempore, reclinis modice artus iam declinasset ac pervigil Domino acceptam suam esse sociam precaretur, recta ei celso tramite via reseratur ad patrem, et in pullorum canoribus arvo terrena membra commendans, caelesti spiritum reddidit Domino. Quis autem enarrare possit quantus ibi luctus omnium fuit, quanta profluentia lacrimarum et inter amarissimas lacrimas, voces psallentium audiebantur dicentes [f. 157^{r}, col. 1] : *Placita erat Deo anima eius, ideo eripuit eum de medio iniquitatis.* At ubi suae plebi dolendus divulgatus est nuntius

velocem arrepto carpebant tramite gressum,

in tantum ut qui a tergo veniebat praecederet primum. Nec praematurus fragilem aetate sexum labore contristabat cundi. Cumque tristi ministerio efferretur funere gelidum iam cadaver, et visu intuerentur suum ad caelos ascendisse pastorem, luctu omnium resonabat undique in aethera clamor.

(1) Urbs Avennica fere media distat Arelatensem civitatem inter et Tricastinam.

9. Obiit autem beatus Paulus episcopus kalendis februariis (1) in Avennica civitate. Cuius sanctas exuvias venerabilis antistes Arelatensis atque Avennicae vel Aurasicae civitatis (2) canore succiduo non solum prosequentes vestigio, sed etiam propriis umeris detulerunt, et licet nivis nimiae congerie terra deprimeretur, tamen sic divina bonitas eius praestitit interventum, ut antequam feretro imponeretur, emisso flamine venti, sub una nocte glacialis omnis duritia solveretur, et ita vicissim se alterna temperies commutavit, ut cum eius gloriosum corpus ad civitatem suam pervenit, omnes qui ad exsequias eius aderant, tegmina aestiva expeterent. Denique cum pervenissent ad basilicam beatissimorum apostolorum et martyrum, quae deinceps usque in [fol. 157^{r}, col. 2] hodiernum diem nomine sancti Pauli vocatur, ubi concavam rupem suae iam mancipando paraverat sepulturae, revoluto superiore laterculo apertam invenerunt. Quod quis ferat ambiguum angelici fuisse famulatus obsequium, quia nullus hominum scire potuit quonam hoc ordine fuerit factum? Cumque sancta fuissent celebrata officia ac beati antistitis corpus vellent tradere sepulturae, universi, dum eum sibi pio servabant lamentandi dolore, inhumatum eius corpus diu tenere cupiebant.

Tandem ubi iam illius corpus concluderet urna,

tunc humili deprimentes cum voce querelas ita aiebant :

Heu, nobis, miseris crimina nostra nocent.
Nam illi succedunt prospera cuncta polo.

Sic vero repletus est omnis populus suavissimi odoris gratia, ut omnes admirarentur et dicerent : *Tali odore numquam se meminit aetas nostra fuisse refectam.*

(1) Quo etiam die colitur. Cfr. *Act. SS.*, Febr. t. I, p. 92. De anno quo obierit S. Paulus, illud tantummodo licet statuere mortem eius contigisse post annum 374; siquidem concilio Valentinensi primo, hoc anno celebrato, subscripsisse putatur. Cfr. Tillemont, *op. cit.*, t. VIII, p. 555. — (2) Tunc temporis ecclesiae Arelatensi praesidebat S. Concordius (*Gall. christ.*, t. I, p. 524), Avenionensi vero Metianus (*ibid.*, p. 797) et Arausicanae Eradius (*ibid.*, p. 764).

10. Contigit autem ut post eius dolendam migrationem Provinciae loca hostis cruentus invaderet (1). Qui etiam universa loca bellantium vigore vastabant, et captivitates perpetrabant, insanientesque ad castrum Toronna, quod sanctus Paulus episcopus firmaverat, ire festinaverunt. Ubi cum iam populus inclusus

divinas magnis pulsarent fletibus aures,
ut fremitus gentis sic frenaretur iniquae,

beatus Paulus cum duobus [fol. 157v, col. 1] pueris in vestitu niveo, crucis signum faciens obviam eis stetit, ipsisque etiam caelestibus armis minatus pennifero tamquam sagittae cursu ante ducem exercitus perrexit. Tunc omnes simul partis adversae pertimescentes obvium signum recedunt paventes,

vulnera ne proprio replerent arva cruore,

revertentesque qui viderant de virtutis signo Dominum adorabant, et dum per eius urbem praetereuntes abirent, nihil ausu proprio contingere praesumebant, nisi quod ipsis voluntario munere donabatur, et alias multas virtutes per eum Dominus praestitit. Sed et si quis ad eius funeris locum frequentibus votis orationem confidenter effuderit, quamvis aegre laborantis importuna fides medicinam petitionibus praestat honestis, auxiliante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

(1) Ineunte saeculo quarto pluries tum Wandali, tum Gothi Provinciam invaserunt, ita ut nequeat determinari de quibusnam hic agatur.

VITA
SANCTI ARIGII EPISCOPI VAPINCENSIS
EX CODICE GRATIANOPOLITANO

S. Arigii Vapincensis Vitam, ***incerto coaetaneo auctore*,** primus in lucem edidit Philippus Labbe, ***ex codice Silviniacensi*,** quem ***pluribus mendis barbarismisque*** inquinatum descripserat P. Sirmondus (1). Eundem textum, at ex coniectura correctum, quoniam non suppetebant alia exemplaria, prelo vulgarunt nostri ad diem 1 maii (2).

Sed iam saeculo XI (3) stilo expolita fuerat prisca illa S. Arigii Vita ab incognito scriptore, cuius lucubrationem servat, fol. 199^{r}-205^{v}, codex Gratianopolitanus, de quo supra dictum est (4). Quam inter ***Analecta*** visum est evulgare, ut quicquid ad S. Arigii notitiam conferat, colligatur, praesertim cum primigeniae Vitae nonnulla addat, alia vero emendet, quae in notis ad singulos locos indicabuntur. De auctore, praeter quam quod monachus exstitit, ut ex prologo patet ad fratrem Hermanum directo, nihil innotuit nobis.

[fol. 199^{r}, col. 2]. **Incipit prologus in vita beati Arigii Vapincensis episcopi et confessoris.**

Quamvis petitionis illius pondus sit timendum, quae transcendit facultatem virium, tamen ex Dei largitate, quae gignit affectum petentis, non abnego praesumendum, quando agitur de negotio tali inter Dei cultores, unde aliquis spiritalis possit pervenire profectus vel praesentibus vel futuris. Si enim proprietatis modus naturae aptus in pictura quaeritur, ut illa materia quae pingitur congruenter exprimatur, quanto magis in Scripturis sanctis quaerendus est is scribendi modus, quo exprimi possit diligentius [fol. 199^{v},

(1) *Nov. bibl. mss.*, t. I, pp. 695-99. — (2) *Act. SS.*, Maii t. I, pp. 109-11. —(3) Hoc tempore istam, quam edimus, Vitam confectam esse satis manifestum faciunt homoioteleuta, quibus opus suum ornare auctor delectatus est. — (4) P. 374.

col. 1] quod commendandum suscipitur. Hoc perpendens, frater Hermane, melodiae totius nostrae claviger, in vita beati Arigii, quam corruptam vel scriptoris, vel dictatoris incuria vidisti (1), onus mihi hoc imponendum putasti, ut manum mitterem ad corrigendum sive immutandum tantae perplexitatis opusculum, quatinus meo studio clarescat ceteris, quod mihi ipsi constare fateri non audeam. Rogandus igitur tibi ille est primum in quo sunt omnes sapientiae et scientiae thesauri absconditi, ut obscuritatem hanc aperiat mihi, quam per me vis reliquis aperiri, quatinus si verba sparsim posita cognosco, sensum verborum possim colligere recte construendo, et quid desit, ubi claudicat sententia, coniciendo (2). Quamvis enim simplicitatem quam scriptor postpositis phaleris amplecti se dicit (3), nec ipse vituperandam censeam, nec profunditatem magnam ibi reperiam, tamen planas ipsas positiones inde succenseo, unde eas grammaticae ordinationi respondere in quibusdam locis minus video, sed gratias non idcirco inferiores dictator meruit qui de sacris gestis notitiam hanc nobis dedit, qui forte in aliqua parte succubuit, cum voluntas bona cucurrit quousque potuit, et obtulit [fol. 199ᵛ, col. 2] benigne quod habuit, ut merito placuerit Deo primitiva eius oblatio in sancti huius viri praeconio, per quam ceteris datur laudandi occasio et virtutum eius tollitur oblivio. Vale, frater, et roga Deum pro me, ut servorum suorum laudibus merear fieri dignus, ne forte sit mihi opprobrio, si lumen portans caecus fuero. **Explicit prologus.**

Incipit Vita.

1. Igitur beatus Arigius cum parentum nobilium gloria sublimis posset in mundo tanto radicari altius et nubere splendidius quanto generositate ferebatur celsius, maluit

(1) Non melius igitur exemplar, quam erat Silviniacense illud a Labbaeo editum, prae manibus videtur habuisse auctor noster. — (2) Hoc idem se fecisse declarant antecessores nostri iisdem fere verbis. Cfr. *Act. SS.*, Maii t. I, p. 107, num. 1. — (3) Re quidem vera primus auctor ita loquitur: *Non phaleratis neque dialecticis, sed simplicibus tantum venerabilis vita narratur eloquiis.* Cfr. *Act. SS.*, Maii t. I, p. 109, num. 1.

tamen plantari in domo Domini et florere in atriis eius, quatinus ibi esset cedrus Libani, ubi marcescunt arbores, quae in saeculo radicem figunt. Nam cum ventum esset, post cursum pueritiae succedente iuvenili flore, ad eligendum vel dextrum vitae aeternae vel sinistrum callem temporalis gloriae, et sicut moris est Marthae contra partem Mariae, parentes eius modis omnibus satagerent ut illum post se traherent ad copulam nuptialem, et fructum corruptionis de eo potius quam aeternitatis inquirerent, ipse utendum magis consilio credens evangelico iugumque servile subire contemnens, collum mentis rigidum tenuit, et libertatem sanctam [fol. 200r, col. 1] per manum beati Siagrii, Gratianopolitani antistitis (1), Deo mancipandam viriliter conservavit. Cuius se magisterio subdens et ad clericalis ordinis sortem transiens, tamdiu sacris moribus per ecclesiastica documenta et ministeria proficiendo conscendit, quousque sacerdotalis gratiae culmen apprehendit, et Morgecensis vici (2) ecclesiam regendam suscipere promeruit. Intellexit quippe supradictus Dei famulus in eo verum tam saeculi contemptum quam Dei cultum, nec immerito censuit promovendum gradibus, quem provectum cognovit eatenus virtutum cunctarum divinis charismatibus, ut ipsa temporis brevitate pateret quis ille doctor intimus fuisset, qui sic eum sub celeritate penetrasset ac medullitus imbutum suis muneribus illustrasset.

2. In illo igitur regimine probatus per annos fere quattuordecim (3) ex privata notitia curae parochialis eousque publicis rumoribus odorem suae sanctitatis extendit, ut Vapincensis cathedrae praesul totius cleri ac populi unanimi electione constitui *, illo ab hac luce subtracto qui praeerat (4), mereretur, sicque candelabro superpositus, lucere omnibus cogeretur,

* *cod.* constituti.

(1) De quo videsis *Gallia christ.*, t. XVI, p. 221. — (2) Hodie vicus *Martres-sur-Morge* in dioecesi Claramontana. Cfr. A. Tardieu, *Dict. hist. du Puy-de-Dôme*, p. 200. — (3) Ex hoc indicio valet aliquatenus constitui chronotaxis vitae Arigii, non tamen cum omnimoda certitudine. Quae disputata vide *Act. SS.*, loc. cit., pp. 107-8, num. 2, et *Gallia christ.*, t. I, p. 456. — (4) Sagittarius scilicet, interemptus post annum 579, ut narrat Gregorius Tur., *Hist. Franc.*, lib. VII, cap. 39. De Sagittario, episcopo Vapincensi, cfr. *Gallia christ.*, t. I, p. 454.

quem hactenus occultaverat modius, quamvis minor providentia maioris curae [f. 200r, col. 2] dederit argumentum ut sciretur ex minimo quam fidelis dispensator foret in maximo. O quam felix mutatio! quam beata mercatio! quam sancta divisio et quam pia coniunctio! Arigius, parentibus abdicatis cum nuptiis carnalibus, quam parum est quod reliquit, quam grande quod accepit! In terris quidem aruit, sed in caelo floruit. Copulam corruptibilem sprevit et pro sponsa carnis Ecclesiae curam maritalem suscepit ad multiplicandum fructum aeternitatis. Parentibus quia dorsum vertit, summi parentis faciem ad se convertit vultumque eius serenum sibi praebuit ut blandum videat, quem timeret si iratum cerneret; placidumque conspiciens hilarescat potius quam contremiscat. Sed ecce putabit quispiam me inanem terere laudem, quaeque araneae modo eadem possit levitate disrumpi qua videtur confici, si non aliud pensatur in assertione virtutum beati Arigii quam temporalis providentia suscepti regiminis, quae communiter impenditur bonis ac malis, nec semper dignis committitur, sed plerumque et indignis permittitur.

3. Audiamus quid fecerit unde probari possit quam digne sit honoratus atque in terris humano iudicio exaltatus, si divino iudicio non displicuit ordinatio [f. 200v, col. 1] quam suscepit. Interrogetur ecclesia Cabilonensis beati Marcelli pretiosi martyris corpore insignis (1), quis eam aperuit, quando infelix illam regina Brunichildis clausit et Arigio introitum eius vetuit, quis, inquam, signacula illa reseravit, cum nullus mortalium praesumpserit. Certe oratio pontificis facta est clavis quae templum Dei manu factum, non manu facta * aperuit, et servum fidelem admisit in palatium regis. * *cod.* facto.
Nec defuit Arigio facultas in aperiendo ostio basilicae per virtutem crucis vivificae, cuius signum fecit in limine, quae affuit Basilio in similis causae negotio (2), quando scilicet agitabatur inter catholicos et Arianos quaestio, et posita erat

(1) Cfr. *Act. SS.*, Septemb. t. I, p. 187. — (2) Narratur istud a Basilio patratum miraculum in eius Vita ab Amphilochio conscripta. Cfr. *Act. SS.*, Iunii t. II, p. 953, num. 54.

condicio ut illa pars in perpetuum possideret, quae ecclesiam sine clavibus aperiret. Sed in hoc Arigius multo magis claruit imitator Basilianae perfectionis quod, audita hac fama, oblata sibi a regibus munera contempsit, et dona iniquorum quam sint Altissimo vilia, non tantum opere sed et ore perhibuit, cum, chlamyde primum recepta, postmodum proiecit in terram dicens : *Dona iniquorum reprobat Altissimus.* O quam longe ab hoc Elysaeo iacemus, qui lepram, quam ille vitavit, accipimus. Ac per hoc non mundare meremur leprosos, sed mundatore indigemus, cum instar Giezi cupiditate ducti, praedones cum praeda [fol. 200ᵛ, col. 2] sua ad habitum monasticum suscipimus, et, cum leprosi sint, eos cum lepra sua, non relicta videlicet rapina, sanare volumus, nec perpendimus quam leprosi fiamus eo ipso quo id facere tentamus, quod Deum nollê nequaquam ignoramus, cum scriptum sit : *Hostiae impiorum abominabiles Domino.* Nam impietatem, quam portant, et ipsi non deponunt, quando illis, quibus abstulerunt, sua non reddunt, et nobis offerunt tamquam gratum Deo acceptumque sacrificium ; cui ita displicet, quod de tali rapina offertur, quomodo patri alicui displiceret, si sibi filius suus concisus et coctus offerretur comedendus. Facimus ergo aliis quod fieri nobis nollemus, quia si nobis quod ablatum est alius reciperet, non utique nobiscum bene actum putaremus. Sed plaga ista iam sic inolevit et induruit, ut nec oleum nec aliquod unguentum valeat ad fovendum Arigium saltem attendamus eiusque virtutum speculo foeditatem nostram utcumque erubescamus, qui portat lucernam, qua redarguit cupiditatem nostram, cum regia dona putavit reprobanda ex offerentium nimirum, si non ex munerum culpa ; qua in re possumus satis perpendere quantus esset cultor iustitiae quamque immunis a personali acceptione, sub qua tantae animae iacent prostratae.

4. Erat sane et in aliis virtutibus [f. 201ʳ, col. 1] tam praeclarus tamque vigil atque sollicitus in custodiendis sibi commissis, ut nec paterna pietas nec severitas pastoralis deesset, quotiens gregis utilitas postularet, quin se omnibus

talem praeberet qualem singulorum causa exigeret, quatinus cunctos lucrifaceret. Praecipue tamen clericis informandis moribus angelicis ita incumbebat, ut nec primaevis lac dulcedinis paternae negaret quousque aetas maturior adveniret, nec adultis frena laxanda putaret, quatinus et illi haberent in quo imbecillitatem suae pueritiae sustentarent, et isti cuius ope carnis aestus reprimerent, et se ad divinam servitutem disciplinae ecclesiasticae balteo succingerent. Peracta denique prima vigilia per illos magistros, quos videbat talibus rudimentis idoneos, ipse assumens custodiam secundam pastoralis curae studium adhibebat, nec eos ulterius alii quam sibi credebat, donec illos eo usque proveheret, ut Christi servitio dignos per cuncta et spiritali palaestrae aptos redderet, quatinus ad illuminandum totius Ecclesiae corpus his quasi oculis uteretur, in quibus legendi, orandi et psallendi vigilantia cunctis spectanda et imitanda proponeretur. Verum beato pontifici parum videbatur quod dies expendebat in laboribus et exercitiis [col. 2] spiritalibus et quod tantopere invigilabat discipulorum provectibus, nisi etiam aliquid suae parti de nocturnis horis furaretur, unde humanae laudis nullum periculum sequeretur.

5. Uno igitur, Probo nomine, tunc lectore, contentus comite, ceteris in cubiculo suo remanentibus, ut illum imitaretur qui ascendit in montem solus orare, quaerebat secretum orandi locum; quem quia non poterat invenire penes episcopium propter civilem tumultum, ad superiora conscendens, cum praedicto discipulo satis in omni diligentia probitatis comperto, in memoria beati Mammae martyris (1) se ita clanculo recipiebat, ut nec ipsi aedituo palam foret. Nam clavibus illis alias configuraverat, per quas introire poterat, cum sic volebat facere opus dexterae, ut sinistra nesciret. Eratque in supercilio montis ecclesia, quam vir Dei frequentandam susceperat, illis horis quibus sola remanebat. Sicque consumpta noctis maxima parte in gemitibus et colloquiis

(1) Notandum sane iam saeculo sexto fuisse in Gallia erectam memoriam in honorem huius martyris Cappadocis.

divinis, revertebatur ad suos, ut cum eis iterum laudes ita caneret, ac si nihil laboris pertulisset. Pensate, fratres, quid merebatur, qui sic Deo et proximo se partiebatur, sic utrique dilectioni famulabatur, sic utraque tempora lucis et tenebrarum ad hoc unum redigere [f. 201v, col. 1] conabatur, ut omnia sibi in bonum cooperarentur, et tam dies quam nox ad auctoris sui gloriam converterentur. Nos si parum quid boni agimus, aut unam lacrimam fundimus, aut unum psalmum cantamus, aut unam eleemosynam de alienis rebus nobis relictis potius quam de nostris propriis impendimus, totum nos fecisse putamus, totamque legem implesse nobis videmus; si proximo subvenimus in aliquo, vix Deum respicere dignamur in secreto ac si valde placatum nimisque muneratum; si Deo aliquam precem fundimus, quam gratam putemus, vix primum respicere aut eius necessitati condescendere dignamur, ita intumescimus illa modica devotione quam habuisse visi sumus. At vero sanctus speculator Arigius non contentus uno civitatis suae clauso foramine eam munire studebat circumquaque, nec propter secreta publica, nec propter aperta bona praetermittens occulta. Nam quod vel unum clericum sibi in laudabili furto hoc sociabat, episcopalis id auctoritas et gravitas exigebat, ne sine teste procederet, quem tam fidelem nosset, ut dubitare de eius taciturnitate non posset. O quam pauci tales inveniuntur fures, qui conclaves ad hoc faciant ut a malignis spiritibus abscondant orationis sacrificium quod Deo immolant, ne videlicet de aqua putei [fol. 201v, col. 2] sui bibant extranei. Porro quam plurimi possunt inveniri, qui hoc solum putant se amisisse quod faciunt nullo spectante, ac per hoc humanae laudis nihil comparant, quia non est in promptu cui vendant quod pro Deo se agere simulant. Hoc igitur furtum numquam fuit deprehensum quoad vixit famulus Dei, nec ullatenus potuit sciri donec ferrum quod inventum est pendens ad eius sepulcrum ex conformitate clavium, quas * gerebat, denudavit quod occultum manserat.

* *cod.* quam.

6. Solet quippe omnipotens Deus margaritas suas prodere et ad ultimum propalare quantumlibet celare se studeant,

quatinus qui carbones, quando eius dilectione plus quam putaretur ardebant sibique soli noti erant, lampades fiant et alios sine suo detrimento illustrare valeant. Et plerumque amicos suos in medio cursu vitae huius manifestat, nec finem, in quo secure laus canitur, exspectat, dum nequaquam de eorum soliditate dubitat, nec timet ne tumeant, si interdum proximis aedificandis appareant, et demonstrent quid apud se gerant. Unde et Arigium qui se occultabat cum montana conscenderet clarificare volens invitum permisit in transitu Durentiae periculi talis incurrere articulum ut, navicula qua vehebatur [f. 202r, col. 1] in praeceps data, nulla spes vitae remaneret, nec aliunde securitas quam de interitu nautis esset. Nam rupes erat mediis fluctibus interiecta cuius allisione, non dico lignea, sed et ferrea puppis esset conterenda. Verum misericors Deus cui cuncta ad nutum serviunt, quod ad exitium videbatur idoneum convertens ad evadendi subsidium, misit angelum suum qui Arigio porrigens manum cum diacono suo Ianuario illum evexit, atque illos eiusdem saxi dorso imposuit, ut quod inimicus paraverat ad nocendum, tali modo converteretur ad tuendum, quatinus eum rupes cui tulerat vehiculum, sustineret ut iumentum, quomodo Chaldaeis pueris flamma quae debuit nocere servivit, quando ministros regis incentores suos exussit et ipsorum, quibus irrogata fuerat, nec vestes laesit. Quis Arigium putaret nisi exstinctum? Plangebatur undique constipatis lictoribus pastor ab ovibus tamquam praecipitio illius baratri voratus, sed aquarum fluctibus cinctus stabat in medio rupis quasi in medio fornacis cantans inter cetera divinae laudis praeconia: *Exspectans exspectavi Dominum et respexit me, et statuit supra petram pedes meos, et direxit ad progrediendum gressus meos*. Luctuosa igitur nocte illa transacta qua funeris illius gerebantur lamenta, et [col. 2] illucescente aurora, apparuit vir Dei in vertice saxi, tamquam victor mortis et triumphator hostis, non minori scilicet Dei virtute et potentia servatus in mediis undarum circumfluentium latratibus, quam Daniel liberatus de esurientium leonum faucibus, quando eum rex invenit cum eis quasi cum catellis salvum et hilarem, quem-

que lugendum adierat videns incolumem, subito erupit in magnificentiam liberatoris et laudem. Qui ergo flebant, Deo gratias egerunt et recepto pastore lacrimas prae gaudio fuderunt, qui dudum se illum perdidisse putabant. Sic aquis imperat et inter eas quem vult liberat, cui naturae omnis ordo militat, etiam in eis in quibus vacillat et suis legibus repugnat. Sic ignes temperat, sic leones domat, ut se auctorem cunctorum dominatoremque ostendat.

7. Nam qui Danieli subdidit leoninam ferocitatem, ut famelica bestia cibum videret nec tangeret, ipse et Arigio urbis moenibus propinquantem aprum quem venatores quidem latebris suis nemorosis excussum premebant, sed parum insequendo proficiebant, quia retinere nullatenus valebant, tam enervem reddidit et tranquillum, ut qui non cesserat imbribus telorum, cederet baculi pontificalis mediocritati, et [fol. 202v, col. 1] sicut piscis hamo haeret, sic virgae ipsius morsu inescatus et captus locum daret se potiendi insectatoribus suis. Patuit itaque cunctis spectatoribus huius virtutis et auditoribus istius rumoris quid fiduciae possit in rebus creatis habere qui gratiam solius Creatoris meruit obtinere, sitque potens inferius circa infima, qui caput intentionis superius tenuerit circa summa, in omnipotentis videlicet Dei notitia. Quid enim iustius, quam ut ei, qui servit Altissimo, famuletur omnis ei subiecta condicio? Ecce inermis praesulis baculus pastoralis in capiendo apro ea usus est levitate, qua uti solet qui agnum retinet, cum bestia, quae iacula contempsit, in virga illa pondus divinae auctoritatis sensit, cui rebellare nefas duxit.

8. Verum aper iste non solus fuit, qui Arigii viribus non tam corporeis quam incorporeis reverenter succubuit. Sensit nempe eas et serpens immanis, qui illi redeunti a religiosae cuiusdam viduae Sabinae hospitio se obvium praebuit, eiusque comitibus terrorem tantum incussit, ut fugae potius consulendum quam illi resistendum putarent. Sed vir Dei non saxis aut fustibus agens contra eius impetum tam vehementer infestum, tamque horrendum trisulci oris hiatum, quo letalem conabatur ingerere ictum, sed calcaneo solo

utens venenosum caput ea virtute contrivit, qua scriptum est conculcatum esse leonem et draconem. Non enim fuit victus alia ista et alia illa, sed una eademque potentia unius eiusdemque auctoris, qui cooperatur suis et mirabilia tam sua quam suorum per hoc solus facit quod ille ferulam inescavit, et hoc instrumentum in eius captione habitum fuit, iste solius pedis parte attritus venenum suum cum vita sine caede cuiusquam evomuit, ac per hoc mirabilius peremptus occubuit. Sed videamus Arigium qui tantum potuit in contritione serpentis, quem nec a longe sui respicere nedum invadere praesumebant, si quid valuit in curatione illius, qui a serpente fuerat toxicatus. Nam et huius virtutis si impos exstitit, non plene Omnipotentis gratiam habuit, qui suis et huius potentiam curationis promisit.

9. Interrogemus illum inertem foeni dominicalis messorem, qui se aegrum fingens, sed virum Dei latere non valens, cum maledictione quam ab eo promeruit ultionem tam acceleratam pertulit, ut serpens ilico paratus esset qui genibus eius verum dolorem infligeret, eique materiale virus infundens vere semianimem redderet, cui spiritale [f. 203r, col. 1] hoc venenum infuderat, ut se fallaciter aegrotum simularet. Sicut enim ficus, quam maledixit Dominus, aruit, ita piger ille operarius post maledictionem, quam Arigius intulit, veram accepit aegritudinem per illam percussionem in ea parte qua falsum praetendebat dolorem, et coactus est ipsum, quem putaverat irridendum, quaerere advocatum et appellare medicum, manifesta voce perhibens se esse ab illo corporaliter venenatum, a quo fuisse se mente non cavebat toxicatum, quando se fingebat aegrotum, nolens in opere se ostendere sanum. Cumque ad clamorem eius, quo pastorem piissimum precabatur, ne sibi redderet vicem mendacii sui, quod per ipsum, cui crediderat, hostem luebat concursus fieret popularis frequentiae, sicut solet contingere in tali necessitate, vir sanctus Arigius, caritatis et veritatis discipulus, nolens idipsum bis vindicare, orationem fudit, verique promissoris donum reposcens de huiusmodi laesionibus curandis ex verbis evangelicis, lacrimando et crucis signum plagae

imprimendo totam vim veneni exstinxit, et quicquid nocere poterat moribundo corpori tam vehementer elicuit, ut ipse homo testis esset, quod nihil mali sentiret. Sic Arigius et percussit cum voluit et sanavit, quia praesentem Omnipotentem utrobique habuit, nisi quod non sic se vindicando humiliavit, quomodo afflixit [col. 2] quando indulgentiam postulavit. Illud quippe detestando utcumque quasi nesciens intulit, istud obsecrando genibus flexis per studium obtinere promeruit, quatinus et culpa moreretur et homo liberaretur, qui propter culpam mortem merebatur, nisi per gratiam servaretur intercessionis eius, cui mentiendo coactus fuerat de falso dolore ad verum pervenire. O quanti a serpentibus percuterentur, si omnes qui opus Dei faciunt neglegenter et fraudulenter seque cum pigri sunt aegros fingunt, corporaliter punirentur, nec futuro iudicio servarentur! Sed heu miseri! qui quia non merentur hic salubriter affligi, eo miserabilius differuntur et crudelius non feriendo caeduntur; qui pro temporali poena, quam subirent si hic luerent, aeterno sunt labore cruciandi, quo non cruciarentur sine fine, si corrigerentur cum fine. Igitur de Arigii virtutibus si nondum satis factum est, accedant illi tres elephantiosi, quos quadragesima quadam suscipiens in cubiculo suo, servivit in eis non ipsis sed Domino, tam devote ministrans eis in ponenda mensa, in lavandis pedibus, in collocandis corpusculis, ac si ipsam beatae Trinitatis substantiam procurandam sumpsisset. Nam cum suam carnem cottidianis ieiuniis crucifigeret, [f. 203ᵛ, col. 1] ipsorum carnem luridam tanta fovebat diligentia, ut non pateretur quemquam manus adhibere, nisi tantum personam suam, nolens videlicet alteri dare gloriam suam, putansque dandam si accedere ad ministrandum quemvis permitteret alium.

10. Erat autem proxima dies resurrectionis quando hanc hospitalitatis gratiam vir sanctus personis illis miseris sic exhibuit, quasi ipsi capiti et non membris, triduoque thesaurum hunc occultavit, quatinus in Cena Domini haberet in quibus mandati illius novi typum gereret, quosque mundare ita cum discipulis Domini posset, ut resurrectioni dominicae

nitidos exhiberet. Denique sacrosancto illo die post praecedens servitium illud triduanum ita implevit circa eos omne humanitatis et pietatis obsequium, ut cum vivifica fuit illis a se danda communio, nulla in eis leprae appareret contagio, itaque hospites suos omni modo renovatos, tradito pacis osculo, dimitteret in pace tam sospitate quam aliis muneribus onustos. Qua in re profecto constat quia interfuit cenae illius, qui illam primam dedicavit et qui in illa corporis sui primitias obtulit et creaturam panis et vini in seipsum mutavit, ipse in hac per manus Arigii aquam fudit hospitibus eorumque carnem restauravit cum profusione [f. 203ᵛ, col. 2] quam exhibuit, quatinus Arigium glorificaret, cuius se cooperatorem ostenderet, et antiqua per eum sua miracula renovaret. Laeti igitur recesserunt qui lepram quam attulerant non rettulerunt, et sospitatem quam non habuerant perceperunt, ut merito pascha celebrarent cum Domino, in quibus tam mira apparebat eius dextrae mutatio, ut regenerata videretur eorum caro, et de mundationis lavacro suscitata nova quasi de sepulcro.

11. Sed neque hoc sacris eius gestis censeo derogandum (1), quod Viennensem pontificem beatae conversationis virum Desiderium, cum videret anxium propter infamiam criminis cuiusdam falsi, qua impetebatur ab aemulis, qui vas sincerum incrustare satagebant de contagio stupri quasi perpetrati, procuratis videlicet iniquis testibus personis muliebribus (2), sic rore medicinalis consolationis suae refrigeravit, ut ei caelestis mansionis claritatem praedestinatam manifestaret, eumque de mercede retributionis aeternae certificaret. Nam cum maestitia illum tantae calamitatis urgeret ut in defectum eum paene praecipitaret (3), Arigius divinitus illustratus, sic ei de superno fonte haustum poculum propinavit, ut, omni amaritudine depulsa et dulcedine spiritali redinte-

(1) Quae hic narrantur de S. Desiderio Viennensi exsulant ab altera S. Arigii Vita edita in *Act. SS.*—(2) Nullibi in cognitis hucusque S. Desiderii Vitis tam aperte indicatur cuiusnam falsi criminis a Brunehilde fuerit accusatus. Cfr. *Analecta Bolland.*, t. IX, p. 253. — (3) Haec minus concordant cum Vita S. Desiderii ubi exhibetur: *Non tristitia deceptus, maerore detentus, sed hilari corde.* Cfr. *Anal. Bolland.*, tom. cit., pp. 254, 255.

grata, vires eius cunctas repararet, totumque statum animae ipsius reformaret: [f. 204r, col. 1] *Cur,* inquiens, *frater, contristaris ac si novum quid acciderit, quod tibi in Christo pie vivere volenti calumniae scandalum sit illatum, tuaeque sanctitatis famae aliquatenus derogatum? Utinam mihi tam parata et vicina esset merces mea, pro qua milito, quam propinqua ac prompta tibi, si non fallit Dominus meus Iesus Christus, qui mihi quiescenti dignatus est apparere et gloriam, quam accepturus es, heu mihi, prius quam ego, manifestare. Nam et locum tuum mihi monstravit in caelo, et tu fluctuas tamquam aliquid perdere tuae remunerationis possis in mundo, ubi seminare debes in lacrimis potius quam in gaudio metere, quia locus est afflictionis ubi serendum est quod metendum est in loco refectionis. Cessa igitur, frater, anxiari pro te, et pro me potius intercede, si vis sollicitudinem tuam in caritate et utilitate expendere, ut vel sequi possim te a longe, si consociari non mereor.* His verbis Desiderius venerandus nihil ulterius quaerens ad consolationem patientiae spiritum recepit, et viam supernae felicitatis ea, qua solebat, tranquillitate repetiit (1).

12. Erat autem tunc romanae urbis, immo totius orbis, speculator et custos venerabilis papa Gregorius, qui cunctos sui temporis viros sanctitatis fama celeberrimos habebat in sua notitia familiariter sumptos [col. 2] et in memoria sui pectoris scriptos. Inter quos et Arigium non solum censebat annumerandum, sed et cunctis Gallicis atque Illyricis sacerdotibus praeferendum putabat. Sicut tunc liquido demonstravit, quando ipsum ad limina apostolorum profectum tanto honore suscepit tantoque venerationis loco tenuit, ac si non episcopus a papa sed ab episcopo papa susciperetur. Videbat quippe in eo quod desiderabat videndum in praesule, scientiam videlicet, lumen intelligentiae, iudicium totius

(1) Cum S. Desiderius in praesenti loco exhibeatur iam morti proximus, inde suadetur Arigium Desiderio superstitem exstitisse. Porro, quoniam anno 608 martyrio absumptus est, Arigii obitum ad annum 604 minus recte referunt editores *Galliae christianae*, t. I, p. 457; meliusque etiam scripsissent Bollandiani *post annum 608* quam *post annum DCI*. Cfr. *Act. SS.*, Maii t. I, p. 107.

sanctimoniae, speciem perfectionis apostolicae, culmen episcopalis constantiae, decorem angelicae pudicitiae, et quicquid bonae habitudinis in se gerebat, qui sacerdotum gemma et doctorum lucerna exsistebat. Hoc totum ferme in Arigio quasi in altero Gregorio videbat, ita ut aperta voce perhiberet, non illi parem de transalpinis regionibus se vidisse pontificem. Mansit ergo lucifer cum sole, rivus cum fonte, Arigius scilicet cum Gregorio Romae aliquanto temporis intervallo, utpote qui eius profundissimi gurgitis haustu satiare se ad plenum aliter non valebat, nisi moras necteret quibus dulciflui eius dogmatis aliquam partem in se traheret, cuius abyssum nec totus exhaurire poterat mundus, qui ad eum consulendum ex cunctis [f. 204v, col. 1] sui partibus legatos, quasi vasa diversa ad hauriendum puteum, mittere non cessabat. Quibus omnibus ipse congrua causis suis responsa ita dispensabat, ac si unius hominis potius quam totius orbis negotia sumpsisset agenda. Elapso tandem morarum spatio, quas protraxit fraterna dilectio, non sinens dividi ac divelli tantae sanctitatis columnas, ubi ventum est ad hanc diu procrastinatam disiunctionem, ibi luce clarius patuit, pendentibus illis in amplexum alterutrum et collacrimantibus plurimum, quia quantae fuerat dulcedinis praesentia mutuae visionis et collocutionis, tantae etiam amaritudinis exstitit necessitas quae absentari coegit tam devotas animas tamque floridas in sacerdotali ordine palmas et fructiferas in domo Domini olivas. Verum pars Gregorii in hoc praeponderabat, quod Gregorius non solis amplexibus et lacrimis, contentus etiam munera superaddenda putabat, quibus dilectionem capitis demonstraret in membris, ut cui solebant ex omni parte mundi dona transmitti, ipse non acciperet munera, sed daret, amicique sui socios honoraret. Nam et sancto Valatonio Vapincensi archidiacono (1) inter ceteros primo, dalmaticam donavit (2) in monumentum

(1) Valatonius, qui Arigio in sede Vapincensi successit, aliunde notus non est. Licet hic vocetur *sanctus*, nullum cultus ipsi exhibiti vestigium repperimus. — (2) Hoc tempore dalmatica propria erat romanis diaconis; cuius ferendae extra

sacrae cum ipso et cum [fol. 204v, col. 2] praedicto episcopo societatis in Christo, quam ex parte ipsius spondebat, ut in hoc saeculo coeptam ita in futuro perficiendam, ut ibi aeternaliter cohaererent qui spiritalis amicitiae vinculum hic fideli voto nexuissent. Nam quem sibi parem non dubitabat sanctitate, credebat et asserebat fore non supparem felicitate; et cui vestem leviticam dabat, quia virum magnae scientiae et probitatis noverat, hunc ad episcopalem sarcinam perventurum, ut post Arigium Vapincensi praeesset ecclesiae prophetabat. Sic igitur soluta illa felici copula divisi sunt locis, sed non votis praeclari sacerdotes illi, quos Christi amor tenuit coniunctos animis idemque amor coegit corporibus dividi pro sollicitudine gregis tuendi. Accepta denique tam apostolorum quam Gregorii licentia et benedictione, Arigius ad propria rediens cursum vitae studuit de virtute in virtutem proficiendo consummare, non quo senior eo segnior, immo quo mercedi vicinior eo ferventior, atque in pugna spe propioris victoriae, firmioris constantiae nervo robustior.

13. Igitur carneis vinculis ad disiunctionem et dissolutionem propinquantibus recens spiritus infirmitati cedere nescius invocabat adiutorem suum caelestem advocatum, ut qui [f. 205r, col. 1] in cunctis minoribus sibi affuerat necessitatibus, in maxima non deesset, quin servi sui causam defendendam susciperet, ac de potestate inimici devotam sibi animam liberaret. Nec passus est omnipotens Deus famulum suum diutius manere suspensum, cui suae salutis in extremis certum dignatus est dare indicium, nolens hac ipsum qualicumque plecti poena, ut metu supplicii posset affligi, quem disposuerat caelestium gaudiorum aeternalibus praemiis inseri. Ostendit quippe Arigio soporis paululum gravitate soluto, qualiter summi iudicis tribunali applicitus, merebatur dealbari et ornari, illo iubente, niveo peplo, et cum

Romam quoque privilegium identidem concedebatur. Talis concessio facta est a papa Symmacho diaconis Caesarii Arelatensis (*P. L.*, t. LXVII, p. 1016). Exstat epistula Gregorii magni ad Arigium, qua ipsi et archidiacono eius usum dalmaticae largitur (Jaffé-Éwald, *Reg. Rom. Pont.*, num. 1748). De usu dalmaticae cfr. Kraus, *Real-Encyklopädie der christlichen Alterthümer*, t. II, pp. 207 sqq.

magno gaudio sociari superno agmini, sequente nimirum se eodem tramite, quo ascenderat beatissimo olim antistite Gratianopolitanae sedis Hysicio (1), quem scilicet eodem tempore migrare contigit quo ipse migravit, sicut inquisierunt supradictus Valatonius et Decentius presbyter et Probus diaconus, et ceteri quibus narravit totius seriem visionis, et qualiter ambo essent pariter coronandi in caelo, qui pariter assumendi de saeculo. Cumque de successore aliqui dissentirent et communi electioni, quae facta erat ex consensu cleri et populi in persona venerabilis archidiaconi Valatonii, ex decreto beati Gregorii, cuperent resultare, [col. 2] ipse in lecto ut erat decubans, liti finiendae se adhibens imperatum sibi perhibuit auctoritate Spiritus sancti, ut is quem ab infantia sancta sibi commissa nutrisset atque instituisset ecclesia, custodiam paternam susciperet, curaeque pastoralis sibi successor fieret, quemadmodum Iesus Christus ordinare sibique revelare dignatus fuerat. Itaque sedata contentione vir sanctus quos bene rexerat, bene etiam regi post se cupiens, heredem suae sanctitatis subiectis pastorem reliquit, et ipse ad curiam regis aeterni alacriter properavit; quia vero sancta illa anima carne solvenda caelesti erat multitudini copulanda, in ipso vocationis articulo dignum fuit ut audiret super nos cives quibus erat socianda. Audivit igitur voces musicorum descendentium in eius occursum, cum iam supremum traheret spiritum. Cuius tamen cantilenae dulcedine caruerunt, nisi quantum ab ipso perceperunt qui praesentes fuerunt. Sed, quod ipse audivit, ceteris in cellula ecclesiae contigua constitutis, manifestans, et laetus abiit, et ex parte in qua iacebat laetos dimisit, quibus spem bonam dereliquit, quia non desereret quos praecederet, nec iuvare desisteret quos pavisset. Nam sacer spiritus eius inter illorum manus, quorum vocibus mulcebatur, receptus migravit incunctanter [fol. 205^v, col. 1] ad superos, et quos post se traxit inferis ab illis tractus cucurrit in

(1) De Hesychio, episcopo Gratianopolitano, legatur *Gallia christ.*, t. XVI, p. 221.

odorem caelestium unguentorum, ubi gaudet in thalamo sponsi immortalis per omnia saecula saeculorum (1).

14. Sed si illi sunt gratulati, qui de tantae eius gloriae notitia aliquid gustare meruerunt, et temporale detrimentum lucro sempiterno compensare noverunt, illi inconsolabili sunt maerore confecti, qui plus de praesentis incommodi gravitate, quam de futuri patrocinii exspectatione cogitantes, tanti patris defectum, immo et suum in eius casu occubitum, ferre aequanimiter nequiverunt. Sicut enim, gubernatore amisso, navis contremiscit et omnibus periculis subiacet, ita ecclesia Vapincensis tali tantoque subtracto nauclero luxit non immerito, eiusque luctum sensit universa circumiacens regio, quae irradiari solebat tanti viri exemplo. Fleverunt igitur cives patrem, oves pastorem, orphani defensorem, viduae consolatorem, clerici doctorem, debiles sustentatorem, inopes et mendici procuratorem, cunctique in communi animarum suarum illuminatorem. Cuiusque meritorum fraglantia totam paene Galliam, Germaniam, Belgicam atque Italiam penetraverat, eius obitus quasi quidam solis occasus cunctos illarum partium fines obtenebravit. Sed quemadmodum luctus exstitit generalis de morte incomparabilis sacerdotis, [fol. 205v, col. 2] ita ex meritis ipsius qui vivunt et restant laetificantur, ut transeat consolatio spiritalis per omnes qui participes fuerunt maeroris, quatinus gaudeant eius patrocinio cum Vapincensibus et Illyricis (2), quicumque se sociaverint illis in eius laudi-

(1) Notaverit sane qui utramque Vitam Arigii comparaverit nostrum scriptorem praetermisisse quae alter de morte narrat num. 15 in *Act. SS.*, Maii t. I, p. 111. — (2) Quid sibi velint isti Illyrici, quos solos cum Vapincensibus hic nominat retractator noster, non assequimur. Eosdem commemorat idem supra cap. 12 : *papa Gregorius..... Arigium cunctis Gallicis atque Illyricis sacerdotibus praeferendum putabat.* Quo in loco is erat tenor textus primigenii : *Sed (Gregorius) nec unquam se a finibus Galliarum in Illyrici partibus talem se protestabatur omnimodis sacerdotem vidisse* (LABBE, *op. cit.*, p. 697). Hunc locum ita correxit Sirmondus : *Sed nec unquam se a finibus Galliarum in* illis *partibus talem se protestabatur... (Act. SS.*, Maii t. I, p. 110, num. 10). Perperam utique et Sirmondus, et retractator noster; is enim videtur esse sensus textus primigenii, utut intricati : " nec umquam se inde a finibus Galliarum usque ad Illyrici partes talem protestabatur... " Quod sane haud inepte dictum esset. At cur hoc ultimo cap. 14 Illyricos iterum commemorat

bus, ut qualiter Maria lacrimans resurgentis Domini gaudium praelibavit, quia gravius flevit, ita illi omnesque veneratores ipsius eius praesidio muniantur et ope fulciantur, apud eum qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

noster, quasi qui speciali patrocinio S. Arigii fruantur? Nil quidem huiusmodi hoc loco habet auctor primigenius. An meminit noster supra, nempe cap. 12, nominatos fuisse Illyricos simul cum Gallis, atque imprudenter arbitratus est vinculo aliquo Vapincenses aut ipsum Arigium cum Illyricis coniunctos esse? Fatemur nobis aquam haerere. Certe in vulgato martyrologio Illyrico nuspiam comparet Arigius. (Vid. D. Farlatus, *Illyricum sacrum*, t. VIII, p. 284-327).

VITA

SANCTI BARNARDI ARCHIEPISCOPI VIENNENSIS

EX CODICE GRATIANOPOLITANO

Sancti illius praesulis, quem sub primis regibus karolingicis non nullas in rebus politicis partes egisse novimus, vitam a sex olim scriptoribus narratam esse testis nobis est Claudius Stephanotius († 1691), monachus Ambroniacensis O. S. B. (1). Harum Vitarum una dumtaxat integra typis mandata est (2); duarum autem aliarum fragmenta satis ampla prostabant (3); de quarum indole et auctoritate, quia nempe totum illarum textum prae manibus non habebamus, iudicium aliquatenus certum ferre non licebat. Haud iniucunde igitur accidit, ut in codice illo olim Coreriensi, iam Gratianopolitano 49, cuius supra meminimus (4), tertiam ex hisce Vitis offenderemus (5); quam, licet magna ex parte iam editam, iterum tamen recudere, prout integra et accuratior nobis praesto est, non dubitavimus.

Hanc Vitam saeculo X confectam esse opinabatur Stephanotius (6); at sane perperam. Certum quidem est eam saltem non multo ante finem huius saeculi esse conscriptam, cum *duo libelli*, quos ad calcem narrationis auctor commemorat (7), post medium hocce saeculum sint compositi (8). Neque post saeculum XIII est eadem litteris mandata : illo enim saeculo exaratus est codex Gratianopolitanus 49, alias 1171, ex quo eam deprompsimus. At si quis intra duos istos terminos, quos solos certo definire possumus, distinctius aliquod tempus indicare voluerit, is utique potius ad ultimum vel intermedium quendam terminum designandum propendet, quam ad primum : ea siquidem est auctori nostro historiae karolin-

(1) Dom Claude Estiennot, *Éloge historique de saint Barnard*, apud Giraud. *Essai historique sur l'abbaye de S. Barnard et sur la ville de Romans*, première partie, t. I, (1856), p. lviij-lix. — (2) *Act. SS.*, t. II Ian., p. 546-7 ; Mabillonius, *Act. SS. O. S. B.*, saec. IV, parte I, p. 582-5 ; etc. — (3) Fragmenta secundae Vitae apud Mabillonium, l. c. parte II, p. 562-4 ; — fragmenta tertiae ibidem parte I, p. 585-6 ; parte II, p. 564-7, et in *Breviario ad usum insignis... ecclesiae Sancti Barnardi de Romanis* (1518, 1612), etc. — (4) Vide p. 374. — (5) Nempe fol. 107v-110r. — (6) L. c., p. lviij " écrite il y a sept cents ans ". — (7) Nempe cap. 9 : *Sunt tamen duo libelli compositi*... Nullus dubito illos eosdem esse, quos edidit Bollandus, l. c., p. 547-8 et Mabillonius, l. c., parte I, p. 587 et p. 588-9. — (8) Narrant enim translationem anno 944 peractam et miracula quae postea acciderunt.

gicae ignorantia, tam crassos subinde narrationi suae intermiscet errores (1), ut non nisi diu post peractas res, quas refert, manus operi admovisse censendus sit.

Verum licet naevis minime careat et acri indigeat censura, diligentissimus tamen fuit idem in conquirendis undique, quae supererant, antiquis monumentis. Quod facile patebit attendenti paucis iis quae de fontibus, quos hagiographus ille noster adiit, iam enarrare conabimur. Post pauca quaedam, quae circa primos reges karolingicos de suo, ut videtur, ille protulit satis intricata et inaccurata (cap. 1. *Sub Karolo..... — et erat patricius romanorum)*, exscripsit idem verbo tenus, praeambuli instar, longum quendam locum ex Adonis chronico (cap. I. *Eodem tempore...* — ad fin. cap. 2 : ... *cum clero suo)*; ex quo etiam subinde lacinias quasdam postea in opus suum derivavit (2). Inde, praetermissis quaecumque alibi de Barnardi patria, parentibus, iuventute, episcopali electione leguntur, initium narrationis ducit ab his quae Barnardus egit in causa Agobardi Lugdunensis; qua de re aliqua quidem Ado tradiderat, tacent vero prorsus duae aliae, quas commemoravimus, Barnardi Vitae. Has autem vel harum alterutram (3) utrum noster legerit, non liquet : meminit quidem documentorum quorundam, quibus res a Barnardo gestae narrabantur, aitque se multas ex his rebus fastidii vitandi causa praetermittere (4); at nullum suppetit indicium, unde definiamus utrum intendat hoc loco designare Vitas illas quae ad nos usque pervenerunt, an antiquiorem quandam Vitam, quam Stephanotius olim exstitisse asserit. Quicquid id est, illud certum est, omnia quae in Vitis illis duabus referuntur, si pauca quaedam excipias, ab auctore nostro alto premi silentio (5), et vicissim tantum non omnia, quae idem narrat, in istis Vitis minime legi; neque ulla est ullibi nostram inter et alias Vitas in stilo vel verborum delectu convenientia. Discrepant autem non raro in referendis minutis quibusdam circumstantiis, ubi eosdem eventus ab utrisque narrari contigit.

Sane maior novae, quam edituri sumus, Vitae auctoritas accederet, si probabiliter asseri posset ab illius auctore Vitam antiquam, nunc deperditam, de qua Stephanotius, lectam et his in locis adhibitam esse, et quemadmodum alibi fontes suos ad verbum ille exscripsit, ita eum cap. 3 et seqq. huiusce Vitae antiquae tenorem satis fideliter rettulisse. Sed vereor ut id probabile sit : scatent enim capitula 3, 4, 5 erroribus nec paucis nec mediocribus, ut cum noster comminiscitur Barnardum, quem sub annum 778 natum esse certum est, familiarem exstitisse Pippino regi, qui anno 768 diem obierat supremum (6). De fontibus igitur, ex quibus hausta sunt quae a cap. 3 usque ad medium cap. 6 narrantur, ignorantiam nostram fateamur

(1) Hos aliaque id genus notis ad singulos locos appositis perstringemus. Vide praecipue p. 405 not. 1, 2; p. 409 not. 2. — (2) Vide infra, p. 406 not. 2; p. 409 not. 1; etc. — (3) Quod in idem fere redit, cum manifestum sit alteram esse alterius retractationem. — (4) Cap. 5. *Multa quidem... legimus, quae... praetermisimus.* — (5) Sic v. g. non solum nihil habet de Barnardi infantia, iuventute, matrimonio, monachatu etc., sed ea tacet quae de legatione romana S. Bernharii Wormatiensis episcopi auctor Vitae primae incaute propter nominis similitudinem in sanctum Barnardum Viennensem transtulit (Vide Mabillonium, l. c., parte I, p. 584, cap. 8). — (6) Alia huiusmodi vide infra suis locis annotata.

necesse est. Quae vero cap. 6 de historia sanctorum martyrum Severini, Exsuperii et Feliciani traduntur, ea partim *(Hic floruit — martyrio coronatus)* verbo tenus excerpta sunt ex chronico quodam episcoporum Viennensium (1), quod aetate karolingica confectum (2) in codice saeculi X nobis asservatum est, — partim *(Latuerunt autem...)* proxime accedunt ad narrationem sanctorum martyrum, qualis in breviariis Romanensibus legitur (3), — partim ex martyrologio Adonis sunt ad verbum derivata (4). Post haec continuo exscripsit auctor epitaphium eorundem sanctorum, a Floro Lugdunensi confectum; quod videtur ex ipso marmore desumpsisse. Inde, vix interiecta brevi quadam sententia, exscribit (cap. 7, 8) item duas epistulas, quas a romanis pontificibus Paschali I et Eugenio II ad Barnardum datas in archivo, ut videtur, ecclesiae Viennensis reppererat; de quarum authentia est ceteroqui cur dubitemus. Paucis demum (cap. 9) narrat mortem et sepulturam Barnardi, transcripto iterum ex ipso marmore epitaphio sancti episcopi et commemoratis *duobus*, quos legerat, *libellis in quibus et revelatio eius atque translatio, et pars miraculorum continetur.*

Ex quibus elucet hagiographum nostrum non tam Vitam Barnardi scripsisse, quam brevem quandam, ut ita dicam, notitiam, qua ex certis, prout ipsi videbatur, documentis nonnulla notatu digna quae ad illum sanctum et ius ecclesiasticum pertinerent, complecteretur. In quibus documentis conquirendis diligens utique, ut dixi, et curiosus exstitit; nec tamen eam auctoritatem ipsi vindicare possumus, ut non necesse sit ea, quae profert, accurata trutina examinari. Insuper, quod dolemus, id ipsi sicut et ceteris omnibus Vitae sancti Barnardi scriptoribus vitio est vertendum, quod sive ex ignorantia, sive ex importuna improbandaque prudentia, multa a sancto Barnardo gesta, eaque magni momenti, prorsus siluit; ut sunt quae anno 833 egit, cum rebellibus filiis Hludovici Pii se socium adiunxit; item quomodo in Italiam fugerit, quomodo e sede Viennensi exturbatus sit, etc., etc. Quae omissiones, maxime si ex male pio partium studio ducunt originem, desiderium nobis sincerioris pleniorisque narrationis relinquunt.

[fol. 107v col. 2] **Vita sancti Barnardi Romanensis.**

1. Sub Karolo imperatore, qui primus ex genere Francorum romanum sumpsit imperium, beatus Barnardus Viennensem ecclesiam, Deo favente, suscepit regendam. Nam et alii reges Francorum plurimi Karoli sunt dicti post istum (5),

(1) P.-E. Giraud et U. Chevalier, *Le mystère des trois doms joué à Romans en MDIX* (1887), p. xcvj ; cfr. U. Chevalier in *Bulletin d'histoire ecclésiastique des diocèses de Valence, Gap.*, t. X (1890), p. 185-9. — (2) Cfr. L. Delisle in *Histoire littéraire de la France*, t. XXIX (1885), p. 450-2. — (3) Vide infra notas ad h. l. — (4) Vide ibidem. — (5) Consequentia sermonis (*Nam... Siquidem...*) postulare videtur ut legatur : *ante istum.* Puto tamen auctorem, rerum de quibus loquitur non ita

sed nullus eorum romanum tenuit imperium, praeter hunc, quem cognominamus Magnum (1). Siquidem usque ad illud tempus sub unius potestate et romanum et constantinopolitanum regebatur imperium. Nam et Pipinus pater eius, licet fuerat rex Francorum, non tamen imperator, sed patricius exstitit Romanorum. Similiter et eius filius hic gloriosus Karolus per viginti et octo annos regnum tenuit Francorum (2) sub Constantino imperatore septimo (3), et erat patricius Romanorum [f. 108^r, col. 1]. Eodem tempore, idem Constantinus (4) imperator a suis captus excaecatus est. Hirena mater eius imperatrix Constantinopolim residens octo annis post imperavit. Haec ad excellentissimum regem Karolum pro pace servanda misit legationem. Romani vero anno Incarnationis Domini nostri Iesu Christi septingentesimo nonagesimo nono Leonem pontificem septimo kalendas maii letania maiore captum excaecaverunt, ut fertur, linguamque ipsius praeciderunt. Positus itaque in custodia per murum nocte aufugit ad ecclesiam beati Petri, ubi tunc forte legati Francorum aderant. Inde primum Spoletum deductus, ac deinde ad gloriosum regem Karolum in Saxoniam in loco qui dicitur Bederbuna (5), ibique honorifice susceptus atque cum eodem honore Romam remissus est.

2. Post haec eximius rex Karolus Italiam ingreditur orationis gratia Romam profecturus. Cui occurrit duodecimo ab Urbe lapide Leo pontifex, eumque cum summo honore suscepit octavo decimo kalendas decembris. Per septem itaque dies operam dedit, ut ea quae perperam ibi acta fuerant, nudarentur. Sed Leo pontifex de obiectis sibi criminibus diu agens, cum iam criminatores refellisset, ambonem conscendit, et super sanctum evangelium in ecclesia beati Petri apostoli, praesente populo, manus imponens, iureiu-

gnarum, reapse scripsisse *post*, cum praesertim nullo pacto dici possit ante Karolum Magnum plurimos Karolos exstitisse qui Francos regerent. — (1) Quid ergo Karolus Calvus? — (2) Perperam dictum. Forsan imprudenter in Karolum transtulit auctor quae de filio eius Hludovico legerat in Adonis Chronico : *Ludovicus imperator... regnavit annos paulo minusve 28.* — (3) Immo sexto. — (4) Ab hoc verbo usque ad calcem cap. 2 auctor verbo tenus exscribit Adonem in chronico ad an. 799. — (5) Paderborn.

rando invocato sanctae Trinitatis nomine, videntibus [col. 2] et audientibus omnibus, satis fecit se conscium non esse criminis, unde false culpabatur. Idem vero Leo pontifex in die sancto nativitatis Domini ante confessionem beati Petri apostoli, cum gloriosus rex Karolus ab oratione surrexisset, capiti eius coronam imposuit. Sicque ab universo Romanorum populo acclamatum est : *Karolo augusto, a Deo coronato, magno et pacifico imperatori Romanorum, vita et victoria.* Perfectis laudibus, a pontifice more principum antiquorum honoratus est, atque ablato patricii nomine, quod primum in eadem urbe acceperat, imperator et Augustus appellatur; sicque pontifex ad missas ingreditur cum clero suo.

3. Per idem vero tempus, Leidradus (1) Lugdunensem et Barnardus [1] Viennensem regebant ecclesias. Sed Leidradus praesul pompas saeculi abiciens — erat enim vir saeculari dignitati intentissimus et honori reipublicae utilis (2) — in quoddam, quod ipse aedificaverat (3), se contulit monasterium cum consilio sancti Barnardi, electo in sede Agobardo coepiscopo (4) iussione regis et consentientibus aliquantis episcopis, reddito ei [2] anulo et pallio. Quamobrem grande a [3] cunctis Galliarum pontificibus adversus sanctum Barnardum odium exoritur, obicientibus ei immane crimen de ordinatione Agobardi ac dicentibus quoniam contra canones [4] apostolorum [108ᵛ, col. 1] fecisset, et non debere duos simul in uno episcopatu episcopos inesse. Cuius sententiam irrefragabilem cernentes, domno apostolico indicare student. Quorum seditiones cum nec epistulis nec missis sedari valuissent, Arelate [5] devenit et ad concilium universos episcopos Gallia-

Cap. 3. — [1] Bernardus 2 *et ita deinceps*. — [2] et [3] *om.* 2. — [4] canonem 2. — [5] Arelatem 1.

(1) Capitulum 3 editum est a Mabillonio, l. c., parte I, p. 585-6 ex Breviario Gratianopolitano ; cuius (= 2) a codice nostro (= 1) variantes lectiones annotare visum est. — (2) Ita ad litteram Ado in Chronico ad an. 798. — (3) Aliter Ado in Chronico : *Leidradus... initio imperii Ludovici imperatoris Suessionis monasterii locum petiit...* Iamvero monasterium Medardinum aliquot iam ante saeculis erat fundatum. — (4) *Chorepiscopum* eum dicit Ado ad an. 815.

rum convocari praecepit (1). In quo conventu multa de statu sanctae Dei Ecclesiae et ad utilitatem fidelium pertinentia definita, resque praecipue, pro qua venerant, declaratur. Ubi non aliter se excusasse sanctus Barnardus dicitur (2), nisi quod [6] canones tantum et capitulum in quo erat descriptum tradidit, ut [7] quicquid archiepiscopus [8] suo coepiscopo in ecclesia sua agere praecepit [9], liceat perficere. Quod cum nullus interdicere posset, ne sub hac occasione alius error suboriretur, statuunt ut Leidrado ad suam ecclesiam reverso, Agobardo in suo quem dudum [10] habuerat gradu permanente, nihil amplius pro benedictione episcopali nuper percepta agere liceret. Sed et hoc censuerunt (3) ut in cunctis Galliarum episcopatibus, illis qui praesenti tempore aderant defunctis, nullus deinceps alius constitueretur coepiscopus. Quod edictum usque in hodiernum permanet tempus.

4. Reversis (4) vero domno [1] papa et ceteris pontificibus in sedibus suis, sicut sanxerunt, Leidradus adiit Lugdunum (5), duosque [2], quos supervixit, annos studuit bonis operibus : quo defuncto, Agobardus sedem, quam dudum perceperat, recepit. Electi autem Dei pontifices ecclesiarum Christi, Barnardus Viennensis et Agobardus Lugdunensis,

— [6] *om.* 1. — [7] *om.* 2. — [8] archiepiscopo 2. — [9] (a. p.) praefecerit 2. — [10] *om.* 2.
Cap. 4. — [1] domino 2. — [2] duos 2.

(1) Ado quidem loquitur de *universa Gallorum episcoporum synodo*, qua consentiente sub *initio imperii Ludovici imperatoris* Agobardus episcopus esset substitutus. Quibus verbis putat Labbeus, et post eum Mansi, designari concilium aliquod Lugdunense anno 815 habitum *(Sacrorum conciliorum nova collectio*, ed. Mansi, t. XIV, col. 143-4). Certe de concilio aliquo Arelatensi post mortem Karoli Magni coacto, deque itinere Romani Pontificis hoc tempore in Galliam inito altum est apud coaevos scriptores silentium. Videtur auctor noster, utpote chronologiae parum curiosus, synodum Arelatensem anni 813 — cui ceteroqui Papa non interfuit, — cum synodo illa, de qua Ado, confudisse. — (2) Diximus nos ignorare quemnam fontem auctor noster hoc in loco sequatur quemnamve hoc verbo *dicitur* innuat. — (3) Huiusmodi prohibitio *a cunctis regni episcopis in Synodo* facta asseritur in spurio " Capitulari interrogationis de presbyteris criminosis " (Baluzius, *Capitularia regum Francorum*, t. I, col. 327-8), qui locus illuc derivatus est ex falsis capitularibus Benedicti, libro II, cap. 121. — (3) Capitula 4 et seqq. habet Mabillon, l. c., parte II, p. 564-7. Lectiones eius variantes iterum annotabimus. Vide supra, p. 406 not. 1. — (4) Valde addubitandum est utrum Leidradus umquam ad sedem suam redierit. Certe id ignoravit Ado.

praecepta vitae ab ipso tradita [3] adimplentes, fidei documenta non solum dictis, sed etiam operum exhibitionibus praebentes immensa pollebant bonitate. Per idem vero tempus (1) Carolus Augustus praefatis sacerdotibus et ceteris Galliarum praesulibus direxit capitula, admonens, ut ea quae sparsim erant in diversis conciliis a sanctis patribus edita de fidei unitate ac statu Ecclesiae, et de administratione rei publicae, excerptim colligere studerent; inspiratione, ut credimus, [4] divina tactus, scribendo archiepiscopis Galliarum praecipiens, ut per quinque loca cum coepiscopis, utrisque partibus [5] sibi convenientibus (2), concilia [6] uno eodemque die (3) tenerent, et de praelibatis capitulis omnes devote tractarent, et quicquid aut illorum peritia vel Spiritu sancto revelante acta [7] maturiusque inventa fuissent, fideli cura examinata ei [8] offerre studerent. Gratias autem Deo reddiderunt [9] omnes, quod tam sapientem, tamque prudentem Ecclesiae suae Christus fecerit regem, qui non solum pacem cunctis mortalibus exoptatam sua industria tribueret, verum etiam animarum curam non parvi [10] penderet omnesque [11] salvandos Christo gubernante sua adhortatione vellet. Denique [12] synodalem institutionem secundum regis edictum [13] custodiunt, illustrante illos superna clementia, quae iusserat adimplentes ac per quinque loca concilia celebrantes, sicut iam dictum est, Mogontiaco [14] videlicet, Remis, Turonis, Cabilone, Arelate; et quod [15] statutum fuerat [16] cum summo studio Augusto derigunt (4). Quae ille omni gaudio suscipiens, accitis notariis, in tria volumina digeri [17]

— [3] traditae 2. — [4] quadam *add.* 2. — [5] utriusque partis 2. — [6] concilium 2. — [7] aucta 2. — [8] *om.* 2. — [9] reddentes 1. — [10] parum 2. — [11] et omnes 2. — [12] *om.* 1. — [13] (r. e.) e. r. 2. — [14] Magonciae. 1. — [15] (et qu.) quid 2. — [16] fuerit 2. — [17] digerere 2.

(1) Videtur omnino auctor noster innuere concilia illa quinque, de quibus iam acturus est, post Agobardi electionem (814), quin etiam post mortem Leidradi (816) esse congregata. Atqui nemo nescit illa anno 813 habita esse. — (2) Fatemur nos non plene assequi sensum illius loci, qualem eum ex codice Gratianopolitano correctum exhibemus; sed multo difficilior etiam est lectio codicis Mabilloniani. — (3) Minime ita factum est. — (4) De hac narratione vide B. Simson, *Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen*, t. II, p. 501, in nota; p. 502, nota 2.

praecepit, sicque legenda ecclesiis tradidit. Quantae autem sanctitatis et vigoris spiritus [18] et eruditionis [19] disciplinae sanctus Agobardus exstitit, epilogus antiphonarii Lugdunensis quem edidit, plenissime edocet. Qui etiam apud Sanctonas in expeditione regia diem clausit extremum (1).

5. Multa quidem secundum saeculi dignitatem, et ad actualem vitam pertinentia legimus, quae sanctus Barnardus gessit; quae, ne fastidium lectori facerent, praetermisimus. Fuit enim dilectus Pipino, regi Francorum (2), filioque eius Carolo Magno [1] Augusto, sicut iam dictum est, ac Ludovico filio Caroli illustrissimo Augustorum et affinitate coniunctus; a quibus honorificatus[2] et infula pontificalis gloriae creditur sublimatus. Hic nobilitatem, quam duxit ex prosapia, divina favente nobilitavit gratia. Tricesimo secundo sui [3] anno pontificalem adeptus[4] cathedram, gregem sibi caelitus commissum sancta sollicitudine monitis et exemplis iugiter refovebat, eratque, ut in eius epitaphio exaratum reperitur,

Inclitus, egregius, largus, facundus, honestus
Doctrina populo, religione Deo.

Inclitus, scilicet nobilitate ac morum probitate; egregius vero quod dignus fuerit patriarchii electione; largus autem in rerum suarum misericordissima distributione; facundus autem elegantia sermonis; honestus nempe castitate et [5] totius corporis integritate; doctrina, ut vere fertur, populo; religione, quod sublimius est, Deo.

6. Cum igitur ut bonus pastor curam gregis sui gerens per dioecesim suam iter faceret, quendam locum in margine episcopii sui super flumen Isaram [1] repperit, qui cuiusdam

— [18] (et v. s.) vigor sed 2. — [19] eruditione 2.

Cap. 5. — [1] (C. M.) M. C. 2. — [2] describitur *add.* 2. — [3] *ita* 1 *m. pr.*, 2; *ita etiam Breviarium Gratianop. apud Mabillonium l. c. parte I, p. 586;* aetatis suae 1 *corr.* — [4] est *add.* 2. — [5] ac 2.

Cap. 6. — [1] Isarae 2.

(1) *Qui etiam — extremum :* paene ad verbum desumpta haec sunt ex Adonis chronico, ad an. 840. — (2) Turpiter fallitur auctor : vide supra p. 403.

matrisfamiliae praedium perhibetur fuisse. Videns vero quod esset amoenus, et propter quasdam adiacentes casas ad construendum monasterium aptus, ab eadem anu [2] emendum petiit. Quae pontificis precibus annuens, gratis dare voluit; sed, sancto non consentiente [3], aestimatum pretium tradidit et locum suo iuri adscribi praecepit (1). De quo vepribus et quibusdam arbustis, quibus paene plenus et occupatus erat, abscisis, templum venerandi [4] operis in ipso loco condi [5] iussit, cui ob sublimitatem aedificii (2) Romanis nomen indidit [6]. Templum autem decenter compositum cum octo (3) suis, quibus praeerat, episcopis in honorem duodecim apostolorum, sive trium sanctorum martyrum Severini, Exsuperii [7] et Feliciani sexto nonas octobris dedicavit, et ut numquam laudibus Domini irritus fieret, monachos cum patre illuc deputavit, et ex suo iure praedictam aedem locupletem fecit. Fuerunt autem praedicti sancti martyres passi tempore sancti Iusti Viennensis episcopi, cuius depositio agitur pridie nonas maii. Hic (4) floruit temporibus Antonini, cognomento Pii, et Antonini Minoris; quo tempore Irenaeus Lugdunensis episcopus [8] adhuc presbyter habebatur. Huius Iusti tempore, fertur persecutio fuisse [9] gravissima christianorum, inter quos martyrio coronati sunt [10] Severinus, Exsuperius [11] et Felicianus, quorum corpora mira [revelatione] [12] postmodum reperta sunt. Paulo post [13] et martyrium illud clarissimum Lugduni [14] consummatum est, quando sanctissimus diaconus Sanctus [15] Vien-

— [2] (ab e. a.) eidem ad 2. — [3] consentiendo 1. — [4] admirandi 2. — [5] condere 2. — [6] tradidit 2. — [7] (S. E.) E. S. 2. — [8] *om. chron. Vienn.* — [9] (p. f. g. ch.) p. g. ch. 2; p. g. ch. in urbe Vienna fuisse quando multi christianorum martirio coronati sunt *chron. Vienn.* — [10] (m. c. s.) *om. chron. Vienn.* — [11] Exsuperus *chron. Vienn.* — [12] *ita chron. Vienn.; om.* 1, 2. — [13] ante *chron. Vienn., et quidem recte.* — [14] *om.* 2. — [15] nomine *add.* 2.

(1) Paulo aliter rem narrant aliae Barnardi Vitae. — (2) Aliter etiam etymon urbis *Romanis* explicant alii Vitarum scriptores; cfr. Giraud, *Essai historique sur l'abbaye de S. Barnard*, première partie, preuves : *Cartulaire de Romans* (1856), p. 325-330. — (3) *Decem et octo* pontifices huic translationi praesentes fuisse asserit alius biographus (Mabillonius, l. c., parte II, p. 563). — (4) Quae sequuntur exscripta sunt ex vetere chronico Viennensi de quo supra. Vide Giraud-Chevalier, l. l. supra p. 404, not. 1.

nensis cum aliis Viennensibus est martyrio coronatus. Latuerunt (1) autem sanctorum martyrum corpora loco Brenniaco multis temporibus; sed (2) post multa annorum curricula, ipsis se revelantibus cuidam subdiacono [16] nomine Tertio, sub Pascasio (3) Viennensi episcopo [17] eorum corpora sunt [18] inventa, atque in basilicá sancti Romani, quae iam dictae civitatis parte orientali sita est, a clero et populo honorifice sepulta; de qua videlicet, ut superius dictum est, a sancto Barnardo sublata, atque in basilica Apostolorum Romanis sunt [19] reverenter in sacrario atque decenter recondita, sicut scriptura refert supra sanctorum artus [20] in [21] marmoribus sic [22] inserta (4):

Martyribus reverenda tribus haec fulgurat aula,
Quorum caelesti servantur nomina libro.
Hi Domini ob nomen felici sorte perempti
Urbe Viennensi aethereas sumpsere coronas;
Unde [23] huc translati post longi temporis annos
Praesentem illustrant meritis vivacibus aram [24]
Conspicuo in templo, praefatae quod pius urbis
Condidit antistes, tantoque in [25] honore beavit,

— [16] sancto diacono 2. — [17] mira *add.* 2. — [18 et 19] *om.* 2. — [20] arcis 2. — [21 et 22] *om.* 2. — [23] *sic* 1, 2; inde *cod. Paris. etc.* — [24] aulum *cod. Paris. etc.* — [25] *om. cod. Paris. etc.*, *nec male.*

(1) Conferantur lectiones liturgicae *Breviarii ad usum insignis ecclesiae collegiatae beati Barnardi Romanensis* (1518) apud Giraud-Chevalier, l. c. p. xcij, lect. viii et ix; p. xciij-iv, lect. v-viii. Recte autem notant laudati viri docti facilis negotii non esse definire quo ordine quove vinculo narrationes illae inter se devinciantur. — (2) Desumptum ex Adonis martyrologio, a. d. xiii kal. decembres: *Apud Viennam sanctorum martyrum Severini, Exuperii et Feliciani: quorum corpora post multa annorum curricula, ipsis revelantibus inventa et a pontifice urbis, clero et populo honorifice sublata, in basilica Sancti Romani, quae iam dictae civitatis parte orientali sita est, condigno honore condita sunt* (Migne *P. L.*, t. CXXIII, col. 397). — (3) De hoc episcopo vide Giraud-Chevalier, ibid. p. xcvij-viij. — (4) Hoc carmen, quod recte Floro Lugdunensi adiudicaverunt post Mabillonium Allmer et Terrebasse *(Inscriptions de Vienne,* parte ii, t. I, p. 7), in codice saec. IX exarato asservatum est (Parisin., bibl. nat., lat. 2832) et saepe iam editum, nuperrime autem a Giraud-Chevalier, l. c., p. xcix. Iidem, ibid., p. xcviij, nota 2, elenchum praecedentium editionum illius adornarunt; cui elencho adde: R. Peiper, *Aviti Viennensis opera* (= *Mon. Germ. hist.* auct. antiq. VI, ii), p. 184; E. Dümmler, *Poetae latini aevi carolingici,* t. II, p. 548-9.

Seque piis [26] *supplex tradens in saecla patronis,*
Hic vita excessit, hic sacris conditur arvis
Quem sine fine tegens foveat miseratio Christi.
Nomina sanctorum cupiens cognoscere, lector,
Scito Severinum, Exsuperium [27] *et Felicianum.*
Auctoris nomen commendant scripta sepulcri.

7. Fuit etiam hic beatus pontifex romanis pontificibus carus, sicut et regibus fuerat pretiosus. Nam Paschalis papa pallium [1] postulanti ita scribit (1) : *Paschalis episcopus, servus servorum Dei, reverentissimo et sanctissimo fratri Barnardo sanctae ecclesiae Viennensis archiepiscopo, [diebus vitae tuae tantummodo.]* [2] *Quia sanctitatem tuam in ecclesia Viennensi gubernationem suscepisse cognovimus, in Domino Deo nostro plurimum inde gaudemus. Unde apostolica vice monemus, ut in custodia gregis Dei studium tuae dilectionis prudenter invigilet. Pallii usum, quem ad sacerdotalis officii honorem et ad ostendendam unanimitatem* [3], *quam cum beato apostolo Petro* [4] *universum gregem* [5] *dominicarum ovium, quae ei commissae sunt, habere non dubium est, ab apostolica sede, sicut decuit, poposcisti, — ipsum* [6] *igitur tibi Viennensique tuae ecclesiae, utpote ab eisdem apostolis fundatae* [7], *maiorum more libenter indulsimus* [8], *et* [9] *ad ostendendam in te tuamque ecclesiam eiusdem sedis apostolicae caritatem, ut secundum morem ecclesiae tuae eo utaris, benigne designamus, fraternitatem tuam necessario commonentes, ut creditae tibi ecclesiae opus ita, Deo favente, exsequi studeas, ut* [10] *adeptam, cuius ornaris officio, dignitatem et probitate morum et vivacitate sollicitudinis et custoditae integritate fidei amplius studeas adornare* [11].

— [26] pius 1, 2. — [27] Exsuperinum 2.

Cap. 7. — [1] ei *add.* 2. — [2] (d. v. t. t.) *ita* 1, 2, *at sane perperam ; om. autem chartul. Romanense, et edit.* — [3] humanitatem 2. — [4] a. P. (P. a.) 1. — [5] (u. g.) universus grex 2. — [6] (ipsum — ecclesiae) *om.* 1. — [7] ecclesiae *add.* 1 *et chartul. Roman.* — [8] concessimus 2. — [9] *om.* 2. — [10] et 2. — [11] adornari 2.

(1) De hac epistula vide Jaffé-Ewald, *Regesta*, n. 2549. Edita insuper est ex ms. chartulario Romanensi apud Giraud, *Essai historique*.... première partie, preuves, p. 22-3.

Omnia etiam privilegia, quae tuae pridem concessa sunt a praedecessoribus nostris ecclesiae, volumus inconvulsa tibi et successoribus tuis permanere. Scriptum per manum Theophylacti notarii et scriniarii in mense decembris indictione decima. Bene valete. Data nonas decembris [12] *per manum Georgii bibliothecarii sanctae sedis apostolicae* [13], *imperante domno* [14] *nostro principe piissimo* [15] *Augusto Ludovico a Deo coronato, magno et pacifico* [16] *imperatore anno quarto et patriciatus* (1) *eius anno* [17] *tertio* [18].

8. Item alia epistula [1] (2). *Eugenius episcopus, servus servorum Dei, Barnardo reverentissimo et sanctissimo archiepiscopo. Congaudeo valde vobis quoniam, licet in aliquibus detentus, tamen pro magno totius orbis apostoli Petri amore nostroque, litterae vestrae sanctitatis nobis redditae sunt; per quas mire* [2] *cognovimus, qualem erga nos exercere caritatem desideratis; unde immemor nostri fore non debes* [3], *quia tuae dilectionis affectus in visceribus nostris resedit. Et ideo quocumque loco fueris profectus ad rem ecclesiae tuae peragendam, optamus ut clavigeri te Petri dextra circumtegat atque gubernet. De causa, frater carissime, quam nobis per vestras syllabas intimare curastis; hoc exinde* [4] *scire vos* [5] *volumus, quia, quantum potuimus, recursu lectionis illam in scriniis nostris investigavimus, et quod* [6] *post auctoritatem Romanam* [7] *in Justiniana etiam lege* [8] *comperimus, tuae sanctitati per nostros apices intimamus. In capitulo undecimo quingentesimo eiusdem*

— [12] (n. d.) *om.* 2. — [13] nonis decembris *add.* 2. — [14] domino 2. — [15] (pr. pi.) pi. pr. 2. — [16] pio 2. — [17] *om.* 2. — [18] quarto 1.

Cap. 8. — [1] (I. a. e.) Eugenius etiam papa de quibusdam causis a beato Barnardo interrogatus et de privilegio antiquo ecclesiae nostrae confirmando ita rescripsit dicens 2, *fortassis recte.* — [2] *om.* 1. — [3] debet 2. — [4] *ita chartul Roman., Du Bois, Mansi; om.* 1; ex iis 2. — [5] *om.* 1 *et chartul. Roman.* — [6] quid 2. — [7] romani 2. — [8] (e. l.) l. e. 2.

(1) Lege *post consulatum.* Vide B. Simson, *Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Ludwig dem Frommen,* t. I, p. 74, not. 4, et Jaffé-Ewald, l. c. — (2) Vide Jaffé-Ewald, n. 2563. Edita item est ex chartulario Romanensi apud Giraud, l. c. 23-4. Mabillonii textus sistit post verba : *ita invenimus;* at integra epistula legitur apud Giraud, J. Du Bois, Mansi, locis in Jaffé-Ewald laudatis; horum editiones, ubi opportunum erat, ad textum constituendum adhibuimus.

legis ita invenimus [9] : *ut descriptio* [10] *quadraginta* [11] *annorum venerabilibus locis competenter aptetur; neque viginti vel etiam triginta annorum praescriptio religiosis domibus opponatur, sed sola quadraginta annorum curricula non solum in legatis* [12] *et rebus exterioribus, sed etiam in hereditatibus sacris valeat. Ex quo per auctoritatis nostrae seriem, quam vestrae derigimus caritati, mandamus ut, si causa ita est, quemadmodum vestra nobis denunciavit epistula, vestrae ecclesiae* [f. 110^v, col. 1] *eam concessam non dubitetis. Similiter et privilegium vestrum plane* [13] *vobis redintegratum, quod praedecessores nostri vestrae sedi concesserunt, cognoscatis. Neque enim aliud nos velle debemus, quam quod illi irrefragabilibus regulis firmaverunt. Deus omnipotens vestrum semper et ecclesiae vestrae ab hostibus honorem custodiat. Scriptum per manus Agathonis* [14] *notarii et scriniarii, in mense iulio, indictione quinta decima. Bene valete. Data octavo idus iulii, per manum Georgii bibliothecarii sanctae sedis apostolicae, imperante domno nostro piissimo principe Augusto Ludovico, a Deo coronato, magno et pacifico imperatore, anno undecimo* [15].

9. Obiit autem hic pontifex beatus decimo kalendas februarii anno ordinationis suae tricesimo secundo, totius vero vitae suae sexagesimo quarto. Sepultusque est in monasterio suo Romanis, quod ipse super fluvium Isaram fundaverat, ad quod etiam corpora sanctorum martyrum Severini, Exsuperii et Feliciani transtulerat; ubi et extremum diem clausit. Cuius epitaphium ita paret in marmore insertum (1) :

Maestifica [1] *quisquis scriptura pascere visum,*
Hic cupis, et mortis condicione gemis,
Marmore scito sub hoc Barnardi corpus humatum,
Ordine qui micuit pontificale [2] *cluens.*

— [9] *Hactenus Mabillonius, qui notat : " Cetera desunt in ms. "* — [10] *corrigendum:* praescriptio. — [11] triginta 1. — [12] (in l.) legatariis 1. — [13] plene 1. — [14] Agathoris 1. — [15] *ita Chartul. Roman.*; septimo 1 ; quarto *Du Bois*, *Mansi*.
Cap. 9. — [1] moestiferi 4. — [2] pontificali 1.

(1) Editum est in *Actis SS.*, l. c., p. 547 (= 3), apud Mabillonium, l. c., parte I, p. 586 (= 2), apud C. Charvet, *Histoire de la sainte église de Vienne* (1761), p. 633-4 (= 4), apud Almer-Terrebasse, l. c., p. 213 (= 5), etc..

Inclitus, egregius, largus, facundus, honestus
Doctrina populo, religione Deo.
[col. 2] *Ipse Viennensi ter denis atque duobus*
Annis metropoli praefuit ecclesiae.
Condidit hoc templum voto studiosus amoeno,
Deque suis rebus sistere constituit.
Curriculum quartum post bis sex lustra peregit,
Ni nostrum in [3] *numero fallitur arbitrium.*
Deinde februarias deno sole ante kalendas
Decessit moriens corpore, non anima.
Quem Deus omnipotens Acherontis ab amne remotum [4]
Eruit, angelicis inseruitque [5] *choris.*

Hanc post mortem, in qua omnis laus secure canitur, miracula plenissime quam plurima comitata sunt, quae per neglegentiam scripta non sunt. Sunt tamen duo libelli compositi, in quibus et revelatio eius atque translatio, et pars miraculorum continentur (1). Quae si quis scire voluerit, in ecclesia qua sacrum corpus eius habetur et honoratur, per capitula distincta invenire valebit. **Explicit.**

— [3] *om.* 2. 3, 4, 5, *forsan recte.* — [4] *om.* 2, 3, 4, 5. — [5] inserat atque 2, 3, 4. *Conicit Mabillonius:* Eruat... inserat atque; *non male.*

(1) Vide supra, p. 402, not. 7.

VITA ET MIRACULA
S. STANISLAI KOSTKAE

conscripta a P. Urbano Ubaldini, S. J.

(*Continuatur.* Vide t. IX, p. 360-378.)

Caput quartum.

De nobilitate et pietate familiae Kostkarum et parentum beati Stanislai.

Virtutum principium nobilitas generis eam apud Euripidem in Archelao aestimationem habuit, ut cum diceret : *In liberis nobilium virtutem concipi,* nobilitatem virtuti ita coniunctam esse, quantum filii, parentes. totaque familiarum propagatio sibi invicem coniunguntur, censeret. In quam divina quoque ivisse videtur Scriptura sententiam, quando, quotiescumque hominum utriusque sexus virtute celebratorum laudes percenset aut percensere aggreditur, a nobilitate generis parentum et maiorum sumit exordium, ut sic quemadmodum super fundamenta firmiter iacta aedificia celebriora diuturnioraque consistunt, ita virtutes supra nobilitatem fundatae elucescant magis, perennent diutius, sibique fortius firmiusque uniantur. *Docet,* verba sunt Ambrosii (in c. 1 Luc.), *Scriptura divina non solum mores in his qui praedicabiles sunt, sed etiam parentes oportere laudari, ut velut transmissa immaculatae puritatis hereditas in his, quos volumus laudare, praecellat.* Foliis arbor contexta est virentibus? Radix et arbor sana. Florent virtutibus posteri? Apparet ex nobili familia descendere. Arbor bona fructus malos non facit. Delibatio sancta est? Et massa. Et si radix sancta est, et rami. Prophetabat Saul inter prophetas. Videntes autem omnes, qui noverant eum heri et nudius tertius, quod esset cum prophetis et prophetaret, dixerunt ad invicem : *Quaenam res accidit filio Cis et quis pater eius?* Quasi dicerent : „Pater ipsius propheta non fuerat, et Saul filius Cis est inter prophetas?" Non fuerat virtute supervenientis spiritus repletus pater Saulis, quomodo eadem virtus reperitur in filio? Tantum est vel a prophetis genus ducere ut prophetes, tantum de viris illustribus natales derivare ut te illustrem videre possit posteritas; tantum haec sibi coniuncta, ut, si in nobilitate deficias, raro de virtute abundes, eo vero semper celebrior etiam de virtute, quo gloriosior in nobilitate. Nam quis humilitatem miretur

in vili? quis paupertatem suspiciat in mendico? cum haec illi in mundum intulerint?

Servanda ergo et beati Stanislai natalium reverentia; dandus hic, quem illi ad maiorem virtutum ipsius celebritatem Deus et natura contulit, honor, atque dum ipse praedicatur, parentes laudentur, ut sic immaculata puritas in ipsum a suis maioribus transmissa in illo praecellat.

Antiquissimam et nobilissimam Kostkarum familiam historici Poloni testantur, ex quibus excerptam et propter illustrissimam Ostrogiensem ducissam, palatinam Volhyniae, quasi in ordinem redactam seriem familiae Kostkovianae in Posnaniensi collegio asservatam repperi, et hic exinde habitam pono. Iastrzembiec primus Kostkarum una cum Lecho primo Polonorum monarcha ex Illyrico seu Croatia anno 550 in hasce terras venit, primoque mansionem fixit in Sandomiriensis palatinatus districtu Vislicensi, medio a Stobnica miliari, eodem cognomine pagum hucusque durantem appellans, hac appellatione notatus, quae accipitrum sonat, quod venationis esset amans avium ac potissimum accipitrorum, eoque pro armis in paganismo uteretur. Iastrzembiec secundus, ethnicus adhuc, generalis dux exercituum primus solearum usum soleandique equos invenit, atque hac arte in nuda glacie Russorum exercitum delevit atque in signum victoriae a rege donatus hisce armis, eversa nimirum solea in campo caeruleo. Iastrzembiec tertius una cum Mieceslao rege Poloniae sacrum baptisma Gnesnae suscepit, et tunc a rege addita insignibus illius crux aurea anno 965. Iastrzembiec quartus nomine Ioannes, episcopus Vratislaviensis in Silesia, fuit primus Polonorum in Polonia episcopus; antehac enim si qui fuerant episcopi, Itali, Galli, Germani fuerant; quod ne amplius fieret, ille cum sanguine nobilitate opibusque potens esset, evicit. Iastrzembiec quintus Bolesla, mutato Iastrzembiorum nomine sic appellari voluit, quod cum posteris assumptum est, derivato a Boleslao Chrobri nomine, cui fidelissimi semper exstitere; qui bona illorum amplians toto regno diffudit. Sextus qui vocabatur Poboż seu Pobog, appellatus ob insignem eiusdem pietatem, ad annum 1034 mutaverat cognomen et arma, collocata solea ad modum ordinarium addita cruce in campo rubro; totaque eius familia vocari coepta Pobożanie seu Pii. Interregno enim post expulsam Rixam eiusque filium Casimirum Monachum durante, bellisque ac periculis perseverantibus, mediatorem inter partes adversas agens effecit, ut legatio institueretur pro Casimiro revocando, cuius ille principalis fuit; transactaque etiam cum Pontifice Benedicto legatione, Casimirum in Poloniam adduxit et regno restituit. Stephanus Poboż fuit archiepiscopus Gnesnensis; quem qui et quomodo ex eadem familia succederent annis 136, nullus historicorum meminisse reperitur, donec anno 1246 et 1247...

Nam anno 1246 vixisse aiunt Prybislaum de Rostkow, palatinum ducatus Masoviae, cui Conradus dux Masoviae ob res praeclare contra Iazyges gestas ad annos 30 oppidum Prasnycz cum adiacentibus villis dono obtulerat. Anno itidem 1247 Boguta de Rostkow dux exercitus apud Casimirum ducem Masoviae fuit. Vel maxime vero saeculo decimo quinto in altitudinem elata nobilissimos suae propaginis ramos extendit. Tunc floruit Ioannes palatinus, Petrus episcopus, Stanislaus succamerarius Culmenses; Christophorus Pomeraniae, Georgius Mariaeburgi, Ioannes Sendomiriae palatini; quorum postremi tanta in regno Poloniae auctoritas fuerat, ut cum de electione regis ageretur post Henrici IV in Gallias abitum, principibus et nobilitate de successore deliberantibus, magno votorum numero in Ioannem propenderent, ac non suorum tantum animi sed etiam exterorum ex ea, qua apud eosdem pollebat, opinione ferrentur. Nam quando diversorum principum legati pro diversis principibus supplicarent, aliique Austriaco, alii Sueciae regi, alii Transsylvianae palatino, coronam deferendam censerent, Solymus Turcarum imperator, allatis per suum legatum in Polonia ad senatum litteris (refert eas Andreas Maximilianus Fredro in libro *de rebus gestis Polonorum sub Henrico Valesio, p. 249),* taliter inter alia locutus : *Audivimus autem inter vos esse ingenio, aetate, sapientia vigilantiaque maturum quempiam virum Kostka nuncupatum, regio munere dignum; quem si dignum iudicaverint, eligant,* etc. Et certe ea desideria finem suum feliciter consecuta fuissent nisi ipse, qua erat animi submissione pacisque studio, regnum alteri deferendum cessisset, prout postea Annae Iagelloniae et Stephano Bathoreo, in quem quoque plurima nobilitas inclinabat, delatum est. Stanislaus, beati nostri patruus, thesaurarius terrarum Prussiae, Ioannes Christophori filius Olivensis, Nicolaus Pelplinensis abbates, Ioannes pater castellanus Zakrocimensis fuerat, regni senator.

Sandomiriensis, quem nominavi, palatinus, cum ultimam Odrowonziae domus heredem in coniugem duxisset ex ducissa Masoviae prognatam, domum Kostkarum augustissimae domui Austriacae multisque Germaniae principibus, qui Piasti quondam regis Poloniae sanguinem attingebant, affinem fecit ac S. Hyacinthi sanctitatem eidem communem. Altera thesaurarii terrarum Prussiae et oeconomi Mariaeburgensis Stanislai ac Ioannis abbatis Olivensis Kostkarum soror Sophia ab uno Bathoreorum in coniugem ducta regium Stephani Bathorei sanguinem cum nobilissima hacce familia coniunxit. Ostrogienses, Zaslavii, Visnioviecii, Klevanii, Koreccii, Radivilii, per ducales mitras; Chodkievicii, Zamoyscii, Koniecpolscii, Lubomirscii, Kryscii, Leszczynii per militares clavas regnique ac magni ducatus Lithuaniae sigilla; Maciciovii, Radivilii, Bathorei per cardinalicias

purpuras ; Opalenii, Konopatcii, Rozzazenii, Dzialynii per episcopales infulas; Sieniavii, Danielovicii, Czarkovii, Vapovii, Radzanovii per senatorias dignitates, ac ceteri, flos Polonae Lithuanaeque nobilitatis. per sua bello, pace, virtute, prudentia, litteris, honoribus illustrata decora, domum hanc semper illustrissimam in amplitudinem excellentiorem extenderunt, adeo ut nulla illustrium in regno Poloniae ducatuque Lithuaniae familiarum sit, quam non suis ramis arbor haec attingat, licet ipsi Kostkarum domui ea claritas non deesset, qua ob viros clarissimos coruscaret, ut memini.

Maternum beati Stanislai genus aeque nobilissimum ac senatorium multisque ac variis in regno et extra officiis ab avis et proavis longo ordine domus illustris. Margaretha Kryscia, de domo seu insignibus Prawdzic genitus est; cuius matronae, ut ex multis deducam paucos viciniores que sanguine, Albertus frater et nostri beati avunculus, succamerarius Plocensis, legationibus gravissimis ad Pium III Pontificem Maximum, Ferdinandum I imperatorem et Philippum hispanicum regem perfunctus; alter vero Stanislaus, palatinus Masoviae, Felicis Kryski viri rebus gestis et summa eloquentia clarissimi regni supremi cancellarii pariter fuere.

Arma gentilicia Kostkarum vulgo dicuntur Dombrowa. Soleam praeferunt cum tribus crucibus, quarum in summitate unam, duas a lateribus repraesentant. Originem eius sic Paprocius in libro cui polonico idiomate *Nidus virtutis* titulum apposuit, describit: " Miles de domo Pobog, solus blasphematores nominis divini invasit cum illisque conflixit absque ullo succursu, usque dum ad extremum advertisset dux exercitus ab illo uno plures barbaros cecidisse, accurrit cum exercitu eosque profligavit. Hinc militi huic duae cruces additae ad latera soleae, vocatumque stemma hoc Dombrowa, quod prope Dombrowam, — " nemus quercinum „ latine dixeris, — exercitus aliquantum substitisset, donec militi pugnanti cum barbaris tulisset succursum. „ Haec ille.

Nobilitati et honoribus tantis pares possessiones haereditasque respondebat, et hucusque respondet. Sed pietas illis praecipua, religioque catholica exsistit semper prima. Neminem eorum haeresis aut schismatis labe notatum memoriae proditum est a pluribus. Ducatus ille Masoviae, quem sibi suisque posteris quasi nidum catholicissimi heroes delegerant, ecclesiae catholicae earumque, quas eadem sanxit, legum et observationum tenacissimus; nil cavere illius incolae magis quam eos qui ab ecclesiae dogmatibus recesserunt, ita ut neminem vel inter se haereticum vel iudaeum patiantur. Ac ut ex loco ipso virtutum omnium fundamentum et radix domus ac familia Kostkarum stabiliatur, in laudem commendationemque ducatus Masoviae semper catholicissimi ea, quae probatissimorum virorum auctoritate publicae

tradita notitiae, ultra continuam experientiam hic apponere mihi visum est. Ac primo quidem Stanislaus Lubienski episcopus Plocensis in *Vitis Episcoporum Plocensium*, in vita Raphaelis Leszczynski episcopi Plocensis, ita de ea re loquitur : *Viderat et praeviderat fortasse ex sua familia ortos ad nascentem ipsius tempore in Germania haeresin transituros; quamobrem diligenter cavit, ne is episcopatus, cui praeerat, hac nefaria labe inficeretur, suoque consilio et auctoritate inflexit duces, ut in conciliis Varsaviensibus, universis Masoviae ducatus proceribus libenter consentientibus, errores Martini Lutheri in universa Masovia publico edicto damnarent et ita prohiberent, ut si quis in eum prolaberetur errorem, poenis capitalibus vita fortunisque exutus obnoxius esset Similiter in electione regis Casimiri eo pacto episcopus Szotrski consensit ei, ut confoederatio nobilium protestanticorum reiceretur.* Haec quia omnibus Masoviam incolentibus commendatio communis ab observantia et in fide catholica constantia, in illustrissimam quoque ac religiosissimam Kostkarum familiam abundantissime redundat et meritum virtutis exprimit cumulatum.

Christophorus et Joannes, Annae abbatissae ordinis sancti Benedicti germani fratres, cum aliquando exteras obirent nationes, Romam quoque cum suis patruelibus inviserunt. Ubi iussu sanctissimi (Clementem VIII eum fuisse crediderim, tanquam nobilitatis Polonae, dum ibidem legatus esset, optimum observatorem) honorifice excepti, eo quod sua familia nunquam labe haereseos esset notata. Accidit ut tunc simul adesset unus de comitibus eo malo tactus ac inter illas domus Kostkarum laudes, nescitur quo divino afflatus spiritu *, ex nunc haeresi abiecta Romanae accessit ecclesiae. Id secum illi ipsi in patriam reduces tulerunt ac divulgarunt, estque iuratis testimoniis proditum in processu Premisl. anni 1629. Libet hic addere Gaspari Cichovii datum Kostkarum religioni eloquium; qui cum * de posteris Alexandri ducis Ostrogiensis ex Anna Kostka, filia nominati Ioannis palatini Sendomiriensis, progenitis, quomodo in fide catholica proficerent, talia subiungit : *Hic tamen* (Alexander dux in Ostrog, palatinus Volhyniae) *Constantinum et Ianussium filios cum tribus filiabus generosam prolem, quam ex omnium virtutum genere ornatissima Anna Iaroslaviensium bonorum herede, consorte sua sustulerat, totam catholicam reliquit, Deo non permittente, ne Kostkarum generosus sanguis, ex quo tot insignes viri catholicae religionis observantissimi, ex quo etiam beatus Stanislaus Kostka S. I. praeclarissimum lumen ortus est, prodiere, aliqua labe schismatica inficeretur.*

* *cod. iterum* divino.

* *supple:* testatus esset, *vel quid simile.*

Vivam semper familiae huius fidem plena pietatis opera ecclesiarum, collegiorum, monasteriorum magnificae fundationes, dotata pauperum egestati xenodochia loquuntur. Et cum catholicae huius domus liberalitati multae multa debeant religiones, etiam Socie-

tas Iesu singularem affectum, patrocinium et beneficia experta, aeterna gratitudine obligata. Ad quam singularis zeli pontifex arcendorumque luporum a suo ovili vigil pastor, quem nominavi, Petrus episcopus Culmensis primus in scatentem haeresi urbem Prussiae Torunium Societatem inducens; munificentissimae de domo Kostkarum et pientissimae simul matronae Sophia de Sprowo Odrowonza, palatini Sendomiriensis nominati memorata coniunx, Iaroslaviense collegium fundans; Anna de Sztemberg, maternae pietatis aemula, palatina Volhyniae, Ostrogiensis et Iaroslaviensis ducissa, eandem fundationem amplians; Anna ducissa Ostrogiensis, palatina Vilnensis, Generalis regni Poloniae et magni ducatus Lithuaniae Chodkievicii coniunx, Ostrogiensis et Iaroslaviensis suburbani itidem collegii evisceratae in Societatem Iesu caritatis parens, universum ordinem obstrinxerunt. Recognovit hanc pietatem summus sacrorum Ecclesiae catholicae sacerdos Clemens VIII pontifex, in eo quod annecto in aeternae memoriae significationem omnibusque qui ignorabant instructionem, brevi; quod ego in collegio Posnaviensi originale habui et descripsi.

Dilectae Filiae nobili mulieri viduae Annae palat. Volhyniae Clemens Papa VIII.

Dilecta filia, nobilis mulier, salutem et apostolicam benedictionem. Humanis rebus ea fuit semper adiuncta conditio, ut essent fluxae atque instabiles, ne vel secundis nimium extollamur vel deprimamur adversis. Risus dolore miscetur et extrema gaudii luctus occupat. Monemur his, quaecumque sunt nobis ante oculos posita, caduca, fragilia, nullius esse momenti. Ad caelum cogitationes oportet derigere; ibi quies, laetitia, consolatio vera, et, quod omnium maximum est, aeterna illa nulloque tempore aut die definita. Ut talia haec reputaret Tua Nobilitas, summo Dei beneficio factum est; etenim cum et humanos honores et quae sunt animi ornamenta clarissima tibi sit elargitus, nihil tibi tamen praestantius donavit quam pietatem et caritatem, quibus tu christianis virtutibus, terrenarum rerum amore abiecto ac deposito, tantum in bonis operibus profecisti, ut, iuvante Domino, nunquam a vera religione dimoveri potueris. Viro tuo cum sis liberata, latiorem habebis campum, in quo te exerceas et dilectos filios tuos in catholica disciplina erudias, diligentius instituas tuaeque subiectos dicioni populos ad omne christiani officii munus instruas. Nos eorum tuique curam suscipimus, quantum in Domino possumus et debemus, et

venerabili fratri episcopo Regiensi, nostro atque apostolicae sedis nuntio, nominatim mandamus, ut Tuam Nobilitatem et filios tuos omni oblata occasione carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae regi commendet, nostroque patrocinio tueatur ac protegat. Tuae pietati id debetur a nobis, qui eam absentes licet plane novimus, intuemur assiduo. Tu cura, ut filios tuos ad maiorum tuorum instituta erudias, matris tuae piae feminae domestico excitata exemplo, quo te peperit, ut tu velut novella vitis palmites quoque tuos Deo dicares, cuiusque in catholicam religionem observantiae apud Patres Societatis Iesu Iaroslaviae exstant ad illustrandam memoriam pietatis eius monumenta amplissima.

Ad haec obeunda ut tu cum filiis tuis sis promptior, benedictione te nostra apostolica auctoritate cumulamus. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die 31 ianuarii 1604, pontific. nostri anno duodecimo.

Martinus Malacuda.

In parentibus quoque beati Stanislai singularis pietas, ac potissimum in matre eluxit; quae licet viventis Stanislai votis, quibus Societatem appetebat, contraria exstitisset, quemadmodum Posnaniae deposuit P. Theobulcius, mortuo ita immutata est, se religioni addicens et sanctitati, ut et confessariis de Societate Iesu uteretur eosque penes se contineret, ut, virtutum actibus consideratis, speculum piarum feminarum illam quispiam appellarit *(proc. Cracov., 1630)*. Pauci sermonis, domi orationis multae, devotionis rarae. Nulla illi dies, qua non sacro missae adesset sacrificio, quamvis longius a sua, in qua habitabat, aula media quasi leuca, hoc est duobus et medio miliario italicis, abesset ecclesia, parochiale nimirum templum, in quo maritus suus sepultus fuerat et ubi ipsa exstruxerat elegans sacellum. Mane quolibet una et altera hora, clauso super se ostio, orationi vacabat tanta cum diligentia et attentione, ut ne confessario quidem tunc eam adire licitum esset. Piis mensam condiri colloquiis, in magna modestia et silentio aures praebens, satagebat avidissime, non in templis tantum sed et dum modicissimo cibo corpus reficeret, animae pabulum subministrans; quam consuetudinem sancte usque ad mortem tenuit, in illud vel maxime intenta, ut placeret Deo.

Tales B. Stanislai maiores fuere, de quibus quia aliquantum longius egi et nobilitatis ac coniunctionis sanguinis splendorem deduxi, consulto me id egisse fateor, ut multa quae hic dicentur, in divi iuvenis nostri laudem celebremque virtutem confluant, quod tantae nobilitatis et sanguinis adolescens ad ea se pro Deo caeloque subeunda demittens animum apposuisset. Iam qualis ipse, agimus in eo quod sequitur.

Caput quintum.

B. Stanislai nativitas, quae eam signa praecesserint, et baptismus.

Servorum suorum futuram sanctitatem multis Deus secundum placitum maiestuosae voluntatis suae vel signis vel praedictionibus solitus est demonstrare, et vel parentes vel ceteros quospiam pro suae benignitatis arbitrio admonere. Et ita, si veterem Scripturam spectes, antequam nasceretur Isaac, praedictum ab ipso Deo quod in ipso essent benedicendae gentes, ita Samsonem nazaraeum, Salomonem pacificum futurum. *Sic Novi Testamenti Ioannes,* ut ait Beda, *futurus propheta, praemissis commendatur auspiciis.* Ipsemet Dominus praeter prophetarum diversa vaticinia, quibus illum in stella oriente, virga de radice Iesse, ceterisque similibus praenuntiarunt, ab angelo futurus Salvator, futurus qui populum suum a peccatis liberaret, praedictus. Si sacras historias, matri quis futurus esset Dominicus per canem lucernam ore portantem, quis Bernardus per latrantem ostensus est, quis Carolus Borromaeus lux super matris cubiculum coruscans praesignavit.

Non caruit futura beati Stanislai sanctitas talibus quoque prodigiis, quibus illum Deus in utero materno adhuc exsistentem in suorum servorum numerum segregaret. Mater quippe, de cuius pietate proxime dictum est, dum hunc sanctum fetum gestaret in utero, vidit supra eundem uterum divinitus salutiferum Iesu nomen circumquaque splendentibus radiis circumfusum. Quam rem cum confessario suo, saeculari viro probo, exposuisset, ab eodem postea divulgata fuerat in signum donorum caelestium. Quid vero illud denotavit, nisi quod statim ex utero non vocaret tantum illum in Filii sui Societatem Deus, sed tanquam iam in illam receptum illius stemmate insigniret? *Omen nimirum,* ait Martinus Baronius (in eo quem *de Vitis SS. Polonorum* Romae iussu Clementis VIII scribere coeperat, deinde Cracoviae approbatione Bernardi Macieiowski cardinalis, archiepiscopi Gnesnensis, ediderat anno 1609 libro, ut ipse ibidem asserit) *nasciturae prolis Christi obsequio mancipandae. In Societatem Iesu proiectus est ex utero Stanislaus, nemo sibi alius eundem usurpabit, signatus quippe illius suique Iesu nomine.*

Natus est, Sigismundo Augusto Polonorum rege, in dicione paterna, Rostkowo dicta, in Ciechanoviensi districtu ducatus Masoviae, non procul ab oppido Prasnicz in dioecesi Plocensi, anno post Christum natum 1550 *(ut process. Pultov. Premisl. Cracov. Leop.);* dies hucusque

mensisque non proditus. Repperi Lublini manu P. Phaenicii haec verba: *B. Stanislai mater vidit cruces in beato recens nato. P. Dombski legit Iaroslaviae in Ms. Baronii.* Aliquot post diebus ad sacrum baptismum cum solita in talibus actibus adhiberi in regno Poloniae sollemnitate, vicinae et sanguine iunctae nobilitatis ad id de industria invitatae confluente frequentia, ad ecclesiam parochialem in eodem oppido Prasnicz S. martyri et archiepiscopo Adelberto dicatam delatus ab illustri D. Andrea a Radzanow Radzanowski, parochi pro tunc munus obeunte Donikowski a Bilino districtus Zakrocimensis, et sacro fonte tinctus; in quo Stanislai accepit nomen. Et iuxta vel illius temporis consuetudinem, vel se ex sacro lavacro levantium devotionem, vel singulari quadam divina ordinatione, ante venerabilis sacramenti altare in terra depositus est, iam etiam ex tunc oblatus illi, a quo mirabiliter pascendus erat et illa regum mamilla lactandus. Asservatur hucusque in eadem ecclesia id baptisterium, quod cum casu quopiam templum ignis invasisset, flammis ereptum communi fidelium venerationi et solacio solitum est demonstrari.

Paulum et Albertum fratres habuerat; tertii (tres enim habuisse fratres eosque iuvenes ipsius Stanislai, quam infra referam, affirmatione mihi innotuit) nomen et eventum necdum ullibi comperi, nisi quod se tertium complere numerum intellexerit, dum tres fratres nominaret. Quorum secundus cum funebris pompa patri suo Ioanni appararetur et nobilitatem ad iusta viro tanto persolvenda confluentem excepturus ex calido egressus hypocausto, aperto in frigidum aerem capite, repentino morbo correptus et exstinctus est, lacrymas lacrymis addidit, unaque filius cum patre sepultus die (ita *proc. Cracov.)* Primus vero, in longum aetate protracta, multarum virtutum claritate decorus, plenus meritorum de quibus, ut tanto viro aliquid et simul beati precibus, cui suam adscribebat virtutem, Paulus, demus. separatim agetur, obiit. Soror beati Stanislai nupta fuerat illustri D. Radzanowski, castellano Sierpcensi, regni Poloniae senatori *(proc. Premil.)* Addo testimonium Przasnensis magistratus quod iudicialiter oblatum et receptum anno Domini 1630, 4 decembris Cracoviae m. p. subscripsit Andreas Starczynowski, publicus et causae praesentis (h. e. processus canonisationis) notarius.

Universis et singulis, quorum hanc causam cognoscere intererit, notum testatumque facimus, constantem usque huc traditionem apud antiquiorem clerum nostrum tum in civitate et vicinia universa perseverare, beatum Stanislaum Kostkam in ecclesia nostra parochiali Przasnensi, dioecesis Plocensis, sacra baptismi aqua ablutum esse. Quia tamen id nec metricorum ecclesiae, quae eo tempore nondum apud nos usitata erant, nec plurium testium oculatorum auctoritate, qui intra tot annorum decursum e vita emigrarunt, comprobari potest, ideo testamur

unicam, verum moribus et fide semper integram, quae interea reperiri potuit, matronam in conspectum nostrum productam fuisse, honestam Dorotheam Ioannis Zachowski, civis quondam et consulis Prasnensis, filiam, nunc coniugem Christophori Cyganski, civis itidem Przasnensis, paulo amplius quam octogesimum annum agentem, sanam mente et omnium tam internorum quam externorum sensuum adhuc compotem. Quae a nobis, legitimo magistratu consulari civitatis Przasnensis, requisita num, ut alias pluries asseverabat, privatim ita nunc coram nobis constituta et iuridice interrogata sciret beatum Stanislaum Kostkam baptizatum esse, sub iuramento affirmavit se anno aetatis suae duodecimo praesentem fuisse et spectasse, cum in ecclesiam parochialem Przasnensis tituli S. Adalberti episcopi et martyris filius natu minimus (Stanislaus ad sacrum fontem nominatus) perillustris olim Domini Kostka a Rostkow, castellani Zakrocimensis, ex illustri olim Margaritha Kryska progenitus, manibus illustris olim D. Andreae Radzanowski a Radzanow, comitantibus aliis quam plurimis nobilibus viris ac matronis, sacro baptismate tingendus inferretur, eoque tinctus iuxta morem et devotionem id temporis hominum in terra ante altare venerabilis sacramenti ab eodem D. Andrea Radzanowski deponeretur, communi demum hominum comprecatione Deo praepotenti offerretur. Quod testimonium matronae numquam suspectae nos proconsul et consules, ut ab ipsa accepimus, ita authentico hoc scripto consignari ac sigillo civitatis nostrae publico communiri, nomina denique propria nostra subscripsimus. Actum Przasnisii in praetorio nostro die quinta mensis primi, anno reparatae salutis 1630. Mathias Leopolita proconsul Przasnensis. Iacobus Gosz consul m. p. Lucas Gos consul m. p. Mathias Gosz consul m. p. Laurentius Dombrowski consul m. p. Iacobus Gawron consul m. p. Albertus Gos consul ac notarius civilis Przasnensis m. p.

Et simile testimonium cleri Przasnensis.

Anno Domini 1629, die vero 16 mensis octobris. Ex relatione honorab. ac R. P. Alberti Kurek a Przasnis, praepositi mansionariorum cursus B. Virginis Mariae in ecclesia parochiali Ciechanoviensi, nos praesentes, videl. R. Martinus Ciechanoviensis commendarius et mansionarius B. M. V. in Ciechanow, P. Stanislaus Zberowski S. I. necnon Thomas Drzewicki magister eiusdem Societatis Iesu, generosus Iacobus Bilinski, accepimus beatum Stanislaum Kostka esse baptizatum in ecclesia parochiali Przasnensi, existente pro tunc parocho adm. R. D. Ioanne Donikowski a Bilino ex districtu Zakrocimensi. Qui supradictus R. Albertus Praepositus, dum haec nobis praesentibus narraret, agebat annum supra centesimum decimum, dicebatque se fuisse vicarium pro tunc Przasnensem, cum baptizaretur beatus Stanislaus Kostka, idque paratus erat etiam iuramento confirmare.

Ut autem maior fides testimonio illius habeatur, manu propria subscripsit.

Albertus Kurek Przasnısz, praepositus mansionariorum. Stanislaus Zberowski S. I. Martinus Ciechanov. commendar. et mansion. Ciechan. Thomas Drzewicki S. I. Iacobus Bilinski.

Caput sextum.

Aetas et educatio beati Stanislai in domo paterna.

Pauca equidem, digna tamen, quae in hoc capite recenserentur repperi inter ea quae de vita et moribus beati Stanislai in domo paterna ad annum usque 13 relicta inter iuratorum testium relationes sunt. Unus, qui ex ore germani beati Stanislai Pauli acceperat, sic loquitur in processu Cracov.: *Parentes,* inquiebat illi Paulus, *nostri in fide catholica educatos nos, catholicis dogmatibus instructos, nullis voluptatibus deditos esse voluerunt, quinimmo rigide et aspere nobiscum processerunt; ad omnemque pietatem, modestiam et frugalitatem non modo per se, sed et per domesticos semper nos impulerunt, ita ut nullus domesticorum e numeroso etiam famulatu vel minimum de nobis queri potuisset. Omnibus aeque ut parentibus nos nostri officii commonere licitum fuerat et corrigere. Omnes ut dominos reverebamur, ab omnibus etiam diligebamur. Hoc praeterea quoad mores omnes in beato notabamus, quod cum mensae paternae una assideremus et aliquid pro more saeculari liberius ab aliquo hospitum proponeretur, Stanislaus in more habuit, ut in caelum obversis oculis extra se factus quasi exanimis sub mensam delaberetur, non sine periculo laesionis, nisi ab assidentibus raptus subito a casu prohiberetur. Notum id omnibus domesticis fuerat resque non modicae admirationis, Deo sic in omnium praesentium bonum providente; nam et tum insolito eventu abrumpebantur colloquia et praecipue angelica conservabatur Stanislai puritas, quando illo abstracto a sensibus mors, quam pravae causant linguae, sic clausis fenestris ingredi vetabatur.*

Modestiam supra aetatem observabat *(proc. Pultov. Madrid. Posn. Novod. Venet.)* a ludicris etiam et levibus abstinens ita ut nihil unquam velut alter iuvenis Tobias *(c. 1)* puerile gesserit in opere, sed in omnibus actionibus maturus, gravis ac tanquam vir aetatis perfectae ad omnem virtutem christianam a natura propensissimus nullis calcaribus opus habuerit, quibus urgeretur, sponte ad omnem pietatem contendens. Consortia quoque hominum, saecularium prae-

cipue, devitabat, cum talium exemplis vel dictis innocentia maxime infringi, labefactari, immo et amitti soleat. *Praecipue cum et nos,* ut aiebat Augustinus (Serm. 1 de verb. Dom.) *fragiliores et infirmiores sumus vitro, licet satis fuisset dictum, si ut vitrum fragiles nos esse censuisset, id affirmante in illis verbis suis Iob c. 10: Memento, quaeso, quod sicut lutum, iuxta aliquorum interpretum mentem sicut vitrum, feceris me, quod etsi non cadat in terram, frangi vel de calore vel de frigore excedente aliquantum potest.* Et si accedant occasiones, aularum familiaritas, copia rerum et delicatae educationis abundantia, frequenter prius naufragium patitur virtus, quam solvat ex portu annorum.

Tredecim annos in paterna domo vixit Stanislaus *(proc. Prem.),* et cum omnium domesticorum iudicio virtutum omnium reconditorium puer ille devotus, moriger, gravis, modestus haberetur, spemque non levem ac opinionem sanctitatis tota de illo aula conciperet, ad alia hoc quoque singulare adiecit, ut virginitatem illibatam conservarit *(proc. Frising., Sacch. in vita)* stolamque primam, quam in baptismo acceperat, immaculatam a labe maiori aut parva custodierit, Deo universae iuventuti illum sic in exemplum concedente, ne se illa aetate fluctibus talibus mergi permitteret, quos ibi beatus hic iuvenis diligenti cura evasit illaesus, ut recte id quod Philo de Moyse *(l. 1 de vita Moysis)* dixerim : *A pueritia egressus non frena laxavit concupiscentiae, quamvis non deessent invitamenta plurima, quae se ubertim offerunt in regum domibus.* Et illud quod Ambrosius (Hexam. III, 17 :) *Servavit ut palma viriditatem pueritiae et illius innocentiae, quam a primordio acceperat.* Exstat in almae Cracoviensis academiae templo a S. Anna nominato funebre Gregorii Vigilantii epitaphium, quod ita loquitur : *D. O. M. et M. Gregorii Vigilantii Samboritani S. Theol. Prof. C. S. I. Cineribus, qui paginam sacram et Divorum gesta in Parnassum intulit; B. Stan. Kostkam primus instituit et a morte carmine celebravit. Obiit MDLXXIII febr. XXIII. M. Martinus Radiminski S. A. P. et populares posuerunt anno MDCLVI ad serae posteritatis memoriam et imitationem.* Unde deduci posset : annis hisce quibus in paterna domo vixerat Stanislaus, litteris dedisse operam, ut aliqua altiorum disciplinarum poneret fundamenta, idque sub celebri hoc magistro. Et quidem quod ad primum, probabile est. Secundum aliquantum mihi videtu de veritate suspectum, tum quia ad hunc usque annum 1656, quo, ut ex subscriptione eiusdem epitaphii patet, haec memoria primum exorta, nihil simile a quoquam proditum fuit, atque ita recens res de centenaria annorum antiquitate testari non potest; tum quia tot qui a pueritia Stanislaum noverant, quorum iuratas fides in manibus habui, nullam ea de re reliquere notitiam; tum quia nec ipsemet Vigilantius accurate vitam beati

scribens duobus statim a morte ipsius annis ullam facit mentionem, his solum infantiam versibus complexus:

In patris complens bis sex puer aedibus annos,
Multaque promittens indole pulchra sua
Missus in Austriacam caro cum fratre Viennam
Excoluit mores sedulus arte suos.

Quod tamen nusquam praeteriisset, cum et ipsi gloriosum esset tali se discipulo aliquando honoratum, et quemadmodum Viennense studium, ita et loci cuiuspiam alius palaestram tam sancti iuvenis frequentatione nobilitasset, relinquens posteritati memoriam. Neque et illud ut credam facile inducor, quod aliquibus inaudivi: Vladislavienses scholas, cum rudimenta poneret litterarum, frequentasse; cum idem, quem proxime citavi, scriptor in patriis aedibus duodecim illum annos complevisse ac Viennam Austriae una cum fratre missum tantum prodiderit.

Caput septimum.

Beatus Stanislaus Viennam mittitur, studiis litterarum dat operam, ubi et periculum ignis mirabiliter evadit.

Pulcherrime sane, annuente sibi malleo haereticorum Augustino *(ep. 20 ad Honor.)*, doctissimus simul ac religiosissimus vir Cornelius a Lapide in cap. 1 Ierem. in illa prophetae verba: *Ollam succensam ego video,* interpretatur ollam succensam flammas haeresis quae versus aquilonem una suo incensore — an incendiario dixeris melius — Luthero orbem incendere et depopulatae* vastissime. Ita enim celeriter malum hoc terram invasit, ut vix cum fumus aut fetor agnosci inciperet, iam fere ad favillas et cineres redacta essent omnia, ita ut tota illa orbis pars hisce flammis adusta velut unica incensa olla compareret, paucique essent qui aut ipsi de flammis erepti, aut sua pignora exportare potuerint, sed sparsa longe lateque haeresis, velut flamma comburens montes, periculis implebat omnia tanto maioribus, quanto pretiosior appetebatur fides et religio, ut dixisses recte quod Hieronymus in simili: *Ingemiscens orbis terrarum se haereticum miratus est.* Nota haec, quae dicuntur, Germaniae amplissimae, quam hocce incendium primo derepente occupans, vicina quoque regna. dum proximus arderet Ucalegon, perterrefecit. Immo vero Poloniae regnum eadem flamma adustum, praecipue cum et principis eo tempore regnantis providen-

* *h. e.:* incenderunt et depopulatae sunt.

tia et eorum, qui ad regum exemplum componi solent, vigilantia deesset pastorum. Excitaverat tam gravi malo et quasi ad exstinguendum incendium magni animi et amplissimi virum zeli sanctum Ignatium Deus, cui hoc sancta et ab eodem adiuta Ecclesia dedit testimonium, non tantum quod se novo roboraverit subsidio, sed quod, quemadmodum alias, ita tum illum et institutam ab eo societatem Luthero eiusdemque temporis haereticis obiecerit idem providentissimus Deus. Hic cum multos variosque modos partim exstinguendo, partim non admittendo incendio invenisset statuissetque, illud quasi exploratissimum culturam in bonis artibus ac pietate iuventutis opposuit, ut ita una cum litteris dogmatibus fidei instructi non fugere tantum malum illum ignem et haeresin fastidire odisseque, sed et expugnare scirent; scirent nosse sub ovium pelle venientes lupos, sub cinere ignes, sub speciosis verborum coloribus falsitatem, velut latere anguem sub herba.

Hac arte exstinguendi haeresim catholici principes delectati, quibus religio semper cordi fuerat, Societatem Iesu in sua regna et dominia advocarunt plurimaque, vivente adhuc sancto Ignatio, in Hispania, Lusitania, Germania, India, Gallia collegia excitaverunt, in quibus Societas divinum hocce ministerium propulsandae terris suis periculosae flammae et exstinguendae exerceret. Praecipua vero imperatoris Ferdinandi in eo eluxit pietas; qui bono religionis restaurandae intentus, in comitiis imperialibus Augustae Vindelicorum, ut non in suorum tantum subditorum animis eidem conservandae, sed et exterorum quoque prodesset, anno 1550, quo beatum Stanislaum in lucem editum proxime dixi, a S. Ignatio adhuc vivente Societatem pro academia Viennensi expetiit per litteras; a quo ne postulatis piissimis reique christianae deesset S. Pater, in anno 1551 decem e Societate Roma submissi, quibus Ferdinandus Viennae Austriacorum principum regiae munificentissimum fundavit collegium, cuius cum longe lateque per septentrionem fama inclyta pervagaretur, plurimos catholicorum impulit status et condicionis diversae, ut suorum quoque liberorum indemnitati etiam posthac providentes, eosdem Viennam liberalium disciplinarum condiscendarum causa mitterent. Atque sic cum undequaque confluerent scholas frequentaturi, de prima quoque nobilitate iuventus polona eodem parentum pia sollicitudine veniebat expedita. Sed quia hanc quoque regiam urbem non leviter haeresis affecerat et cum plerique civium diversam sequerentur a catholicis religionem, maiori securitati commoditatique amplius prospiciendo contubernium excitatum fuerat, convictus nomine appellatum, quo sub cura ibidem aliquot patrum residentium ille flos nobilitatis concedebat, ut sic a pravorum conversatione remoti, de longinquo a malae flammae ardoribus essent.

Secutus aliorum exemplum Ioannes Kostka eo duos e suis liberis iam aetate adolescente scholasticis laboribus aptiores, Paulum et Stanislaum direxit *(proc. Pultov. Gnesn. Venet. Madr. Posnan. Novodom. Bisunt.)*, addito illis simul probatae sibi honestatis viro, qui morum quoque et domesticae disciplinae habuisset curam, Ioanne Bylinski; qui bene de litteris meritus laurea doctorali in philosophia et medicina praemiatus ac post cathedralis Plocensis Pultoviensisque canonicus fuit; cuius administrationi par illud nobile submisit. Ubi Viennam circa anni 1563 finem et 1564 principium appulerunt (1), aequalium se iuvenum manui adiungentes in eandem convictorum domum admissi et recepti sunt scholisque pro sua ingenii capacitate et gradu doctrinae distributi. Gloriabantur ex eo adulescentum pari ac potissimum de Stanislai in eam domum ingressu Bartholomaeus Villerius, et quod aliquando sub cura sua in convictu Viennensi beatum Stanislaum Kostkam adulescentem admirabilis modestiae et probitatis omnis speculum habuisset, quoad vixerat, congratulabatur sibi optimus senex *(Annuae Vienn.)* Magistri Stanislai in humanioribus fuerant P. Albertus Theobulkus, sub quo in anno 1565, ut in illius annotationibus scholasticis Cracoviae asservatis legitur, studuit, qui et in convictu eidem cohabitaverat, et P. Theodorus Busaeus, qui post Romae assistens Germaniae fuit. Addit quispiam et P. Ioannem Matthiae, a quo se non pauca de sanctitate B. Stanislai etiam asserit audivisse. Quorum primi duo multarum beati Stanislai virtutum observatores ac pietatis oculati testes nostrae notitiae iurata reliquerunt argumenta. Sub his professoribus per annos tres litteris vacavit, ut ipse ingressurus Societatem (sicut infra dicam) testatus est, anno uno grammaticae, secundo humanitati, tertio rhetoricae. Et principio quidem non admodum inter discipulos eminebat Stanislaus; at paulo post non in primorum tantum venit numerum, sed multos etiam praecessit de primis, ubi ad rhetoricae studium decurrendum adscitus.

Conatus vero diligensque ac exacta temporis in ea, quae scholarum erant, impendendi ratio magnae illi curae fuit, non neglegendo eorum quidquam quod aut cultiori litteraturae aut memoriae iuvandae prodesse potuisset. Adnotabat singulatim ea quae sibi elegantiori videbantur latinitati orthographicaeque scriptioni profutura, singulos quaeque in libellos componendo. Habebatur eorum unus manu illius conscriptus a quodam Calissii visus. Legitur enim in processu Premisl.: *Calissii circa annum 1618 vidi librum B. Stan. Kostka manu scriptum, cum adhuc Viennae operam grammaticae sub Magistro b. m.*

(1) Iuxta epistolam a Paulo Kostka ad P. Lancicium datam d. 12 iul. 1606 fuit dies introitus ipsorum dies post mortem imperatoris Ferdinandi 24 iul. 1564.

P. Alberto Theobulcio S. I., quem patrem ego bene noveram Posnaniae. Porro libellus ipse sic inscriptus erat : “ Liber ellegantarium „ (sic parum orthographice puer ille beatus scripserat) “ scriptus per me Stanislaum Kostka sub R. M. Alberto Theobulcio S. I. „ charactere adhuc puerili ac inconstante exaratus. Et ibidem : P. Daniel Siekerzecki. *Ante annos circiter 20 Posnaniae noveram P. Albertum Theobulcium iam senem eique confessus sum; de quo communis fama erat quod B. Stanislaum Viennae in Austria grammaticam docuerit eiusque adhuc stili exercitationes nonnullas et menstrua confessionis testimonia scripto tradi solita a discipulis novis pie asservaret seque illi quotidie peculari devotione commendaret.* P. Iacobus Korytowski Pultavia e seminario 1619 scripsit Cracoviam ad S. Barbarae P. Szembek de manuscripto Romam misso haec : *Ante annos 19 habui ego libellum donatum a R. D. Bilenski, canonico Plocensi et Pultoviensi nec non parocho Prasnicensi, iam a multis annis defuncti, qui idem fuit paedagogus beati Stanislai. Hic liber fuit compactus in pergameno asseribus rubris, in cuius initio erant quaedam scripta grammaticalia manu beati Stanislai, in medio et ad finem idem beatus scripsit exercitia spiritualia quaedam propria Societatis nostrae. Verum hunc librum paucis foliis decerptis et prima pagina cum nomine et signo beati, piae memoriae P. Claudio Romam misi, nec scio aliquid mansisse in collegio hoc Pultoviensi. Leopoli manens dedi reliquum fundatrici nostrae Dominae Sieniawska. Ego in meo reliquiario habeo manu beati verba haecce scripta : “ Quaedam recte scribendi sive orthographiae praecepta a M. Alberto Polono in collegio Viennensi Caesareae Maiestatis almae Societatis Iesu „.* Ista mihi innotescere diligentibus curis adhibitis non potuerunt. Alterius tamen fragmenta in manu habui, in quo adnotarat nominum, verborum modum quo modo scriberentur, praefixo titulo : *Anno Domini 1565 sub M. Alberto collegii almae S. I.;* quo diligentia adulescentuli comprobatur. Vidi ego unum idioma pro scholastica exercitatione scriptum eius manu, adiectis a magistro ad marginem errorum contra grammaticam notis, in templo collegii Cracoviensis Societ. Iesu, una cum costa eiusdem beati thecae argenteae inclusum. Duo similia idiomata grammatica Posnaniae; nonnihil doctrinae de kalendis Calissium veneratur. Cum vero ad humaniorum rhetoricaeque palaestram appulisset, ultra ea, quae ordinarie ab aliis solent scriptis adnotari, controversas cum haereticis materias, quae audierat a professoribus tractari, ad suae exercitationis temporisque opportunam elocutionem exaravit. Quarum quoque fragmenta in Sacra Rituum Congregatione producta ad examen in archivio eiusdem copiata partim Cracoviae prostant cultui, partim Romae. Ubi unicum folium, principium, ut apparet, duorum aliorum, quae visa in congregatione sunt, in sacello S. Ignatii argenteae thecae inclusum

est cum sua insimul reliquia. Quae hic ponere posteritatis memoriae et iuventutis exemplo, ut ad similia bene tempori collocando accendatur, mihi congruum visum est.

Romanum folium continet haec:

Catholica et apostolica Ecclesia in rebus fidei nunquam erravit, neque unquam errare potest. Illustrissima et verissima haec veritas, apertissimis scripturae testimoniis, Patrum denique orthodoxorum auctoritate probatur. 1° Matth. 16. " Si peccaverit in te frater tuus corripe eum, si te autem non audierit, dic Ecclesiae; si vero Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus ". Cum haec sententia Christi quovis momento contra omne genus scandali et offensionis valeat, fieri profecto non potest, ut aliquando Christus permissurus sit Ecclesiam suam falsum iudicium de re quacumque proposita proferre. Neque ferrent hoc piae aures, quod Christus nos iudicem mendacem vel qui fallere potest aut velit, in difficultatibus et ambiguitatibus ad salutem animae cum nostrae tum proximae spectantibus audire unquam mandavit. Christus mandat nos ad iudicem Ecclesiae. Ergo est verus iudex. Et sane, si Ecclesia in casu aliquo nostro iudicium falsum proferret... Huc usque folium asservantum in domo professa Romana in capella S. Patris inter reliquias una cum indusio S. Patris.

Cracoviensia folia continent haec:

Ex hoc enim ipso, quod postea instituti sunt, eos se esse iudicant, quos futuros apostolos pronuntiat. Nec sibi blandiantur, si de Scripturarum capitulis videantur sibi affirmari quod dicunt, quoniam et diabolus de Scripturis sit aliqua locutus, et Scripturae non in legendo sed in intellegendo consistunt. Hilar. de Trin. L. 6. *Hoc Ecclesiae proprium est ut tum vincat cum laeditur, tum intelligatur cum cognoscitur, tum * cum desideratur. Profecto sententiae Patrum consistere nequeunt, si Ecclesia Christi errare possit aut erraret. Ac tametsi permultae aliae aliis quoque prioribus huc adduci possunt, haec tamen sufficiant. A rationibus: prima ratio. Ecclesia sponsa Christi, columna et firmamentum veritatis, quae tot abundat privilegiis et promissionibus, errat vel errare potest? Ergo nefas ac plane facinus plus quam temerarium erit ulli hominum, quicumque ille sit, contra Ecclesiae sententiam seu definitionem minimum verbulum credere, quomodocumque aut quibuscumque argumentis illud confirmet; cum quod homo particularis nullam prorsus habeat divinam promissionem; quod speciem veritatis ipse possideat, errare non possit, tum quod communis omnium hominum sensus docet oculos plus videre quam oculum. Ut si Ecclesia id non assequeretur, quae ab utroque est instructissima, nemo profecto hominum unquam assecutus esse videatur. Nisi vos hoc insigniori aliquo miraculo doceat quam omnibus retro saeculis in Ecclesia Dei factum sit, ut hanc veritatem quam defendimus credere cogamur aut fidem omnem depo-*

** hoc loco verbum in cod. nequit legi.*

nere aut desperare aut ex hoc mundo exire. Secunda: Non est credendum sanctos apostolos absque divino consilio toti orbi praescripsisse, ut perpetuo fideles profiterentur in symbolo sanctam Ecclesiam catholicam; quae quidem professio, si ab universa Ecclesia vere fit, ut fit verissime, non potest sane ea aliquo haeresis errore contaminari, aut si quo tempore contaminetur, falsissimam illam professionem esse oportet. Quod si quando apostoli contingere posse praevidissent, imprudenter admodum eiuscemodi articulos ad saeculi consummationem usque duraturos praescripsissent. Vel si sapienter ex Dei voluntate id ab eis factum est, quod ne haereticus quidem negat, ne dicat quoque Ecclesiam haeretico errore maculari posse ac simul sanctam manere. Tertia ratio: Si a Deo ita prospectum fuit synagogae Iudaeorum, ut citra errorem a suis rectoribus regeretur, quid mirum si etiam Christus Ecclesiam suam hoc tam excellenti privilegio maiore ratione ditaverit? Dicitur autem Math. 23: " Super cathedram Moysi sederunt scribae et pharisaei; omnia ergo, quaecumque dixerint vobis, facite ". Item Deuter. 17: " Si difficile et ambiguum iudicium apud te perspexeris, surge et ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus; veniasque ad sacerdotes levitici generis et ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quaeresque ab eis, qui iudicabunt tibi, iudicii veritatem. Et facies quodcumque dixerint qui praesunt loco quem elegerit ". Hucusque folia Cracoviensia.

Paradisiense folium in monasterio Cisterciensium inter reliquias continet haec: *Religio neque in confessione paganorum, neque in purgamentis haereticorum, neque in languore schismaticorum, neque in caecitate Iudaeorum quaerenda est, sed apud eos solos, qui christiani catho. carne una *. Quicumque de ipso capite ab scriptoribus sanctis dissentiunt, etiamsi in omnibus locis inveniantur, in quibus Ecclesia designata est, non sunt in Ecclesia.* * *ita cod.*

Adscriptum est: *Manus p. B. Stanislai Kostka. Scripsit haec Viennae. Ego eius beati * R. D. Bilinski canon. Pultoviensis.* Hucusque folium Paradisiense quod ipsemet in anno 1663 aprili mense inibi praesens vidi, in manibus habui, legi et exinde excerpsi, cum authentica P. Prioris fide, quam subicio: *Particulam scripturae manu propria B. Stan. Kostka inter sacras reliquias religiosorum Paradisiensium S. ord. Cisterc., dist. Posn., Reverendissimus D. Nicolaus Rostkowski, olim custos Varsoviensis, postea vero abbas Paradisiensis, qui eandem dono acceperat ab adm. Rv. Ioanne Gemialkowski presbyt. Varsov. S. I. et ante provinc. Lithuan. Ita esse testor. Fr. Augustinus de Browoski prior Parad.* Non fuit tamen praesentatum congregationi sacrae.

* *ita cod. supple:* praeceptor.

Applicuit etiam mentem ad linguae terrae illius exercitium, in eoque non levem fecisse profectum constat ex eo quod, cum postea in noviciatu Romano ageret, tonos, quibus dum se novicii instruunt, quasi quaedam rudimenta futurae contionatorum actioni, affectibus-

que leni, vehementi et familiari ponunt, in germanicum sermonem transtulit interque sua iam religiosa manuscripta itidem in sacra congregatione producta exaravit germanice, italice et latine.

Non multo post, successore Ferdinandi ad imperium et haereditatem Maximiliano ita volente, domus illa convictoribus recepta fuit anno 1565 mense martio; quare tota illa iuventus alio migrare coacta et per diversas civium domos dispersa, ut cuique contigit. Sortem huic similem Paulus et Stanislaus cum suis habuere. Et duobus circiter in convictu exactis annis, ad cuiusdam senatoris Viennensis Ioannis Kimbercker domicilium in foro Kienmark dicto transiere, ubi quoque biennium usque ad gloriosam, de qua dicemus, fugam exegit *(proc. Ven.)*; quamquam, nisi Stanislaus sub potestate maioris moderatorisque fuisset, sique suo temperare vitam licuisset arbitrio, omnium primum intra religiosa claustra se, ad ultimum quovis potius quam ad hominem haereticum eiusque domum recepisset. Studium vero idem eo secum Stanislaus tulit; nam ita libris se dederat ac (si loqui verius liceat) affixerat, ut non sit visus, si non legere, certe orare; ac non die tantum, verum etiam nocte pro assecutione sapientiae vigilabat, et dum se in lectulo quietis causa componeret, non nisi librum lectitans operiebatur somnum. Unde semel evenerat, ut se ita legentem citius, quam sperasset, somnus invadens non levi periculo exposuerit. Rem sic accidisse refertur in proc. Posn. Caliss.

Nocte quadam postquam alii omnes cubitum concessissent, solus Stanislaus orans et quosdam libellos lectitans ad lumen candelae remansit, de quo cum contubernio et sanguine sibi iunctus comes de Rozrazew, post Sremensis castellanus (plures enim in una domo, inter quos et Bernardus Macieiovius, tunc iuvenis, post cardinalis et archiepiscopus Gnesnensis et regni primas, aliique habitabant) expostulasset, quod et se ipsum talibus vigiliis conficeret, satiusque faceret, si et sibi et aliorum quieti indulgens somno concederet, prompte se ad lectum composuit, cereo accenso ad caput lectuli apposito, ita ut facile lectionem coeptam continuaret decumbens. Interim totus cerei globus ignem concipit magnaque flamma et fumo cubiculum implet. Excitus a somno comes Stanislaum totum igne circumdatum conspicit, ita ut ardere vel iam combustum putaret, ac perterritus magno clamore nomine suo Stanislaum compellat. Ad vocem ille e lectulo se corripit; quo inspecto, compertum cervicalia capiti decumbentis supposita eo usque conflagrasse circum circa, quoad caput flamma attigit Stanislai, hanc sanctitati ipsius, innocentiae et virginitati reverentiam igne deferente, ut ne capillum attingeret. ***Meus es Israel; cum ambulaveris in igne, non combureris et flamma non ardebit in te*** (Isai. 43); vel ut de sancto Laurentio Ecclesia : ***Flamma non nocebit tibi et odor ignis non erit in te.*** Nam aestus manet te suavior, exspectat ardor

dulcior, divini amoris ignibus ut charitatis victima totus perenne diffluet.

Incidit et in gravem infirmitatem, in qua a medicis desperatus divina et Matris Sanctissimae ope, ut dicetur, convaluit *(proc. Pultov. Venet.)*

Quattuor circiter ibidem annos exegit Stanislaus, donec ad altius studium a Deo avocatus Vienna excessit (1). Quae vero ultra haec sancte egerit et quarum virtutum, quamque bonum odorem reliquerit, pluraque, quae circa illum contigerint, separatim suis quaeque locis narrabo. Ad haec tria quasi capita, quae in continua ibi conversatione notaverat, quae virtutem et sanctitatem partim commendarent, partim in quorum exercitio ultra litterarum studia hosce annos exegisset, deduxit Paulus beati germanus in suo testimonio, nimirum ad maximum fervorem in oratione, in qua assiduus esse videbatur nec ab ea facile se abstrahi patiebatur; ad desiderium fervens ingrediendi religionem, quantum poterat id colligi ex mutua utriusque familiaritate; denique ad studium in fugienda conversatione adulescentum dissolutorum et in amplectenda necessitate proborum.

Caput octavum.

Beatus Stanislaus, ut ad Societatem Iesu recipiatur, sollicite instat.

Annum Viennensis studii expleverat Stanislaus, cum illum coepit Spiritus Dei evocare in solitudinem, ut ibi loqueretur ad cor eius *(proc. Gnesn. Madrid. Pultr., Ann. Vienn.)* Coepit per interiores instinctus ad contemptum mundi, opes terrenas conculcandas incitare; coepit quasi per stimulos quosdam cor erigere, ut rerum terrenarum cum tempore evanescentium perspecta fallacia, eo animum mentemque transferret, ubi omne bonum permanens inquiritur et possidetur: ut nobilis hic et multarum possessionum adulescens, relictis omnibus, sequeretur Christum, thesaurum habiturus abundantiorem in caelis quam reliquisset; ut parentes, a quibus tenere diligebatur, amori divino postponens ad promissum centuplum contenderet, promissum

(1) Mox postquam S. Stanislaus Viennam reliquit, domus Kimberkeri in catholici manus pervenit. Cubiculum sancti iuvenis iam anno 1582 in sacellum mutatum. In loco, ubi quondam sancti lectus erat positus, modo altare exstructum est, auro opulenter exornatum. Imago ibidem posita communionem de manu angelorum acceptam repraesentat. Inde ab anno 1783 haec domus parocho " ecclesiae ad aulam " tanquam habitatio concessa est. Confluxus fidelium et sacerdotum die festo sancti Stanislai et per octavam ad hoc eius sacellum hisce quoque temporibus est ingens.

relinquentibus patrem et matrem. Recipiebat hasce internas voces magna hilaritate Stanislaus, atque cum magno affectu alebat nutriebatque in corde, hoc unicum intus quoque vocanti Deo respondens : *Da, Domine, quod iubes.* Sed ne ad extra prodiret, attente de principio occultabat *(Varsevitius, Fatius),* ita ut neque confessario suo et patri spirituali, cui alias suam velut nitidissimum speculum conscientiam patefaciebat, eam mentem propalaret. Aut secum ipse probans spiritum, num ex Deo esset, aut respectu quodam alio, per sex menses pium hunc sensum intra se detinuit, quod se metus quidam prohibuisset. Vincens tandem semetipsum, ab eo confortatus, in quo possumus omnia, manifestavit confessario. Is erat P. Nicolaus Donius, vir pius et discernendorum spirituum multa praxi peritissimus. Quod ubi fecit cum profusissimis lacrymis, tantam post animi expertus est iucunditatem longo tempore, ut eam vix, quemadmodum ipsemet uno ante mortem mense cuidam ex patribus, cuius nomen suspicari, sed non certo scire possum, rettulerat, animo capere posset.

Nihil exinde cogitabat, loquebatur nihil quam Societatem, praecipue vero cum ab ipsa sibi Dei Genitrice (ut patebit inferius) imperatum esset, ut Societatem Iesu ingrederetur. Adibat ea de re frequenter patres, precibus et lacrymis instabat, ut se exsequi concederent, quod de caelo sibi iniunctum sciret. Interponebat variorum tam saecularium quam religiosorum et ecclesiasticorum praelatorum intercessiones, ipsi etiam apostolico nuntio non dubitabat supplicare, ne quidquam ex eis omitteret modis, dum ad Regis Regum famulatum aspiraret, quos adhiberi ab iis, qui principum saecularium aulas desiderant, usitatissimum nosset. Sed haec omnia vana fuerunt, nec lacrymas nec intercessiones nec preces recipientibus Societatis superioribus.

Provincialis enim Austriae Laurentius Magius, per quem in Poloniam quoque Societas inducta est, quasi dura aliqua petra obfirmaverat mentem absque consensu parentum eundem non recipiendi, ne magnates illos, quorum gratiam profuturam novae plantationi in Polonia sperabat, offenderet bonoque gloriae Dei maioris desset, praecipue vero cum non multo ante excitatus turbo non levis fuerat Viennae ob receptos quospiam iuvenes; atque sic ab experientia edoctus, quo Stanislaus instabat acrius, eo hic recipiendo, si parentes non consensissent, obstabat magis.

Urgebat contra Stanislaus suorum sibi bene cognitam esse voluntatem, eamque ut non solum non daturi essent consensum, sed ubi rescivissent se quidpiam eiusmodi meditari, conatum adhibituros omnem, ut disturbarent coepta, principiis obsisterent. Per triennium taliter ut obtineret quod desiderabat instabat, sed his hoc tantum effecit, ut sibi consilium subministraretur et modus, quo optatum finem assequeretur.

Advenerat Viennam ex Italia recenter P. Franciscus Antonius, natione Lusitanus, ut ad aulam Maximiliani imperatoris propter Hispanos et Italos contiones haberet, vir pius et prudens ac consilii non exigui *(proc. Madrid.)* Hunc opportunum petiturus remedium, quod sibi a provinciali Magio aditus occluderetur, adit Stanislaus; quas hucusque experiatur difficultates, exponit, quominus sanctum suum propositum, immo et votum, exsequi sibi liceret. *Biennium, Pater, eoque amplius est, cum a provinciali Societatem flagito; sed is talem sermonem penitus respuit, nisi a parentibus meis mihi potestas fiat. Auctores mihi sunt quidam, ut cum mox redituro in patriam Paulo fratre revertar; quippe parentes, ubi constantiam meam perspexerint, nequaquam forte moram facturos. Sed mihi optime nota sunt meorum ingenia; potestas haec speratur frustra; immo, si subodorati fuerint et in illorum veniam manus, nihil dubito, quin carcer me et vincula ac catenae maneant. Nec vero, quae Dei benignitas est, equidem virtutis gratia reformido; quin summi favoris haberem loco, si me inter eos divina recenseret gratia, qui pro Deo aliqua passi sunt, cum et ille tantum pertulerit pro nobis. Sed intentum non assequar. Deus me omnibus modis ad hoc Institutum vocat, immo et pridem voto me obstrinxi* (Liber Novitiatus Romani.) *Quietis capere nihil possum, donec promissum exsolvam. Atque adeo id procurandum citius, ne redux in patriam (ut aio) frater me quoque secum abire cogat et satisfaciendi voto serviendique Deo viam simul excludat. Fer igitur opem et consilium, Pater. Quantum in me est, deliberatum mihi est (nisi aliter suadeas) tamdiu peregrinari per orbem, quoad alicubi pulsanti aperiatur ostium.*

Franciscus, cui iam ante ex multa fama adulescentis pietas virtusque perspecta erat, aetate maiorem in dictis sensuque advertens prudentiam, non statim vel approbavit intentum vel novum quid consilii dedit, sed rem committendam Deo tanquam momenti non levis, adhibitis ultra solitum precibus, in tempus aliud resolvendum distulit. Quo facto, non alium meliorem subesse modum celerioremque affirmat quam ipsum Societatis caput, Franciscum Borgiam generalem, adeundi Romamque petendi : *Quo enim longius a patria, parentibusque recesseris, eo minor eorum ratio et timor habebitur,* aiebat, *minorque respectus. Ut vero facilem experiare Borgiam, litteras a me illi feras, quibus tui notitiam consignabo. Adibis et Petrum Canisium Augustae, Germaniae Superioris provincialem, ut si forte ab hoc recipiaris, non tibi longius iter suscipiendum sit. Huic quoque manum meam et tui commendationem feres. Sic parentum effugies iram, si te post longum iter opis indigentem sociorum numero adsciscent.* Quasi oraculum vocem hanc accepit Stanislaus, nihil in ea durum, grave nihil arbitratus, qui non itinerum tantum molestias,

sed ipsius longissimae subiisset iugum servitutis, atque totum se ad explendum, quod suadebatur, animo magno convertit.

Caput nonum.

Acceptis ad Borgiam et Canisium litteris, commutato cum paupere habitu, pedes Vienna egreditur.

Condicto et accepto, de quo proxime dictum est, consilio, restabat pio iuveni modum et tempus invenire, quo se absque difficultate Vienna expediret. Quare ut ingeniosus amor est ad omnemque occasionem intentus, ut opinionem suorum domesticorum abrumperet et securos de se ac nihil simile cogitantes redderet, se identidem domo subtrahebat ad templa, ibidem diutius orationi insistebat secundum morem suum, ita ut iam, si quando abesset domo, non alibi quam in templo quaereretur invenireturque. Praeterea cum sibi prae solito Paulus frater molestior esset *(Sachin.)*, suamque exagitaret pluribus iniuriis virtutem (de quo, dum de virtutibus ac singulari huius iuvenis beati patientia agam, suus erit dicendi locus), occasionem arripuit Stanislaus magnaque cum modestia ait: ***Quodsi mecum sic processurus es, me alio transferre necessum habebo; at tu mei abitus rationem parentibus reddes.*** Exardescente ad haec fratre et ut in malam etiam crucem e suis oculis abiret iterante, die sequenti cum magnam noctis partem in oratione posuisset, fratrem adhuc quiescentem in lecto adit, numque in ea, quam sibi heri iniunxisset, voluntate persisteret, ut abiret, inquirit. ***Abi,*** inquit ille, ***facesce, evanesce.*** Hoc quasi confirmatae fraternae voluntatis indicio habito, litteras manu sua scriptas (quarum si copia suppetiisset, hic illas posuisse expediret: patuisset enim ex illis fervor et amor divinae vocationis) in vocabulario graeco lexicon nuncupato inclusit, condiscipulorum suorum uni natione Hungaro secretissime commendans, ut de iisdem parentibus et fratri et magistro domus reddendis non nisi bene post suum abitum domesticos edoceret *(proc. Ven.)* Laurentium vero Pacificum, unum de servitoribus, ex Franconia Herbipolensi dioecesi oriundum (qui haec, dum iam Venetiis subdiaconus titulatus ecclesiae S. Moysis esset, ante Illustr. et Rev. D. Mathaei Zana, Venetiarum patriarchae officium deposuit) admonuit, ut hora prandii adventante fratri magistroque diceret Stanislaum mensae adesse non posse, quod alio ad prandendum invitatus esset; quod suspicioni sinistrae aditum interclusit. Mutat statim clam cum mendico quopiam vestimenta, atque collegium valedicturus patribus litterasque, quas sibi Franciscus appromiserat, accepturus contendit. Pane se caelesti amoris viator

refecit, in fortitudine cibi illius usque ad montem Dei ambulaturus, velut novellus Jacob, sola se angelorum multitudine virtutumque exercitu comitante, egreditur. Egregie sic itinerantem primus vitae beati in lucem anno 1570 editae auctor Gregorius Samboritanus, celeberrimus Academiae Cracoviensis professor describit:

Corpus palliolo peregrini contegit arto,
Laevum onerat, sumpta perula, pane latus.
Laeva caput munit peregrina sedula mitra;
Sumeris in dextram, scipio parve, manu.
Talis erat, tali Romanus Alexius ore,
Qui patris, matris, coniugis exsul erat.

Ne vero divinitus mentem incidisse aut consulenti Francisco, aut exsequenti Stanislao dubitaret quispiam, rem hic adiungo, iis quibus nominatus proxime Pacificus refert verbis: *Memini*, inquit, *audivisse saepius Viennae, quod in egressu Stanislai comparuerit in summitate domus cygnus albus, qui illius abitum direxit et tutum iter reddidit* (proc. Venet.) Angelum tutelarem ego existimem, cui beatus iuvenis, ut referam, devotissimus et familiarissimus fuit; qui nobili peregrino velut alteri iuniori Tobiae (c. 5) in promptu fuit, alitis forma assumpta. Nec praeterire vellem tenorem litterarum adnectere, quas secum tulit a Francisco Antonio datas, nisi eas nescio quo fato quispiam loco suo sustulisset, memoria tantum quod fuissent relicta. Quas vero illius virtutum testes patres Viennenses misere, inferius cum de fuga admirabili agam, recitabo; ex illis enim claritatis multum res actae accipient. Mensis quo Vienna egressus, comperiri a me non potuit; suspicari non improbabiliter nec absque vero potest mensem Augustum fuisse. Litterae enim Viennenses, quas nuperrime nominavi, kalendis ipsis septembribus ad generalem Borgiam datae significant, prout etiam Sachinus collegit in Vita Ingolstadii impressa. Diem repperi dominicum fuisse, idque ex copia quadam litterarum, quas Posnaniae asservatas inveni, et tenorem earundem annecto.

Admodum Reverendo in Christo Patri, Patri Francisco Xumier, Visitatori collegiorum Societatis Iesu per Poloniam.

Mitto hasce litteras per Paulum Kostka, fratrem Stanislai. Hic a duobus fere annis animum ad Societatem habuit et ita ursit, ut vix potuerimus ei resistere. Semper tamen responsum ei fuit, nos facere id non posse, nisi consensum haberet parentis. Ille tamen supplici quodam libello Ill^{m} Nuncium Apostolicum rogavit, mandaret nobis, ut illum susciperemus. Nos id facere non posse ut antea respondimus. Ille vero

ut vidit nihil se posse proficere, aliam viam discedendi cogitavit, a qua cogitatione nostri conati sunt eum avertere; ipse vero quodam die dominico summo mane discedens, nemini quo discessurus esset declaravit; quaesiverunt ipsum frater, paedagogus et alii; non potuerunt invenire. Existimant nos illum alio ablegasse; verum si aliquid R. V. hac de re dicetur, libere potest affirmare a nemine ut hoc faceret illum persuasum, immo omnino ei desuasum fuisse. Haec scribo, ut V. R. sciat negotium et possit respondere ut re habetur; immo nec ego locutus sum hac de re quidquam. Doleo de adulescente, ubiubi sit. Dicunt solum profectum esse; dubium non est ipsum aliqua passum esse in itinere. Nec hucusque ipsi vel nos scimus, ubi sit. Haec breviter R^{ae} V^{ae} significare volui. Data Viennae ex caesareo collegio Societatis Iesu, 22 augusti 1567.

R^{ae} V^{ae} servus in Christo.
Emericus Forsterus.

Caput decimum.

Dilingae a Petro Canisio humilibus officiis probatus Romam cum sociis mittitur.

Non reppererat Augustae Vindelicorum speratum et quaesitum Canisium Stanislaus, Deo sic ad maiorem beati iuvenis erga religiosam vocationem affectum probandum disponente, si quaerere, quod coeperat, non destitisset, et simul ad maius pleniusque meritum, si voti concepti memor (quo se tamdiu peregrinaturum obligaverat, donec optatam pretiosam margaritam, pro cuius acquisitione iam omnia ementi Deo vendiderat, mundum eiusque contemnens haereditatem, inveniret) plura obiret loca, subiret incommoda. Canisius enim, quem et sociorum cura et animarum, veluti lucri cupidum mercatorem, unus tenere locus non poterat, provisis dispositisque quae sui erant muneris Augustae, Dilingam se contulerat. Est Dilinga Suevorum residentiae episcopi Augustani civitas, septem leucarum germanicarum itinere distans Augusta, italicorum vero miliarium triginta quinque, iuxta consuetum computando, ut quinque italica miliaria unam germanicam leucam constituant. Secutus eo Canisium Stanislaus tanta alacritate animi, quanta iter inceperat ; non ad vires fractas iam et debilitatas, non ad defectum, quem patiebatur, viatici advertens, vel quae retro fuerant acta laborum et aerumnarum obliviscens, reliquum quod restabat emendicatis suffragiis confecit, magna paupertatis probatione : nam Ioannes Peletius non exiguae in Societate Iesu auctoritatis vir, quam a doctrina et vitae probitate merebatur, id innuit in ea, quam coram episcopo Danensi,

Coloniensis archiepiscopi vicario, in anno 1606 fidem fecerat, nimirum se beatum Stanislaum omni auxilio destitutum et sine nummis Dilingam venientem novisse. Excepit grate hospitem Canisius et ut tantae, quam tam ex litteris Patris Antonii legerat, commendationi, quamque ipse expressam in vultu primo intuitu coniecerat, virtuti campum subministraret : in collegium S. Hieronymi inter convictores decedere iubet, mensisque ac culinae officiis inservire. Haec quies debebatur peregrino tali, qui nonnisi tum quiescere se censebat, cum mortificandi sui ipsius occurrisset occasio. Tanta id alacritate suscepit Stanislaus, quanto amori sibi humilitas fuerat, tot exemplis ab eo illustrata, qui cum in forma Dei esset nec rapinam arbitratus se aequalem Deo, formam tamen servi accipiens, in medio nostri fuerat tanquam unus qui ministrat ; tanto obibat fervore, quanto desiderio vel pro talibus obsequiis, ut nobili Iacobo Rachel pro eo quod in domo servivisset Labani *(Gen. 29)*, Societatem sibi cessuram sperabat in mercedem ; tanta facilitate absolvebat abiecta omnia ministeria, ut illi parva ac pauca omnia viderentur, prae amoris in praeconceptam religionem magnitudine. Sed non incongruum censebo, si quomodo auctor vitae Petri Canisii id scripserit, feram. Sic ergo ille : " Cum ita P. Canisius constringeretur de una civitate in aliam transire, non omisit invisere collegia suae curae commissa et solari ; atque Dilingae reperit adulescentem Stanislaum Costcam Vienna profugum, qui sub directione Dei postulabat cum magno fervore admitti ad Societatem Iesu, et ibi illum suscepit cum magna caritate. Et quia fervens adulescens demonstrabat sitim extraordinariam humilitatis et crucis Salvatoris, licet fuerit de prima nobilitate polona, prudens provincialis, quod in illo pectore fuissent firmiter radicatae et stabilitae radices spiritus divini et contemptus omnis magnitudinis humanae, destinavit illum ad servitia convictorum Dilingensium ; ubi in illa abiectione et demissione sublimis humilitas Stanislai excitavit in omnibus admirationem, cum fuisset verissimum, quod S. Hieronymus scripsit : *Lucet margaritum in sordibus et fulgor gemmae purissimae etiam in luto radiat.* „ Haec Iacobus Fuligati italice ; quae et Mathaeus Raderus in eiusdem Canisii vita latine ante scripta, descripsit adiungens in haec verba : *Potest Dilingana nobilitas non iniuria tam sancto hospite gloriari, qui tam illustria virtutis exempla in illa domo reliquit impressa* (1). Sane quotquot illum inibi hisce piis attentum muneribus viderunt (ut memoratus Peletius aliique), magnis laudibus praedicarunt, ita ut hucusque vox ea illa in urbe sit celebratissima

(1) Quam sui memoriam Dilingae reliquerit, vel ex eo patet quod, nuntio de eius morte vix accepto, mox cubiculum, quod inhabitaverat, in sacellum converteretur.

et in sacello domestico picturis posteritati tradita conservetur. Pulchrius tamen se calamo depinxit ipse Apelles beatus Dilingae Viennam scribens amico.

Litterae Stanislai ad Ernestum.

Perillustris ac magnifice Domine, Domine ac amice observandissime.

Plurima a me sit salus M. D. V. Ego iam beneficio Dei optimi maximi, et orationibus Matris Dei Virginis intercedentibus, sanus medium iter confeci. Iesus meus et Virgo mater mea plures mihi cruces socias in via dederunt. In proxima via Viennae assecuti me aulici duo mei; quibus ego cognitis, ad proximam silvam me recepi et sic eorum impetum elusi. Superatis multis montibus et silvis, circa meridiem dum pane reficio fessas vires ad limpidissimum fontem, ecce sonitus equi! assurgo, equitantem circumspicio, et ecce Paulus frater! equus spumat vultusque fratris sole ardentior. Hic ego in quanto fuerim terrore, quid putas, mi Erneste? Cumque mihi modus fugae eius impetu ereptus fuerit, steti; ressumpto animo prius ad equitem accedo, eleemosynam supplex peregrinus rogo. Inquirit ille fratrem, describit habitum, corporis staturam, vultum ait mihi simillimum fuisse. Respondi prima luce illum hac transisse. Ipse nihil moratus, concitato calcaribus equo mihique nummo deiecto, viam acceleravit. Sanctissimae Virgini Mariae matri meae gratiis solutis, ut insequentem vitarem, ad proximam me specum recepi; in ea tantisper commoratus, repetii iter. Accipe et aliud malum, et quibus me crucibus Iesus meus donat, vel hinc disce et lauda mecum eundem. In urbibus et pagis conciliarat frater pecunia vigiles ad portam, qui profugum fratrem notarent, examinarent, interciperent; sufficiens eius descriptio omnibus data. His cum angor, ecce vir ex ordine Societatis Iesu Viennâ Dilingam ex maiorum nutu pergit; ab hoc agnitus, explico causam viae, mutati habitus, fratris insequentis; obices, quos intellexi in portis oppidorum, enarro. Quare ab eo assumptus primas et secundas excubias in curru elusi. Dilingam me vexisset, nisi animus nesciri et pati pro Iesu meo in via cupiens contradixisset. Tandem superatis tot malis, Dilingam perveni, ubi a patribus Societatis amantissime susceptus, ibidemque R. P. Provinciali praesentatus, a quo opem desideratae admissionis obtinui. Mi Erneste, si scires quantis gaudiis animi gestio! inter cacabos et scopas caelum mihi est. Rogo te, ubi praesentem epistulam acceperis, ora, ut me pluribus afflictionibus, crucibus Iesus meus dignetur amare et inter sanctos suos servos peccatorem servulum habere. Et tu mi

Erneste, sis constans in tua sancta vocatione. Ego ad limina apostolorum non obliviscar tui. Perillustris ac M. D. V^{ae} amicus et servus.

Stanislaus Kostka.

P. S. Nuper festinantius accinctus ad viam, descenderam ad aram nostram S. Barbarae valedicturus ei brevibus precibus. Cilicium et disciplinam, quam domo mecum extuleram manibusque prensabam, reposui ad dextram partem arae in angulo et oblitus sum. Mi Erneste, saluta a me illum cubicularium meum, qui arcanorum nostrorum conscius est; iube ut inquirat, utatur eis et oret pro me.

Aliquantisper in tali virtutis exercitio detento a prudentissimo magistro Canisio, partim ut videret, si quid novi post eius Vienna abitum tentatum non fuisset, ut in simili factum inibi audierat, partim ut commoditatem eum transmittendi Romam praestolaretur, partim ut oculatus eorum, quae sibi litterae de probitate Stanislai referebant, testis (id quod in Evangelio de magistro virtutis Domino, dissimili quidem occasione, non dissimili tamen materia, apud Ioannem, 42 dictum fuit: *Quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audivimus et scimus quia hic est Salvator mundi)* potuisset affirmare " Stanislao non illustrissimis tantum natalibus virtutem respondentem inesse, ex testimoniis concludendum; sed quia ipse audivi, vidi, scio quia hic est sui et mundi contemptor „. Expediebat Canisius aliquos sociorum Romam; iis Stanislaum adiungit, existimans in illo theatro orbis, virtutis et sanctitatis personam illum agere potuisse, datis ad generalem Borgiam litteris, ex quibus haec tantum Sachinus pauca, qui eas legerat, recenset. Ita demum se gessit, ut brevi omnium in se converteret oculos, nec solum mire patribus in vocatione constantiam et fidelitatem in ministerio probaret suam, verum etiam magnam concitaret de se exspectationem. Plura in autographo Canisii, quod Dilinga Monachium redux 25 septembris anno 1567 exaravit, a me lecta revelo.

Admodum R^{do} in Christo P. Francisco Borgiae, Praeposito Generali Societatis Iesu. Romae.

Tertius mittitur Stanislaus Polonus, nobilis, probus et studiosus adulescens, quem Viennenses nostri novicium recipere ausi non fuere, ut ne familiam eius exacerbare viderentur. Cum venisset ad nos, et cuperet explere votum diuturnum (nam ante annos aliquot se Societati, priusquam admissus esset, plane devovit) Dilingae in convictorum collegio fuit probatus ad tempus, seque in ministerio fidum et in vocatione constantem semper praestitit. Optabat interim Romam mitti, ut a suis, quorum persecutionem metuit, longius abesset, maio-

resque proaressus faceret in pietate. Inter novicios nostros numquam vixit; quibus isthic poterit adhiberi, ut iustum tirocinii sui specimen praebeat. Nos de illo praeclara speramus. Neque moleste feret P. T., ut confido, hunc iniussum accedere: non solum quia haec mittendi occasio sese obtulit, verum etiam quod ipse, nondum a nobis omnino receptus, ita fieri desiderarat.

Repperi et alias iam post abitum Stanislai Dilinga ab eodem Canisio datas die 4 octobris 1567, in quibus ad proxime relatas commendationes, quas una secum portabat, haec duo minuta quasi in gazophylacium in virtutis Stanislai testimonium adiecit: *Superiore hebdomada misimus* (dicit ille) *Romam carissimos tres, Iacobum Genuensem, M. Reynerum Leodicensem rhetoricae professorem, et Stanislaum Polonum bonum et nobilem adulescentem.* Quibus respondit Borgias eodem 1567 a. in haec verba: „Pervenit etiam Romam frater Iacobus Genuensis, cum M. Raynerio, et Stanislao Polono, omnes sani.„ *Arrivo anchi a Roma il fratello Giacomo Genovese, con M. Raynerio et Stanislao Polono, tutti sani.*

Caput undecimum.

Romam veniens a Francisco Borgia generali receptus, primum in domo professorum, post in Collegio Romano ac tandem in noviciatu ad S. Andream montis Quirinalis collocatur.

Post longum atque adeo Dilinga 160 Germanicorum, 800 Italicorum miliarium, quod totum pedes confecit, iter, cum et Vienna 86 seu 430 Augustam et hinc Dilingam septem seu 35, ac in universum germanica 253, italica 1265 confecisset, Romam ac recta domum Societatis primariam una cum sociis, quos diximus, quasi votorum suorum metam, nobilis viator attigit mense octobri 1567, statimque cum litteris Canisii P. Francisco Borgiae tunc praeposito generali praesentatus — (venit vero 25 octobris, ut antiquus domus professae romanae liber, in quo nomina admissorum in Societatem in ea domo scribebantur notabaturque manu cuiusque subscriptum, quid secum attulisset quemque in Societate gradum initurus, hoc est scholasticorum an coadiutorum, esset, memorabatur; quem ego librum legi, et subscriptionem manu beati Stanislai factam in reverentiae meae in beatum adulescentem et affectus testimonium exosculatus sum et in processu Romano super virtutibus et miraculis facto iudicialiter produxi in haec verba: *Stanislaus Kostka Polonus venit domum 25 octobris 1566, fuitque examinatus ut indifferens, et*

cum nullum haberet impedimentum, obtulit se paratum ad ea omnia, quae sibi in examine proposita fuerunt. Attulit secum un feraioletto, un bavaretto velluto. Podpisał się* Stanislaus Kostka) — et ob debilitatas tanta peregrinatione corporis vires in non assueto caeli incommodorumque, quae secum viae longiores ferunt, iniuriis iuvene, aliquantisper cura illius restaurandi data. *Fueram tum* (inquit in praef. Recanatens. Stephanus Augustus, B. Stanislao familiarissimus et cui secretiora a Deo collata sibi dona aperuerat, ut dicemus suis locis) *Romae in domo professa, quando venit venerabilis Stanislaus Kostka Polonus, quod contigit anno 1567 mense octobri, vestitus pauperrime et valde debilis ob longum iter et teneram aetatem; unde necesse fuerat curam illius habere particularem antequam noviciatum cum aliis ingrederetur noviciis.* Quae adeo desiderata tantumque quaesita sors, in illum cecidit 28 octobris, die natali Borgiae, SS. Apostolis Simoni et Iudae consecrata, ut annumeraretur in apostolicae vitae tirocinio stadioque currentibus, prout antiquus liber intitulatus italice : " Liber examinum eorum qui ingrediuntur in Societatem ", in duobus locis ita loquitur per extensum; quod ex illo excerpsi, ex archivio S. Andreae noviciatus habito. In primo loco latine : *Examen Stanislai Poloni, qui venit die 28 octobris 1567. Indifferens. Ad quinque primas interrogationes nullum habuit impedimentum. Vocatur Stanislaus; attigit 18 annum; ex Pultovia civitate; habet patrem et matrem. Pater vocatur Iohannes Kostka, castellanus Iakrocimensis; mater Margaretha; habet tres fratres et unam sororem iuvenes; habet votum ingrediendi Societatem, iam est sesquiannus. Vacavit litteris per tres annos : primo grammaticae, 2° humanitati, 3° rhetoricae. Videtur habere bonum ingenium. Nullum habet impedimentum et est indifferens ad omnia, quae Superiores illi iniunxerint, licet sit in ministerio rerum humilium cum divino auxilio. Stanislaus Kostka.* — Quod et paulo inferius notatum italicis verbis in secundo loco : " Stanislaus Kostka Polonus venit ad Societatem pro indifferente die 28 octobris 1567 ". Et in margine : " Fecit vota ". Et infra iterum italice : " In coelo. Mortuus 15 aug. ante diem, 1568 ". Dixit autem " ex Pultovia civitate " ob vicinitatem loci, Rostkavo magis praecipuum locum nominans. Ut vero dubium facile cuipiam oriundum eximatur, quod in hisce antiquitus notatis libris pluries solum sit Stanislai nomen absque cognomine, quod cum alicui alteri convenire possit, ita quoque dicta de quopiam altero sint; hoc illa, quam ipsius B. Stanislai conovicii fatentur, diluit ratio, nimirum illum hocce solum nomine fuisse ab omnibus indigitatum, dum viveret: " Stanislaus Polonus " *(Ut proces. Bononien.)*

Deerat tum adhuc Societati Romae probationis domus capax et sufficiens tantis ac tam celebribus, quos magnus Paterfamilias

* *i. e.:* Subscripsit se

primo illo mane vocabat mittebatque in suam novellam hanc vineam, operariis; quare in pluribus locis distributi exercitabantur. Praecipua pars et quasi tirocinantium corpus residebat ad S. Mariam de Strata dictam, ubi etiam nunc est domus professa, omnium aliarum provinciarum et domorum Societatis mater, propter Farnesianam basilicam, imitatrice pietate patrui sui Pauli III, qui Societatem Iesu primo exortu susceperat, confirmarat et amplissimis auxerat privilegiis, a nepote Alexandro Farnesio cardinali et S. R. E. vice-cancellario aedificatam, mutato cognomine appellatam Iesu, ab Odoardo cardinali Farnesio magnifice extructa; alii ad S. Andream in monte Quirinali, loco statim ab initio pro eo capessentium religiosam disciplinam exercitio, destinato, sed quia stricto, a paucis tunc sub Iulio Mancinello in anno 1566 inhabitari coepto. Insuper aliqui mittebantur ad Collegium Romanum ad exercenda munia abiecta ultra illos, qui absoluto primo noviciatus anno studiis dabant operam. In omnibus hisce praecipuis Societatis domibus aliquantisper substitit Stanislaus, ut omnes sua praesentia sanctificaret, exemplo relicto ad virtutem accenderet. Iam in primo ingressu in domo professa receptus, servilibus ministeriis exercitatus aliquantum in collegio et tandem ad S. Andraeae noviciatum a beato Borgia remissus *(proc. Recanast., liber antiquus noviciorum in domo profes.)*, divina sic disponente Providentia, ut inibi non exemplum tantum virtutis relinqueret et sanctitatis, sed etiam sacris corporis sui relictis exuviis, incipientibus viva imago esset in brevi expleri posse tempora multa, posse finire bene qui coepisset bene, et aetati modicae inesse posse quod a senibus venerationem requireret. In professorum domo cura noviciorum Alphonso Ruiz, in S. Andreae Iulio Fatio paulo ante e Lusitania, ubi multos annos egerat, in Italiam revocato, qui statim post mortem Vitam B. Stanislai scripsit eandemque lusitanico sermone in eandem provinciam socios ad similem fervorem accensurus transmisit; quam in collegio Conimbricensi asservatam et eiusdem urbis archiepiscopi auctoritate extractam et in Sacra Rituum Congregatione una cum aliis instrumentis, iuribus, processibusque productam supra dixi, dum de iis, unde scribendi materiam acciperem, loquerer. Uterque istorum, viri virtute prudentiaque praestantes, magnisque in Societate muneribus et editis in lucem libris notissimi. Praefuerat et alius tum Iulius noviciis in ea domo, Mancinellus nimirum, vir virtute sanctitateque clarissimus et devotione erga Deiparam celebratissimus, qui tantisper eam disciplinam susceperat, dum Fatius adveniret; quem quoque Stanislai virtus et indoles mirifice recreavit et multo magis incitatissima contentio ad omnem laudem absolutae virtutis. Insuper et Ioannes Iacobus Bassus, qui etiam pro Fatio aliquantum suppleverat, beatique sanctitatem non levibus indiciis probaverat et exinde

mortui ac in feretro repositi pedes cum devotione et reverentia osculatum fuisse fatetur. Plane felix tunc religioni annus ibat, quando romanum tirocinium veluti recens plantatus hortus novellis plantis floruerit, ut pauca notari possint tempora pari egregiorum alumnorum proventu. Aderat inclitus divinae scientiae doctor Franciscus Turrianus, is qui Romae inque concilio Tridentino, quo pontifex Pius IV in suis eum theologis miserat, multasque apud nationes disputationibus atque editis voluminibus celebris, prope sexagenarius ex tanto subtilitatis et sublimitatis theologicae magistro obsequentissimum sanctae et religiosae simplicitatis se discipulum fecerat. Aderat alter Stanislaus, Polonae item nationis, e Varsovitiorum nobili familia, qui cum regi a secretis collegarumque in eo munere princeps fuisset, recusato episcopatu aliisque, quibus abundabat, ecclesiasticis abdicatis honoribus, polonica imprimis ac romana aula mirantibus, non modo se, sed etiam e sua familia aliquot pellectos Societati tradiderat, ex regum obsequiis se sub vexillum crucis recipiens; de quo etiam dixi, quod primus Vitam beati litteris consignaverit. Aderat et Franciscus Leonius, Hieronymus Isuntia seu Olavius; ille iuris pontificii notitia clarus, ex eorum numero iure consultorum, qui pontificio iussu Gratiani Decretum recognovere; hic, Martini Olavii doctissimi viri germanus frater, dives et honoratus sacerdos, indeque ab urbe Victoria Romam profectus, ut Societatis spiritum e Romano, ubi ortus fuerat, fonte hauriret. Aliis, ne immorer, praetermissis, quibus paucos post menses se adiunxerat Rudolphus Aquaviva, Hieronymi ducis Atriae filius, iuvenis plane angelicus, cui numinis benignitas reliqua ornamenta etiam martyrii glorioso stemmate decorare et consecrare dedit in India. Aderat Claudius Aquaviva, quintus post Societatis Iesu praepositus generalis, Rudolphi patruus et nominati ducis Atriae frater, qui ex cubiculario honorario pontificis Pii V summe gratioso, amplissimos honores, quos habebat in proximo, et cuncta mortalia arbitratus ut stercora, ut Christum lucrifaceret, evangelicae nuditati crucique postposuerat.

Talium ac tantorum virorum numero adiunctus Stanislaus, veluti inter gemmis adornatam coronam insertus lucidus adamas, ut simul de supernae vocationis bravio in agone contenderet, cucurrit, immo et praecucurrit prior sicut ad monumentum, ita et ad praemium et coronam. Hanc de eo, tomo litterarum 1567[mi] ultima decembri ad provinciam romanam Roma datarum fol. 4 memoriam legi; ubi superius memoratos ceterosque alios descripsit, ait in margine : *Stanislaus Kostka quintus est, alter Stanislaus nobilissimus, qui Viennae litteris dans operam in nostro collegio, ibique non receptus, quod a patre suo licentiam non haberet, venit per Superiorem Germaniam Romam semper quasi pedes, et secundum probationem, quam facit, potest de*

illo sperari omne bonum. Primum sub ingressum, Stanislaus traditur Claudio Aquavivae, quamquam recenti discipulo tamen iam ad docendum maturo, exercitationibus spiritus de more excolendus: verum cum ad prima fere verba de rebus divinis ille resolveretur in lacrimas, aiebat Claudius accipiendi potius quam tradendi exercitationes eas impositum sibi munus. Quanto eas fervore animique ac spiritus contentione aggressus, testantur ea quae anno 1567 die septima Novembris ex iis manu sua exaratis reliquit, quae ut inventa sunt ac Sacrae Congregationi praesentata, de verbo ad verbum alibi ponenda reservo. In eo secessu Stanislaus a pueritia ultima repetitam confessionem cum patre Ruizio instituit; ex qua quid testimonii post obitum Stanislai reliquerit Ruizius, locus suus referet. Accepit post brevi a patre suo Iohanne Kostka Zakrocimensi castellano, indignabundas litteras, quod se inscio statum talem ac taliter arripuisset; ad easque respondit. Utriusque * ponenda suis quaeque locis. At et ubi in collegio tantisper, ut dixi, substitisset, cum Borgias novam illam S. Andreae noviciorum domus plantationem incepisset, inter alios Stanislaum quoque destinavit, ut in illo constitutus colle caelo propior esset, qui moriturus erat prior. Ubi paucorum mensium spatio interiecto, e vita plenus non tam dierum quam meritorum migravit, ut dicendum nunc in eo est, quod sequitur

* *supple:* epistula.

Caput duodecimum.

Decem mensibus in noviciatu transactis, sancte ibidem moritur et in nova ecclesia S. Andreae primus sepelitur.

Quia distributionem huius meae narrationis talem esse volui, ut separatim de Stanislai virtutibus agerem, ideo hic quid et quomodo Stanislaus egerit in tirocinio, non recensebo singulariter; ea tantum iterabo, quae ex historia Societatis a Sacchino generatim enuntiata excerpsi, pro fundamento dicendorum in particulari servitura. *Ad ultimum,* ait ille, *translatus Stanislaus in collem Quirinalem ad S. Andreae, ita cunctis in rebus absolutam honesti formam tenore aequabili expressit, ut usitata domesticae disciplinae munia obiens, quendam iis splendorem praecipuum, quandamque praeter solitum lucem adderet, sic ut etiam, ubi nihil nisi id, quod ceteri, faceret, videretur tamen plura facere et ampliora, quam caeteri. Et scilicet faciebat; cum potius quemadmodum quam quid agatur intersit; ac saepe qualitas operis in opus evadat. Erat itaque vivum omnibus cunctarum laudum exemplum; nec dubitabant noviciorum ductores etiamnum superstitem palam pro forma ceteris ad imitandum proponere.* Cum

tali conatu et perfectione spiritus perexiguo tempore longissimum spatium virtutum emensus, destinatum apprehendit bravium. Decimus currebat mensis post suum in religionem ingressum, cum die S. Laurentio sacro, morbo adeo levi correptus, ut a medicis quasi non aestimaretur, commotiunculam magis quam febrim censentibus aut quidquam cura dignum; quo ter revertente, diebus quattuor in lectulo detentus, post meridiem pervigilii assumptionis Deiparae languore ac sudore gelido occupatus, labentibus concidentibusque viribus, deliquio sanguinisque fluxu non procul a meta fuisse cognitus; atque sic sacramentis munitus, iterataque quater confessione sanctam illam animam expians, et cum sanctus esset (*de morte Apoc. c. 22*), sanctificans adhuc, adstantibus sibi sociis, inter Iesu et Mariae nomina ac sacras preces, cum absque eo quod loqueretur, clausis oculis aliquantum quievisset eosdemque paulo post apertos huc et illuc dulci subrisu ac labiorum motu circumegisset, altera manu rosarium et quaedam piacularia grana, altera sacrum cereum sustinens, humi ut desiderabat positus, hora post mediam noctem tertia, ut Iulius Fatius rector illius asserit et Stanislaus Varsevitius, qui ei morienti semper astitit, ea hora illum spiritum Deo reddidisse ait, qua Dominus et Salvator noster ad gloriosissimam Matrem suam morientem excipiendam cum angelis e caelo scribitur descendisse; — et in codicibus quoque, in quibus defunctorum ad S. Andreae ac per totam Societatem, memoria conservatur, Stanislai migratio die 15 augusti, quae eo anno in diem dominicam venerat, notatur, — terrae desiit vivere, caelo coepit. Aliquibus tamen historicis, quin testibus, placuit diem 14 obitus appellare, ob id quod nocte diem 15 antecedente excesserit. Ii vero si ad horam noctis reflexissent, procul dubio diem assumptionis Deiparae et obitus Stanislai eundem, ut ipse desiderabat, decimum quintum Augusti nuncupassent verius et certius. Adeo vero leniter felix ille animus a suo corpusculo, quod fidelissimum socium atque administrum habuerat, segregatus est, ut plane ostenderet, quam studio nihil illi haereret, eique tam vividum colorem, oculos usque eo nitidos reliquit, ut astantes migratio fefellerit in tantum, ut Varsevitius referat ibidem, unum ex fratribus tali specie commotum imaginem illi ob oculos ponere voluisse. Venustissima haec forma supermansit in ore demortui, etiam in feretro quasi leniter et dulce renidentis. Annus idem mortis illius fuit, qui natalem beati Aloysii diem tulit, quasi pro Stanislao Aloysius mundo veniret et Societati crearetur, ut optime quidam distichis comprehendit. Fecisse illum solita fieri in Societate vota, in veteri noviciatus libro, de quo superius memini, repperi adnotatum; an vero haec religiosa an devotionis, ut vocant, fuerint, non expressum. Pro utroque certare potest ratio in Societate haberi solita, ut novicii morituri vota pro sua maiori spiri-

tus consolatione emittant ante mortem, et illi qui sani sunt, post unius decursum anni aut citius, prout id sibi a superiore concessum aut concedi visum fuerit, privatim solis ipsis et patre spirituali vel magistro noviciorum conscio emittant, eandem votorum formulam, quae expletis probationis annis adhiberi solet, enuntiantes, qua se ad paupertatem, castitatem et oboedientiam adstringunt, devotionis vota appellata, quod ut *Constitutionum* parte 3 * ex devotione id faciant. Et ferventi Deo serviendi ardore in Stanislao considerato moveor ad credendum, illum vota devotionis fecisse non exspectato periculo mortis; cum et in eodem proxime ante * libro, dum aliquorum simile factum recensetur, dicitur : *Fecerunt vota conformiter ad constitutiones Societatis novicii cum licentia, secrete coram Domino;* et ille in litteris ad patrem se ab iis Deo factis non recessurum protestatur. Et si forte id omissum fuisset, magistri, quem tunc habebat, Fatii experientia per multa in religione munia obita adducor, ut non contradicam * morienti Stanislao, quo magis cum Deo et religione per vota unitus decederet, pro maiori consolatione in re tam desiderata indulsisse. Neutrum tamen affirmo, nisi id quod inveni refero, lectori relinquens iudicium ferendum de tempore, cum res in se per actorum scripta * transierit in iudicium.

* *Constit. Soc. Iesu*, part. III, cap. I, litt. d.

* *supple* memorato.

* *supple* eum..

* *supplenda videtur negatio:* non transierit.

Fuit illi statura mediocris et apta, dignitate cum venustate permixta, os vultusque angelicus, color prope candidus, virgineo rubore aspersus in genis, capillus modice ex nigro flavescens, faciei figura rotundior, oculi nitidi sed prae copia sanctae dulcedinis, qua cor assidue colliquescebat, umidi interdum ac lacrimabundi. Qui de facie illum noverant aiebant effigiem, quae circumfertur coloribus expressa, quaeque Romae ad domum probationis S. I. in templo S. Andreae, ubi beata eius ossa requiescunt, proposita est, non aberrare multum a vera. Hoc verum decorum domicilium integerrimo ac praestantissimo animo caelestis faber aedificavit, Claudiusque (ut ex Patris Ioannis Baptistae ore accepi, qui id se ab eodem habuisse affirmabat) ob venustatem, qua a natura et gratia fuerat efformatus, angelum ore, corde et opere post mortem vocitabat.

Datus postea ibidem terrae est, et cum nondum quispiam in noviter aedificato S. Andreae templo sepultus fuisset, primus ille quasi in fundamentum positus et in consecrandum ceteris secuturis humum, ut astans sepulturae unus pie non minus quam vere dixisse refertur a praesente canonico Cracoviensi Lasorio: *Bonum,* inquiens, *fundamentum posuimus. Quando vero iam huc devenimus cum beatissimo iuvene, quo omnium nostrum iter viaque ab ortu contendit?*

Non alienum esse duxi aliquantisper illam, quae irrepsit, malevolorum malignitate et innato quopiam contra Societatem odio eiusque honorem carpendi studio sparsam in vulgus fabulam diluere, quasi

B. Stanislaus extra Societatem domumque probationis S. I. in hospitali nationis polonicae a B. Stanislao appellato aut quopiam alio in urbe loco vita functus sit, eo quod vel ob infirmitatem ex Societatis domo relegatus esset, vel ad eam non admissus. Hanc falsitatem licet forte cuipiam videretur silentio magis quam rationibus refutanda, cum nec ullo innixa sit fundamento et falsitas mole ruat sua, nihilominus tamen partim maiorum exemplo — nam et p. m. R. P. Mutius Vitellescius, sextus Societatis generalis, publicum super ea re testimonium facere non dubitavit, quod hic ex Societatis archivio depromptum apponam et Leopoli in processu super cultu formato productum fuit — et cum id famam partim Societatis, partim beati iuvenis calumniose proscindat, tanquam pro re gravissima certandum est.

Et sane cum Societati tanta sit semper, et ab ipsis S. fundatoris Ignatii temporibus erga infirmos domesticos fuerit caritas, ut fere nihil magis superioribus in eorum regulis commendetur quam talium cura, non absque iniuria dici potest eam tunc hunc defectum passam, sub adeo sancto moderatore beato Francisco Borgia, sub illiusque latere, ut iuvenem adeo nobilem, adeo sanctum, ad primam levissimi morbi iactationem domo expedierit et ad hospitale quodpiam delegarit, exemplo numquam in Societate audito, quae gravissimis diuturnisque infirmitatibus pressos usque ad ipsam feralis sepulcri requiem benigne amplectitur et fovet. Quis umquam pro hac veritate auctor? nisi forte trivialis blatero, qui sibi tunc gloriosus triumphare videtur, cum famam innocentum per calumnias calcat. Quis, inquam, auctor? Cum non in unius nec duorum aut trium testium, sed centenorum fere oculatorum iurato ore contrarium sistat, qui infirmo et morienti astiterunt, sepulturae adfuerunt, in eadem domo hac luce functo cohabitarunt. Historicorum nullus, qui recentissime post obitum vitam et praeclare res ab eodem gestas luci dare, ut coeperunt ab anno 1570, ita ad haec usque tempora (quorum elenchum in principio huius operis per annorum seriem annotatos reperies) continuando, tanti defectus facit mentionem. Unus tam grandem falsitatem affinxit, sparsit in vulgus; qui cum suum virus evomere aliter, quod in Societatem alebat, non posset, nec se (nemo vero laeditur nisi a seipso) malignius vindicare, tali fabula coloratum virus et vindictam evomuit; a quo postea errore per paenitentiam abductus sed sero, sicut ille qui, cum iam incendisset domum, a flamma occupatam restinguere conatur. Sic in hoc genere loquitur generalis Mutius.

Beatum Stanislaum Kostkam extra Societatem fato functum in nosocomio nationis Polonicae ad D. Stanislai nuncupato, eam habet plane rationem, quam excessisse illum e vivis duodecim post annis, quam vivere desiit. Constat quippe, quo anno beatus Stanislaus Romae defunctus est, nempe 1568, nedum nosocomium aut hospitium,

sed ne aedem quidem D. Stanislao sacram, cui ipsum nosocomium modo coniunctum est, in eadem Urbe exstitisse. Anno demum 1580 qui a morte beati Stanislai duodecimus est, utrumque a fundamentis exstructum esse, urgente nimirum apud Gregorium XIII cardinali Hosio, vulgo Varmiensi, et hoc officio caritatem erga patriam et nationem suam benigne contestante. Exstant haec publicis tabulis consignata, quae in eadem aede una cum diptycho bullae pontificiae authentico asservantur; in quibus praeterea legas huic aedificationi cessisse solum paroeciam Salvatoris, hancque in eam, quae proxime distat, S. Luciae fuisse transcriptam unaque incohatam dictam habitationem die augusti 18 anno eiusdem 1580. Quam porro est incredibile, si nosocomium ante hoc tempus exstitisset, permissuros Polonos, ut transferretur ad Patres Societatis beatus Stanislaus apud se defunctus, filius senatoris, perpetuae in Urbe venerationi sibique magno honori et praesidio futurus. Hoc semel constanter affirmato, non est ut in altero laboremus, fuisse nimirum beatum Stanislaum Kostkam e Societate Iesu novicium et Romae in tirocinio Societatis eiusdem ad S. Andreae obiisse die 15 augusti 1568 ibidemque sepultum esse, hodieque publica veneratione celebrem servari. Imprimis enim vetustis tabulis tirocinii habetur eius in Societatem admissio, chirographum legitur, quo illam obsignavit, dies obitus accurate notatur. Testatur hoc idem liber memorialis domus professae romanae in archivo servatus, qui defunctorum in Societate nomina omnia diesque emortuales describit. Denique testantur instrumenta episcoporum ad promovendam canonizationem actionibus sex sive processibus authentice confecta, in quibus multorum auctoritates adducuntur invisentium Stanislaum in lecto decumbentem et postea defuncti et elati manus opinione sanctitatis abunde deosculantium. Postremo vitae historia summa fide scripta religiose, ut solet, censita, edita et maiorum auctoritate publici iuris facta. Haec, inquam, omnia manifeste produnt, cuius sit fidei libellus, quo nuper in Polonia vulgari coeptum est, beatum Stanislaum extra Societatem defunctum esse. — Hucusque P. Mutius. In memorato defunctorum libro haec verba sub anno 1568 leguntur italice : "Die 15 augusti fuit commendata anima fratris Stanislai... Poloni defuncti ad S. Andream. Romae die supradicto 1568, et per totam societatem. "

At vero etiam oculati testis vitae ac mortis, Claudii Aquavivae, quinti itidem Societatis Iesu generalis, viri sui temporis inter primos auctoritate, sapientia, virtute connumerati, tale publico datum typo Romae anno 1617 in vita beati tunc reimpressa legitur testimonium.

Claudius Aquaviva Praepositus Generalis Societatis Iesu. Cum vitam beati Stanislai Kostcae de nostra Societate a Francisco Sachino nostrae eiusdem Societatis sacerdote latine italiceque conscriptam designati

per nos patres viderint atque de gloria divina fore iudicaverint, si edatur in lucem, facultatem concedimus, ut typis mandetur, si Rmo D. Vicesgerenti et Rmo P. Magistro S. Palatii videbitur. Quod eo libentius concedimus, ut hoc obsequium memoris devotique animi documentum sanctissimo fratri ac tirocinii nostri commilitoni reddam. Placuit enim summae bonitati, ut spectatores essemus vitae eius innocentissimae et exemplorum in omni virtute ac praesertim in oboedientia et oratione coniunctioneque cum Deo et caritate perfectissimorum, et aliquanto etiam interius usu eius sanctissimo frueremur, ac propius inspiceremus thesauros caelestium gratiarum, quibus benedicta illa anima plena erat. Itaque quae de vita in religione a sancto adulescente acta in hoc libello, quem et nos vidimus, narrantur, ea non auditu solum et aliorum communi fama ac testificatione, sed pluraque etiam usu et experimento nostro ut oculati testes vera ac certa esse affirmare possumus. In quarum fidem litteras has manu nostra conscriptas et sigillo nostro munitas dedimus. Romae 10 iulii 1612. Claudius Generalis Societatis Iesu.

Appono hic ea quae in litteris 28 decembris 1568, quas annuatim dari ad generalem et totam Societatem moris est, ex provincia romana manu patris Ioannis Polanci conscriptis idiomate hispanico tomo litterarum sub titulo: “Italia 1568„ fol. 9 repperi, et ibidem proxime in italicum sermonem relatae sunt fol. 20; in quibus ille vir tantus, supremo etiam post mortem B. Borgiae interregno Societatis gubernaculo clarissimus, scripsit: “ Sustulit nobis ad collegium caeleste, sicut speramus, divina bonitas unum sacerdotem cum decem fratribus. Sacerdos fuit Hieronymus Vanegas etc. Illum secuti tres novicii anni praeteriti: hi sunt Stanislaus et Ioannes Poloni etc. „ Et paulo inferius: “ Multa haberem dicere de istis benedictis et specialiter de Stanislao Polono, iuvene nobili, et magis animo quam sanguine, propter hoc quia, sicut vita ipsius fuit rari exempli, ita sua mors fuit notabilis aedificationis. Sed supersedeo a scribendo, quod sint iam scriptae litterae particulares. „

Horum virorum adeo celebrium ac de visu ac scientia certa testificantium auctoritas omnem falsam opinionem eximere sufficiens est apud ratione pollentes. Neque opus est mihi, quod tamen in promptu est, aliorum testimonia adducere, quae a Sacra Congregatione Rituum sanctaque Apostolica Sede in anno 1618 tanti sunt habita, ut decreverint ad canonizationem beati Stanislai procedi potuisse; sicut per commissionem Pauli V pontificis Rotae auditoribus directam processum est. Quid de auctoritate veritateque fidei Stanislai Varsevitii? Quid de Petri Scargae? quorum utriusque si generis nobilitatem, abdicatas ecclesiasticas, in quibus antequam Societatem ingrederentur, fuerant ultra quam aestimati, dignitates, si doctrinam et vitae probi-

tatem spectes, lumen aliud tenebris obscuraeque caligini non opponas. Ille beati conovicius, morienti praesens, patri fratrique Stanislai litteras consolationis statim dedit vitamque plenam virtutibus Deique admirabilis donis misit. Alter in ea, quam polonico sermone conscripsit et typis evulgavit, ait se unico post Stanislai mortem mense Romam venisse (quod et in contione funebri eiusdem Petri Scargae encomiastes Fabianus Birkowius O. Pr. affirmat, et alii, qui de eo tractarunt, adiciunt) sancto suorum commilitonum coetui adfuisse calentemque ac fervidam adhuc memoriam Stanislai vitae mortisque sancte obitae memoriam, non dico lectulum nondum frigidum, repperisse. Quid tot oculatorum testium qui dum extremis sacramentis viatici et unctionis muniretur, qui praedictioni mortis eo die obeundae, qui piissime morienti adfuerunt? Tot historicorum, praesulum omnisque condicionis et status adducam voces? Quid Sacrarum Congregationum Rituum decreta a me in hoc opere adducta? Quid ea, quae seorsim in hoc libro videbis citata? Quid synodorum regni Poloniae statuta, quorum una vox : " Beatus Stanislaus Societatis Iesu. "

* *supple:* testimonium.

Ultimum, meo quidem iudicio non leve, appono * confundens de caelo et ab ipsomet Stanislao propulsans falsitatis argumentum. Beatum nimirum Stanislaum omnibus, quotquot se videndum post mortem praebuit, ut dicetur, non in alio habitu quam Societatis comparuisse ; quem certe post mortem non assumeret, si eum illius perseverantia finalis non retinuisset. Sane gravem iniuriam beato huic iuveni facit, quisquis illum extra religionem, quam ipse ex voto tot laboribus totque sollicitis peregrinationibus inquisivit, ponere audet ac velut latro non iam in via, sed in termino et felici patria exsistentem, adeo cara et pretiosa veste spoliat, neque severae diei iudicii ideo evadit rationem. Haec ipsa calumnia magis veritatem confirmat ac in laudem redundat, cum, ut quidam typis asseruit, matris invidia in hoc laboret, patrique ac ceteris religionis suae luminibus assimiletur, quos invidia ac malevolarum mentium furor familiae suae eripere conari temerarie sacrilegeque ausa fuerat? Sed huic finem pono, alio me sanctitate beati adulescentis, cui utilius impendi et tempus et opera poterit, evocante.

Finem posuit et auctor fabulae, qui moriendo flens cecinit palinodiam, sigillo decani Calissiensis obsignatam : *In nomine Domini. Infra scriptus gestorum dictorumque infra scriptorum testis bona fide testor, me in aures meas audivisse illustrem ac magnificum dominum Adamum in Wyszyn Grodzicki, castellanum olim Moderecensem, quem cum adm. R. P. ordinis D. Francisci de strictiori observantia vulgo Reformati ex conventu Corinensi in mortem disponebam, erroneam quondam de statu sanctitatis B. Stanislai Kostka a se frivole conceptam, scriptam et in vulgus sparsam, nobis*

astantibus, revocasse simul et damnasse ore proprio opinionem. Revocationis eius verborum hic formalis fuit, qui sequitur, tenor: " Nic mię bardziey w sumieniu moim nie trwoży jako to żem się bezpiecznym jednym scriptem moim, które famosum sapit libellum, na wielkiego Przyjaciela Boskiego Błogosławionego Stanisława Kostkę targnął. Czego żałuję y pokutować chcę. Uczyniłem to, przyznam się, quasi justo titulo, chcąc się przysłużyć Stanowi swieckiemu, y dowieść że jako w stanie duchownym tak y w stanie swieckim człek może Bogu służyić imoże się poświęcić, a mamli prawdę rzec ad hunc zelum inordinatum subintraverat odium privatum contra Societatem. To mówiąc in lacrymas resolvebatur, ręce składając ściskał i załamował, obrazu tegoż Błogosławionego wołał, chcąc istam maculam per pia oscula et suspiria abstergere. To się działo w Wyszynie in loco obitus tempore aestivo dnia zda mi się czwartkowego. " *Hoc praesens testimonium scripsi et subscripsi, sigillo meo consignavi in villa Srebone Gorki ad requisitionem A. R. P. Ubaldini S. I. presbyteri. Anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo tertio, die ultima mensis decembris. Ioannes Domenzski decanus capituli Calissensis, parochus in Zrebne Gorka m. p. †.*

Quae polonice exhibentur, ita latine sonant.

" Nihil magis angit conscientiam meam quam quod periculoso scripto aliquo meo, quale famosum sapit libellum, magnum Dei amicum beatum Stanislaum Kostkam offendi. Paenitet me huius rei et volo paenitentiam agere. Feci, fateor, hoc quasi iusto titulo, volens officium exhibere statui saeculari et demonstrare, quod sicut in statu ecclesiastico, ita et in statu saeculari, homo potest Deo servire et se ei consecrare; et ut verum dicam, ad hunc zelum inordinatum subintravit odium privatum contra Societatem. Hoc dicens in lacrymas resolvebatur, manus iungens torsit et quasi confregit, postulavit imaginem huius beati, volens istam maculam per pia oscula et suspiria abstergere. Hoc factum est in Wyszyn, et reliqua. "

Caput decimum tertium.

De opinione sanctitatis de beato Stanislao adhuc vivente ab aliis habita.

Antequam de virtutibus, quas fama et opinio sanctitatis veluti solem radii et umbra sequi solent, dicam, de ipsa fama et opinione agere placuit. Nam et ex effectibus causae et ex radiis lucentibus sol conicitur, nec fama aut opinio absque fundamento virtutis esse solet. Vivens in saeculo adhuc dum studiis vacat Stanislaus, ob virtutem, quam praeferebat eximiam, laudabilem ac exemplarem pietatem,

omnibus recti aestimatoribus magnae omnibus admirationi et venerationi fuit, ab omnibus magnus servus Dei, aetate licet parvus, iudicatus; quod tum de seipsis tum aliis, quos probarunt, confessi sunt multi. Hoc singulare magister ipsius Theodorus Busaeus in processu Novod. prodidit, in laudem beati Stanislai viventis historias et carmina edita fuisse: iamque tum sanctus appellari coeperat, antequam de vita migrasset. Eandem opinionem omnes sui conovicii de illo intimis cordibus mentiumque affectibus aluisse fatentur ut ipsi eum tamquam exemplar ad imitandum sibi proponerent, et idem ut facerent, superiorum magistrique ac patris spiritualis documento adigerentur. Orationibus eius tantum ceteri tribuebant sociorum, ut in gravibus animi perturbationibus ad illum recurrerent, precibus se, quasi certo consecuturi, commendantes, quod cupiebant: nec spe frustrabantur, ut suo loco dicetur. Unde et sancta illorum concertatio fuit, ut ipsi oranti assisterent curarentque de industria propiores flectere (quod de se in proc. Vercell. clare Leonardus Magnanus his verbis affirmat : *In oratione,* inquit, *quaerebam, ut flecterem penes illum, ut me accenderem magis ad imitationem illius in divino amore),* quasi crederent illum divini ignis esse altare, ex quo spiraret ardor alios quoque inflammans. Alii vero ita se collocare intendebant, ut illum saltem intueri possent orantes, quod ipsamet illius intuitio ad interiorem compositionem attentionemque animi ad persistendum in unione cum Deo illos alliceret et iuvaret. Cernitur in sancti Andreae templo vicinum sepulcro beati Stanislai altare, in quo imago Deiparae illiusque evangelici mysterii, quo a tribus magis adoratus est Deus infans in cunis Bethlehemiticis, repraesentata historia. De ea imagine constans traditio in ea probationis domo est, quam a pluribus quoque gravissimis Societatis nostrae patribus Romae partim audivi, partim relata in romano particulari processu legi: Deiparae faciem ex viventis Stanislai facie sumptam esse, tantum quopiam ex domesticis patribus Stanislai virtutem adhuc viventis aestimante, ut existimaret in vultum reginae caeli effigiem ipsius ac pueruli infantis, in quorum amorem prae ea devotione, quam habuerat, iam abierat, transformasse, et sic ex filio matris faciem desumptam filium in matre optimo arbitrio honorare.

Caput decimum quartum.

De fama et opinione sanctitatis de beato Stanislao habita ab aliis statim ab obitu.

Non ea est iustorum quae impiorum sors, ut eorum memoria cum sonitu pereat, neque simul moriuntur nomina cum corporibus. Non est eadem aetatis et laudis illorum meta aut idem annorum finis et

gloriae; immo vero tum primum incipiunt nova multo felicioribus filis parcae texere vitae stamina et honoris. In occasu illorum consurgit aurora diuturnioris diei, quae numquam habebit vesperum; reflorescit in suis ossibus demortuorum cadaverum ad virescendum aeternum eorum gloria. Stellae istae firmamenti lucidiores sunt, si illas in nocte et umbra mortis inspicias, quam dum diem agunt in hoc saeculo. Resonant fama mutae illorum tumbae, quasi sonorae tubae, et illa, quam intus fovebant, amoris divini flamma transmittit ad posteros suas scintillas et lumen.

Obiit diem suum Stanislaus; exstinctam omnem putares lucem, et iuvenem annis sicut brevem vitam, ita de se non longam relicturum memoriam. Ecce vero quasi novum sidus tunc lucere coepit suaeque sanctitatis splendores diffundere, quibus ad suos honores excitavit non unum. Statim quippe ubi eum excessisse e vita cognitum est (quod fusius infra tractabo modo), ad exsequias ingens e collegio domoque professa accurrit sociorum numerus tanto motu, ut eum concursum sanctitatisque nomen admirans Franciscus Toletus, qui postea fuit cardinalis tuncque theologiam in Romano Collegio nomine magno docebat, dixerit: ***En adulescens Polonus mortuus est, cunctique ad cadaver eius festinant; nobis porro, ubi senes occubuerimus, quid fiet?*** Addit hic *(in proc. Recat.)* qui ex ore Toleti audivit, Stephanus Augustus: ***volens inferre quod propter suam bonam vitam reputaretur pro sancto.***

Praedicabat sub idem temporis in domus professae templo plausu non minore quam fructu P. Hieronymus Ottellus, vir probe litteris instructus et auctoritatis non modicae tam apud suos quam externos. Hic ubi primam contionis suae partem die Assumptionis Deiparae exsolvisset, antequam alteram prosequeretur, frequentem populum sic alloqui auditus (ut proc. Recin.): ***Finem ubi huic sermoni fecero, visitare amicum*** (Stanislaum indigitabat) ***demortum volo, quem paradiso insertum credo, ut hodiernae in caelos assumptae Dominae sollemnitati adesset.*** Ita continere eam, quam de pietate iuvenis pientissimi mentem domi conceperat, non poterat, quin de tali loco prima gloriae illius fieret praeconisatio nomenque Stanislai et virtus eodem, quo mortuus, die in pulpitis speciosis laudibus personaret.

Nec solum celebratum est funus, multis ad videndum sacrum illud depositum confluentibus, sed etiam praeter alios primarii e Societate patres pedes demortui tanquam sacras reliquias religiose exosculati sunt, varia inter se, ut in talibus occasionibus fieri usu experientiaque discimus, de variis donis ac favoribus a Deo concessis suo sancto detegendo, unusquisque quod sciverat recensentes. Illius statim reposcebant preces et supplicia pro se ad Deum vota; res, quibus in vita fuerat usus, reliquiarum loco expetebant, haesitque in animis

omnium tam dulcis sensus et teneritudo ex admiratione divinae clementiae talia in suis famulis perpetrantis, ut tum accumbentibus in mensa sponte fluerent lacrimae et memoriam reficiendae naturae rapax illa cogitatio exstingueret.

Denique propter singularem sanctitatis opinionem et conceptum, fuit illud benedictum corpus praeter Societatis morem, — is enim solis tantum generalibus aut aliquibus singulari virtute notatis viris honor dari consuevit, — in ligneo conditum loculo, qui discretas illas, ut aequum erat, ad posteritatis venerationem sanctas reliquias conservaret; licet tunc causa discriminis non esset, cum, ut dixi, in nova illa ecclesia primus ille de Societate sepultus sit. Accedit et illud ad eiusdem opinionis de sanctitate Stanislai conservationem, quod, quando aperiri post occurrebat sepulturam, ob quempiam demortuorum inferendum, expresse prohibebatur aperiri illud scrinium, in quo ossa Stanislai claudebantur, timore quodam sancto ea praecepta movente, ne sensim locus ille tanto thesauro spoliaretur. Ad latus epistulae maioris altaris terrae insertum hoc sanctum depositum servabatur; eo veniebant aliqui ac supra positis genibus pia lapidi superstrato dabant oscula, quasi ex inde spiritum sanctitatemque Stanislai hausuri, sacrosque cineres christiana reverentia veneraturi.

Mors iuxta ac vita eiusmodi visa est, ut censuerint patres, cunctae statim Societati, quod luculenter fecerunt, separata epistula nuntiandum participemque eorum, quae ipsi viderant, totam religionem faciendam, prout ex litteris Polanci tunc assistentis et secretarii superius innui. Quin et eadem de causa et Stanislai germano fratri Varsevitius plenas consolationis litteras dedit, se multum ex Stanislai morte aedificatum contestans. Paulo copiosius eadem in Lusitaniam Iulius Fatius scripsit sermone Lusitanico, summo ut apparet studio, tanquam qui gratissimae caelo animae divitias interius norat. Sed nominatus iam toties Stanislaus Varsevitius, tirocinii commilito, itemque Polonus, in ordinem vitam primus digessit. Duobus post annis carmine edita est in Polonia a Gregorio Samboritano in academia Cracoviensi professore, adscripto divi et sancti titulo. Brevi post idem fecere alii, qui eodem stili genere vitam resque gestas evulgarunt. Ubi etiam celebrius statim ab obitu coli coeptus, ita ut non defuerint ex eo regno, qui Stanislai sanctitatis nomine adductos se profiterentur, ut nomen in Societatem darent.

Stanislaus Kryski, palatinus Masoviae, nostri Stanislai avunculus, ut circa annum 1589 memoria proditum est, tantam erga nepotem suum venerationem conceperat, ut beatae illius dormitionis diem vigilia praecedente ieiunum semper transigeret; quae nunc etiam consuetudo in regno Poloniae a totis urbibus familiisque observata viget hucusque. Multo ante inceptam canonisationis curam conspi-

rata plurium liberalitas futuris praeparavit illustrationem honoribus. Nam argentea, quae continuo ante sepulcrum beati ardere cernitur, lampas et aliquot scutatorum millia multo ante provisa et quasi pro fundamento amplioris munificentiae cum affectu et pietate crescente in cumulum coniecta, tempori suo canonisationisque honoribus servitura.

Insuper imagines illius vulgari coeptae, ita ut et in regia Cracoviensi inter aliorum sanctorum patronorum effigies ille quoque depictus collocaretur. Est imago longitudinis non exiguae, pulchritudini loci plurimum accommodata, apposita epigraphe : Robur insuperabile regni ; in qua cum celeberrimorum regni patronorum e caelestibus concursus ad utriusque ecclesiastici et saecularis status, quo corpus reipublicae constituitur defensionem, sit exaratus, beato quoque iuveni nostro locus ille et campus datus est, quo pietate suorum clientum in sua confidentium ope advocatus cum ceteris caelo adscriptis civibus concurrens pro patriae incolumitate vires ac robur insuperabile adimpleat. Romae auctoritate legitima ex privilegio summi pontificis anno 1600 cum titulo beati radiisque impressa; quod et secundo, quarto, quinto et sexto itidem anno factum. Indiae, Mexicum, Brasilia, Peru nostris quoque partibus suae opinionis et de sanctitate iudicii expressa transmisere documenta, cum per tot maria terrasque effigies beati iuvenis inibi impressae ad nos devenere; immo sua pietate praeripuisse nobis videntur palmam : nam inibi iam ante dies obitus ipsius celeberrime obibatur, quam Romae publicus hic illi daretur honor. Constat enim anno 1604 diem hunc Indis solemnem fuisse, eximiis piae laetitiae demonstrationibus adiectis.

Primus fuit de Societate, qui titulum beati post mortem in illam intulit, quando anno 1602 et 1604 a Clemente VIII, famae sanctitatis populique in illum devotionis in Polonia conscio, dum legati apostolici ibidem munere fungeretur, ea appellatione in duobus brevibus honoratus et dies anniversarius eiusdem indulgentiis perpetuis nobilitatus.

Huc et illud spectat quod trium regum Poloniae Sigismundi III, Vladislai IV et Ioannis Casimiri feliciter moderni, Annae Constantiae, Caeciliae Renatae, Ludovicae Mariae, eorundem regum coniugum, instantiis una cum universo clero principibusque pro eius canonisatione continuo supplicatum; a pluribus congregationibus generalibus, quae totam Societatem denotant, statutum, generalibus commendatum ut eam procurarent.

Virorum illustrium sanctitate ingens erga illum affectus et sanctitatis aestimatio fuit, brevi postquam vita functus est. Claudius Aquaviva, quintus Societatis nostrae generalis, ubi sublevatum a pulvere sacrum illud corpus fuerat anno 1604, 4 iunii, cum toto assistentium

suaeque curiae comitatu illud venerari voluit, et ex professorum domo ad S. Andreae profectus, in sacrario piis osculis reliquias colens, suae quam in viventem habebat, propensionis ac in mortuum ac caelo insertum devocionis testimonium dedit, utque tandem sanctis illis exuviis tota noviciorum domus et praecipui quique ex patribus eodem tempore praestarent reverentiam, exemplo fuit. Rodolphus Aquaviva, Claudii nepos, qui ad illustria domus suae decora splendoremque natalium eminentem sanguine martyris tinctam purpuram in Indiis apud Salsettanos pro Christo fusi adiecit, tanto in Stanislaum, quem viventem coluerat, ferebatur devotionis affectu, ut pro mortui reliquiis e pulvere levandis honoratiorique loco reponendis, antequam in Indias abiret, instaret ardentissime tam diu, donec efficeret. Quod desiderium manifestandae Stanislai gloriae a Deo videtur fuisse Rudolpho immissum; tum enim dum illi obtemperatur, integrum Stanislai corpus repertum est, quod alias fuisset ignoratum.

Bernardus Colnagus, cuius vitam sancte actam admiranda, dum adhuc viveret, probaverunt, singulari pietate in Stanislaum ferebatur; quam ut demonstraret aliisque instillaret cum sensu, dum quadam vice in domo professorum Romae solitam a mensa cum noviciis recreationem perageret, ex tempore arrepto calamo, spiritu non tantum poetico (erat enim et in hoc genere insignis), sed altiori quopiam et ipse correptus, haec et laudis Stanislai et sui affectus adscripsit carmina, in processu Cracoviensi relata:

Stanislae, diem primus fulgoribus imples:
Una aurora tibi, vespera et una dies.
Quod nos post longos vix tandem novimus annos,
Tu tibi, tu prima luce parare potes.
Lectriadum tales pariunt si semina messes,
Cur ego non illo natus in orbe fui?
Tu iuvenum tuque ipse senum, tu gloria nostri
Ordinis, aetherei flosque decusque poli.
Roma tibi tua sit, tua sit Masovia cordi:
Te dedit haec terris, te dedit illa polo.

(Alibi de Bellarmino vide). Haec ex multis pauca sufficiant quae, antequam orbi colendus a Sede Apostolica proponeretur, evenere. De his vero ne alius quaeratur dicendi locus, pauca quoque et celebriora attingo; quorum licet praecipua sibi vendicabit Polonia, non deerit tamen quod et aliarum orbis partium devotam animi erga beatum iuvenem inclinationem commendabit.

Caput orbis et religionis Roma. unde in totum christianum corpus quicquid pium est derivatur, quemadmodum vivum amanter amplexa,

ita mortuum sua sub umbra conservat, variis variorum pietatis monumentis illustratum. Sepulcrum eius gloriosum frequentatum tam ab incolis quam advenis, tabellarum votivarum multitudine honoratum, festivitatis annuae sollemni concursu celebre, inter mirabilia et notabilia Romae divulgatum, idque in eo qui sub hoc titulo anno 1600 impressus fuerat libro, picturis sculpturisque de superiorum potestate privilegiisque orbi expositum, quasi diducto vexillo ad imitationem suo exemplo alliciens, et tamquam aquila expansis pietatis alis provocans ad volandum pullos suos, loquitur quo in beatum iuvenem animo sit. Videre ibi est praeter alium populum nobilissimam totius Italiae iuventutem die ipsius anniversario ex romano seminario congregatam sacram synaxim sumere, eminentissimos cardinales, episcopos, praelatos, alios sacra dicere, alios eidem sollemnitati interesse. Immo de purpuratis patribus fuere, qui cum ipso die non possent, intra septimanam currentem reddidere honoris, quod tunc nequiverant suae venerationis et affectus testimonium; cuius rei ego ipsemet, cum Romae manerem anno 1660, testis sum. Videre est flores ex ipsius sepulcro depromptos appetere ac malis remedium adhibere.

Mediolani sumptibus non exiguis illustrissimae olim comitissae Barbarae Simonetta, Alborici Barbiani comitis et sancti episcopi ac cardinalis Caroli Borromaei consobrinae filiae, apparatu non minori quotannis celebratur in domo professa eiusdem urbis annua eadem dies beati adulescentis; cuius pietati aliis succedentibus matronis et viris, continuari non desistit. Idem Florentiae, idem Neapoli, Bononiae ac tota Sicilia actitatum. Nec aliis Italiae urbibus sua pietas deest, quae non me immemorem permittit, Polonia evocante palmamque praecipiente.

Caput regni Cracovia, anno 1611, dum post flammis absumptam curiae turrim et haereticorum falsitate profanatum, qui in summitate illius fuerat, aeneum globum (ab Erasmo enim Roterdamo Novum Testamentum erroribus plenum concluserant intus haeretici) restauraret expurgaretque, ac in eumdem Evangelia catholicae versionis cum sanctorum reliquiis collocaret, imaginem B. Stanislai cum particula ipsius, in quo reconditus erat loculi, intro posuit cum tali epigrapha :

D. O. M., cunctorum bonorum auctori Iesu Christo, eiusque intemeratae Matri Mariae Virgini, invicto Michaeli archangelorum principi, et post hunc archangelo Cracoviae nostrae praesidi, ceterisque beatis spiritibus incolarum huius urbis custodibus, simul quoque tutelaribus sanctis Floriano, Stanislao, Hyacintho, cum reliquis, quorum et quarum sacros cineres civitas haec reveretur, cunctis praeterea divis polono sanguine cretis, et praecipue B. Stanislao

Kostka de Rostkow ex Societate Iesu, quem post tot alios Polonos praeteritis saeculis virtutibus illustres, nostro hoc novo saeculo post 1601, primum e Polonis Deus praepotens variis miraculis in diversis orbis partibus, Sedes vero Apostolica novis in urbe honoribus exornavit: denique sanctis omnibus et caeli civibus universis, senatus populusque Cracoviensis locum hunc iustitiae domicilium pacisque publicae propugnaculum, cum salute communi bonisque omnibus, supplex perpetuum tuendum tradit anno a Christo nato 1611 die 25 mensis iunii. Paulo V pontifice summo, Sigismundo III° Polonorum rege, Petro Tylicki Cracoviensi episcopo, Nicolao de Zebrydawice Cracoviensi palatino, Abrahamo Ronemberg urbis huius proconsule; qui hanc ad Deum divosque supplicationem, in perpetuam memoriam suae erga bonum publicum bonae voluntatis manu propria scriptam, in globum hunc una cum his sacris reliquiis a viris religiosis habitis imposuit.
Anno 1630, Martinus Szyszkowski episcopus Cracoviae, in sua eiusdem urbis cathedrali, mausolaeum sacris divi martyris et sui in eodem episcopatu praecessoris Stanislai cineribus magnis impensis et rara arte statuebat in templi medio; circumquaque bicubitalis altitudinis statuas sanctorum Adalberti, Floriani, Venceslai, Sigismundi martyrum, Casimiri et Hyacinthi confessorum, eleganti ordine disposuit: ac ne cuipiam dubium remaneret in posterum, patroni universi regni Stanislao Kostcae nomen attributum, ad normam et consuetudinem aliarum ecclesiarum in diversis regionibus observatam, inter nominatos proxime patronos Poloniae statuam similem ex aere inaurato beati Stanislai Kostcae intulit, ac medium inter collocavit. Reges suos solemni ingressu eadem metropolis suscipiens, in triumphalibus, quos tales actus exigunt, arcubus beati iuvenis exponere consuevit statuam, ut unicuique certum sit, suam incolumitatem gaudiaque de legum salute, illius quoque patrocinio urbem regnumque debere. Ad sancti protomartyris Stephani parochialem aedem, sacello marmoribus picturisque magnifico, eundem veneratur nomini suo dicato, in quo et ex sacris dentibus unum magna reverentia devotioneque populi colit. Caelesti meritum gloria coronari caput, regiae munificentiae clarissimum signum, quod pretiosis lapidibus manu sua (erat enim et huius artis peritissimus) Sigismundus III ditissime supra thecam collocatis adornavit, quodque dum viveret in suo regio sacello pientissime honorabat, ac praecipuis sollemnitatibus manu sua ex aula per secretiores aditus ad ecclesiam collegiatam S. Ioannis deferens, in altari venerationi universo populo statuebat, successoris sui Vladislai IV dono in SS. apostolorum Petri et Pauli basilica a patre suo Societati Iesu aedificata, in eadem urbe adoratur, vario auri, gemmarum, adamantium votivo pondere honestatum. Ad quod, quando de capite incolarum ageretur, grassante in

anno 1650 Cracoviae lue, cum recursum esset, et circumquaque forum mediae urbis processionaliter circumlatum fuit non sine efficaci consilio, ab ea die pestis cessare incepit.

Leopolim, metropolim et ducum olim Russiae sedem quacumque urbis intrantibus porta prima Stanislai occurrit effigies; omnibus enim, quasi stemmata quaedam et principum, quorum protectioni et gubernationi subiectae sunt civitates, natalicia arma, imagines beati adulescentis de senatus consulto affixae, urbem ipsius patrocinio regiminique subditam subiectamque testantur. Ultra quod in iudiciario conventuum magistratus loco, cum hac honorifica satis subscriptione : SERVATOR URBIS, imaginem cernes, alteram in altissima eiusdem curiae turri splendidissimam, marmoreis circumclusam marginibus suspicies, quam pro custodia adversus irruentium hostium oppugnantiumque insultus, ea qua maxime premebatur parte, reposuit pientissima consulum auctoritas. Eam, quam altari in collegii Societatis templo miraculis plurimis illustravit divina potentia superpositam, argentea quanta staturam hominis adaequat, magna arte et pretio facta veste glorifica bis indutam; opus sane raro a me ac vix alicubi etiam in exteris visum. O quos ignes, quos triumphos, quos applausus recurrente annua sollemnitatis die excitat, immo quos non excitat? qui de nocte praecedente succedenteque ac illucescente die musicorum in turribus concentus! qui tormentorum circumcirca per muros vallaque dispositorum reboatus, tubarum clangor! quis populi ad sacramenta totiusque diei celebritatem de circumiacentibus et longinquioribus etiam terris concursus! Sacellum suo honori nominique dicatum, plastices opere figuratum pretioso, auri nitore splendidissimum, grandia ex auro argentoque vota aestimabis, quae ad annum 1658 ita excreverant, ut in civitatis extremo periculo, ad redimendam importunam rebellium Cosacorum obsidionem, cum tam saeculares quam ecclesiastici, quam templa, pro suo quisque posse contribuerent conflarentque 20020^{m} summam, ex solis votivis tabellis beati Stanislai, octoginta sex argenti marcae conflatae fuerint *(proc. Leop. particularis.)*

Domum reperies nullam, quae beati adulescentis memoriam oculis non obiciat vivam in suae effigiei picturis, in tantum, ut coram Ill^{mi} et R^{mi} Nicolai Krosnowski archiepiscopi tribunali, cum particularem super casu excepto in anno 1650 processum Sedis Apostolicae auctoritate formaret, in tela depictae praesentatae sint ad 150, ultra eas, quas alia materia sustinebat atque eas, quae neglectae fuerant praesentari. Inter quas aliquae fuerant a dignissimis personis productae, quas a flamma miraculose conservatas testabantur; de quibus suo loco parte quarta dicetur. Cathedralem si invisas, ibi quoque honorari Stanislaum reperies. Eum quem ex hac urbe oriundus patrio sermone in

metra primo, et post latino idiomati idem auctor dederat, ut cap. 2. dixi, hymmum " *Lux nata super Sarmatis, Amorque nostri climatis, Salve beate Castule,* etc. „ non per templa tantum et compita urbis audies decantari, frequentissimeque personare per plateas horis nocturnis; sed, quod ipsemet expertus sum et magna aedificatione consolationeque mea probavi, in praecipui senatoris urbis domo infantibus una cum lacte inspirari, ac in eas formare primum voces loquelam, consignare memoriae, eamque his firmare ex eadem cantilena versibus: *O Costca Christi gemmula! Caeli micantis flammula, Iesum da meis fletibus, Da Dominum gemitibus.* Ibi inventus est ex senatu, qui de se affirmavit: se, si quo die solitum devotionis orationisque pensum erga beatum a se reddi consuetum omitteret, ne in poenam periculi aut adversitatis cuiuspiam notam incurreret, timuisse quoad viveret *(proces. Leod. partic.)*

Lublini, ubi elegantissimum capacissimumque sacellum beati Stanislai ab evangelii cornu exstat, peccato ducitur ab incolis, etiam ab ecclesia catholica per schisma seiunctis, si tam intra quam extra civitatem quaepiam habitatarum domorum ad aliquot dena millia numerum excedentium latissimeque protensarum sit, quae ipsius imagine carere cernatur. Ad quod officii erga patronum suum supremum regni tribunal inibi solitum exerceri piissimo affectu praeluxit, quando in iudiciorum loco, omnibus aliis exclusis, solam beati adulescentis tamquam iustitiae praesidis adesse voluit. Nocte diem antecedente subsequenteque anniversariam unaquaeque scholas frequentantium iuvenum classis, imagine praecedente, processionaliter ordineque modestissimo simul et devotissimo distributa, urbis plateas vicosque obeunt, universum populum ad sollemnitatem beati tutelaris tamquam sublato vexillo, hymnisque canticisque excitantes; nam et huic loco singularis patronus electus est caeli gaudiis perfruens Stanislaus *(Piaski)*.

Iaroslaviam, ducum Ostrogiensium nostro tempore sede nobilem, prope medio quasi miliari aut quarta ipsius parte exstat in Jivonensi agro, non tam magnitudine fabricae, quam pietate devotioneque populi ampla sub beati Stanislai Kostka titulo ecclesiola; quam cum fama beati non solum per partes Europae sed etiam in ipsis, ut testis is, qui suis eam exstrui impensis fecit, loquitur, Deo sic volente, percrebuisset Indiis, Stanislaus Karniewski intimo mentis devotae et consanguinitatis, quae ipsi cum beato domoque Costcarum intercessit, affectu, a fundamentis opere latericio anno 1607 exstruxit exornavitque perbelle picturis vitam beati iuvenis exprimentibus. Ibi, cum plures magna reverentia beneficiorum gratitudine peregrinentur, auctoritate concessioneque ordinariorum votiva dici decantarique solent in eiusdem honorem sacrificia.

Posnaniensis dioecesis oppidum Buk, qua devotione erga beatum Stanislaum sit, hisce consignatum litteris reperio, in processu Leopolensi particulari: *Incolae caelesti, patrono meo, et patrono civitatis Bukoviensis, parochiaeque universae ecclesiae collegiatae nostrae, beato Stanislao Kostcae religionis Societatis Iesu, ego Mathias Skiera vice praepositus una cum presbyteris dictae ecclesiae requisitus tale do testimonium: quia cives nostri peculiari devotione et affectu erga hunc beatum ducti, post Dominum et beatissimam Virginem Mariam, ad honorem ipsius altare erexerunt, capellano ad sacrosancta sacrificia ad ipsius altare obligato summam 1400 florenorum in censum locaverunt, eiusque patrocinio confisi votivas tabellas multi obtulerunt, quibus altare ipsius resplendet. Spero quia praeconceptus ad hunc beatum affectus in civitate nostra in dies crescet et conservabitur perennis. In quorum fidem nomen meum subscribo et seniorum confratrum meorum ecclesiae praefatae, sigillumque fraternitatis presbyterorum appono. Bucoviae 14 mensis octobris 1648. Idem, qui supra P. Mathias Skiera m. p.*

Iarocinum vero in hunc modum loquitur: *Ioannes Iakimowski, parochus Iarocinensis, requisitus a R. P. Alexandro Lorencowicz Societatis Iesu, procuratore canonisationis beati Stanislai Kostka, nec non nuntio in praefata causa, perhibeo testimonium: quod beatus Stanislaus Kostka, in oppido Iarocinensi, dioecesis Posnaniensis, ecclesiae B. Mariae Virginis et S. Martini habeat sacellum et altare ex voto ob liberationem ab incendio exstructum; ubi summa veneratione a fidelibus colitur, votiva sacrificia fere cottidie celebrari solent, votivae tabellae in recognitionem beneficiorum a Deo per intercessionem B. Stanislai Kostka acceptorum pendent continuo affixae. Ita vero devotio ad praefatum beatum Stanislaum crescit, ut multi ex nobilibus inveniantur, qui anniversaria die ipsius peregrinationem ad ecclesiam hanc et altare ipsius quotannis pedites suscipiant. In fidem praemissorum subscriptioni manus meae sigillum appono. Iarocini 20 octobris 1648. Idem qui supra.*

Posnania ipsa Maioris Poloniae caput, quem erga beatum gerat affectum, in urbis mediae curia sita imaginem ipsius depictam inter regum ac principum effigies tenet, quam ad avertendam ab urbe pestem depingi curavit; quam et ego vidi, et videre cuique licitum, cum extra in muro curiae depicta sit. Cathedralis eandem habet ecclesia, ac alia Beatae Virginis " in Summo „ dicta cum hac subscriptione vulgari lingua: " Beatus Stanislaus Kostka, patronus Poloniae, Romae requiescit. „ Ac ne plura, et antiquiora recenseam, hoc quod in anno 1660, 22 septembris, non annuente, sed ut optimi pastoris erat, gregem suum antecedente Illmo Alberto Zalibowski, urbis eiusdem episcopo, actum est, testatur. Grassabatur circumcirca Posnaniam per oppida et pagos fereque totam dioecesim pestilentia, ac licet variae

adhiberentur custodiae, nihilominus non satis securitati provisum videbatur, nisi Dominus custodiret civitatem. Ergo ab ipso deposcendum fuit, ut quempiam mittat de angelorum *, qui statutus in porta arceret ab ingressu contagium, etc. Sicut primus in cor pastorale sollicitudinis plenum venit, ita solus ad hoc muneris electus est angelicus iuvenis, Stanislaus. Itaque indicit totius cleri ad cathedram conventum, religiosorum ordines omnes adesse iubet, civitatemque universam adunari, ut oves audirent pastoris vocem eandemque sequerentur, et elatam B. Stanislai imaginem manibus umerisque sacerdotum sollemni supplicatione praeire alios, comitari alios secum ad usque collegiatam ex cathedra in medio civitatis sitam, communibusque votis ac vocibus ipsius honori diem illum dicari, vovere pervigilii diei festi ipsius ieiunium, ac ipso die omnium sacram synaxim: vetitoque ne in ulla alia eo tempore haberetur contio, in illa sola, quo numerosissima senatorum regni, nobilitatis circumiacentis ac omnium ecclesiasticorum saeculariumque incolarum multitudo confluxerat, ad populum dici; suo totiusque sibi subiectae dioecesis nomine declarari, se non alium quam Stanislaum Kostkam custodem urbis a Deo petere, et assumere, gratitudine apud Sedem Apostolicam ad canonisationem interponendarum precum pro gratia et merito appromissa. Haec mihi ipsemet Ill^{mus} et Rev^{mus} D^{nus} episcopus Romam per litteras significavit.

* *supple* numero.

Eadem occasio Plocencis dioecesis pago Kaczyce dicto ad aedificandam honori et nomini B. Stanislai sacram aediculam fuit; cum enim peste flagrarent omnia, anno ubi primum opere latericio haec fabricata est, malum cessavit. Confluit eo ingens hominum multitudo votorum exsolvendorum ratione, caelo se largissime in omnes diffundente, quod non procul ab iis, in quibus natus est B. Stanislaus, bonis distet.

Vilnae Lituaniae regia urbe ad parochialem unum, ad patrum Dominicanorum ecclesiam alterum; Torunii in Prussia, Culmensis episcopatus, ad parochialem itidem aliud; aliud Crosnae, sacella B. Stanislao dicata, cernuntur. Varia, quae partim ad laudem, partim ad devotionem erga B. Stanislaum iuvenem accendere possunt, typis vulgata, manibus feruntur incolarum: duo potissimum, quae ad instar officii divini per horas distincti, recitari possint; unum quod officium, tam latino quam vulgari sermone concinnatum, Lublini Cracoviaeque impressum, alterum Vilnae, quod " Pii affectus erga B. Stanislaum Kostkam „ intitulatur. Nil frequentius hisce a iuventute omnisque aetatis status condicionisque hominibus recitari, videbis; acta ab hoc caelorum indigete, dum viveret, frequentissime in scaenam publicam per scholas collegiaque exhibent panegyribus metrisque omnique dicendi scribendique genere, depraedicari; plurimis nomen ipsius imponi, ac religioso habitu ipsius imitandi colendique studio infantes

indutos ex voto parentum portari. Rarissima in tota Poloniae Lituaniaeque ditione urbs, oppidum, pagus, quae non in civium domibus, in suis eum colat imaginibus; templa (non Societatis Iesu tantum, horum enim nullum est in illis partibus, in quo id non cernas) sed variorum religiosorum ordinum, sed parochialia, collegiata, cathedralia, tam in civitatibus quam pagis, quae altaribus non honorent, super eaque effigies non exponant, Deo ipso hanc devotionem ita confirmante, ut nulla taliter exposita honorataque imago Stanislai sit, quae non divinae potentiae miraculis clareat, gratiasque in universos generali liberalitate in omnibus necessitatibus non effundat.

Bellarminus cardinalis, cuius sanctitatis ac auctoritatis ecclesia toto orbe diffusa est testis, sicut gloriabatur ex eo quod B. Aloysium Gonzagam cognovisset eique dedisset aures, ita Stanislai, licet sibi non cogniti, quam dum in Germania moraretur vidit et hausit, semper vivam tenuit memoriam, supraque lectum, in quo religiosissimus vir quiescebat, affixam illius una cum B. Aloysii imaginem tenebat. *Angeli sunt,* inquiebat; quod ego, ab illo, qui ex ipsius cardinalis ore habuerat, accepi.

(Continuabitur.)

BULLETIN

DES PUBLICATIONS HAGIOGRAPHIQUES

La réédition des *Acta apostolorum apocrypha* de Tischendorf, entreprise par MM. Lipsius et Bonnet, est en bonne voie d'exécution. M. Lipsius a publié l'an dernier un premier volume, qui contient, d'après le titre, les *Acta Petri, Acta Pauli, Acta Petri et Pauli, Acta Pauli et Theclae, Acta Thaddaei.*

Mais ce titre est général et ne détaille pas les treize textes différents édités par M. Lipsius. Ce sont le *Martyrium Petri* par le pseudo-Linus, la *Passio sancti Pauli apostoli,* les *Actus Petri cum Simone* avec la partie grecque correspondante Μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Πέτρου, le Μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου, avec le fragment de la *Passio Pauli,* qui en est la traduction, le Μαρτύριον τῶν ἁγίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου, ainsi que la version latine *Passio sanctorum apostolorum Petri et Pauli,* les Πράξεις τῶν ἁγίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου, la *Passio apostolorum Petri et Pauli,* les Πράξεις Παύλου καί Θέκλης, les Πράξεις τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Θαδδαίου, et enfin le texte grec de la lettre d'Abgar à Jésus-Christ.

Toutes ces pièces sont publiées avec le plus grand soin. Pour en établir le texte, l'éditeur a recouru à un nombre considérable de manuscrits. C'est ainsi que pour la *Passio Pauli,* il annote les variantes de vingt-huit exemplaires. Dans l'introduction, M. Lipsius donne un dépouillement très complet des manuscrits contenant les Actes apocryphes dont nous avons donné le titre.

En résumé, le but des nouveaux éditeurs est pleinement réalisé. Le travail de Tischendorf, qui n'avait pas collationné un nombre suffisant de manuscrits, est bien amélioré, et aussi beaucoup augmenté, surtout en ce qui concerne les Actes latins. Espérons que M. Max Bonnet, qui a déjà publié les Actes de Thomas, ne tardera pas à nous donner ceux de Jean, d'André et des autres apôtres.

Toutes les questions relatives à l'histoire de **S. Pierre** sont longuement examinées par M. l'abbé Henriot (1), la primauté, l'authenticité des épitres, l'épiscopat d'Antioche et de Rome, le dissentiment avec Paul, etc. Le lecteur en parcourant ces chapitres sera surpris de retrouver si rarement la trace des récents travaux

(1) *Saint Pierre, son apostolat, son pontificat, son épiscopat,* par l'abbé Henriot. Lille, 1891, 8°, pp. xxi-541.

de l'érudition moderne. Au contraire, il est souvent renvoyé aux documents hagiologiques qui font mention des disciples de S. Pierre. Ces documents, négligés par des écrivains qui avec plus de science et d'érudition ont disserté sur la vie de l'apôtre, fournissent à l'auteur quelques pages qui ne manquent pas d'intérêt. Il a pu dresser la liste des églises qui se glorifient, à tort ou à raison, d'avoir été fondées par S. Pierre ou par quelqu'un de ses disciples. Malheureusement, dans ce travail, l'auteur fait usage de pièces dont la valeur est pour le moins douteuse Les a-t-il toujours sainement appréciées ? Je ne le crois pas, et d'autres partageront mon avis.

La Passion de sainte Salsa, publiée dans le tome I du Catalogue des mss. hagiographiques de Paris (pp. 344-52), fut presque aussitôt après son apparition l'objet d'une remarquable étude de M. l'abbé Duchesne, lue en séance publique des cinq Académies (1). Le savant critique avait signalé dès lors l'intérêt des détails topographiques contenus dans cette pièce, et reconnu l'emplacement de la basilique de Sainte-Salsa à Tipasa (2). Presque en même temps, des fouilles entreprises dans les ruines de ce sanctuaire par M. Gsell mettaient au jour une inscription en mosaïque où se lit le nom de la jeune martyre. On trouvera le récit de la découverte dans les *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, 1891, p. 179-185. Le fac-simile de l'inscription a été reproduit d'après ce recueil dans les *Comptes rendus de l'Académie des Inscriptions*, 1891, p. 193, par la *Revue de l'art chrétien*, 1891, p. 506, et le *Bullettino di archeologia cristiana*, 1891, p. 25. Voici le texte, dont les principales restitutions sont dues en partie à M. l'abbé Duchesne, en partie à M. de Rossi.

Munera quae cernis quo sancta altaria fulgent
[His sumptus l]aborque inest cura[que Pot]enti
Creditum [sibi qui gau]det perficere munus
M[artyr] hic est Salsa dulcior nectare semper
Quae meruit caelo semper habitare beata
Reciprocum sancto [red]dens [mu]nus impertire Poten[ti]o
[Int]eritumque eius caelorum regno pro[babit].

Le commentaire de M. de Rossi, quoique très succinct, renferme d'importantes observations. La paléographie de l'inscription la reporte au milieu du Ve siècle. Elle est écrite en vers construits suivant la métrique libre de Commodien ; il ne faut donc s'étonner d'aucune licence, pas même de la fin d'hexamètre *Potentio*,

(1) Voir le *Compte rendu de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres*, 1890, p. 116. La lecture de M. l'abbé Duchesne a été reproduite dans les *Précis historiques*, 1890, p. 523-31. — (2) Le plan de cette basilique a été publié d'une manière inexacte par M. Leclerc dans la *Revue archéologique*, t. VII (1850). Voir *Mélanges d'archéologie*, p. 180. Une étude complète sur ce monument est annoncée, *ibid.*, p. 185.

que M. de Rossi rend acceptable par une citation des *Instructiones* (XIV, 12). Le titre de saint attribué à Potentius donne à croire que l'inscription fut composée après sa mort, à moins qu'on n'ait voulu, par ce titre, désigner un évêque. On connaît un évêque du nom de Potentius, envoyé par saint Léon le Grand, en 446, aux églises de Mauritanie (Ep. 12, Ballerini). Pourtant, M. de Rossi n'affirme point l'identité des deux personnages, comme M. Cagnat semble l'avoir compris *(Revue archéologique*, 3ᵉ série, t. XVII, p. 416). Le second vers pourrait bien être une réminiscence d'une inscription placée par Sixte III dans la basilique de Saint-Pierre-aux-Liens *(Bullettino di arch. crist.*, 1878, p. 15) où se lit un vers semblable :

Presbyteri tamen hic labor est et cura Philippi.

Au tome I de Mai, p. 362, Papebrock fait remarquer que le *Codex Vaticanus* 866 renferme une rédaction grecque des Actes fabuleux de l'**Invention de la Sainte-Croix**. Ce n'est pas celle qu'ont donnée Gretser (1) et Holder (2), qui reproduisent une recension différente tirée du manuscrit grec de Munich n° 271. M. Holder (3) avait soupçonné à tort qu'un autre texte, publié aussi par Gretser (4) était celui du Vatican auquel les Bollandistes ont fait allusion.

Celui-ci vient d'être édité par M. Wotke (5), auquel chacun saura gré d'avoir ainsi fourni la première rédaction grecque de ce récit. En effet, il suffit de comparer le texte du Vatican avec celui de Munich et avec la traduction latine pour juger du caractère de priorité. La recension du ms. de Munich paraphrase le texte du Vatican, tandis que les Actes latins de Cyriaque constituent un véritable remaniement. Il sera très intéressant aussi de comparer la version grecque publiée par M. Wotke avec le texte syriaque du ms. add. 14644 du British Museum édité par M. Nestle (6).

Dans le tome III de Juillet (7), les Bollandistes ont publié le récit de la translation et de l'invention des **SS. Hermagoras** et **Fortunat**, tels qu'ils l'avaient lu dans le recueil du dominicain Pierre Calo. M. G. Monticolo vient de retrouver à Venise, dans le ms. lat. X. 37, une courte rédaction du même récit (8), dont la parenté avec le travail de Calo est manifeste. La différence la plus notable est celle-ci. Pierre Calo a fondu en une seule pièce les récits de la translation et de l'invention, distincts dans le ms. de Saint-Marc. Ce système, proposé et développé par M. Monticolo dans l'introduction au texte publié, ne donne pas lieu à de sérieuses objections. L'auteur suggère encore deux autres hypothèses. Les deux narrations doivent être attribuées au même auteur ; celui-ci aurait vécu dans la première moitié du

(1) *Opp.*, tom. II, Ratisbonae, 1734, p. 417-425. — (2) *Inventio sanctae Crucis*. Lipsiae, 1889, p. 30-39. — (3) *Ibid.*, p. x. — (4) *L. c.*, p. 426-429. — (5) *Die griechische Vorlage der lateinischen Kreuzauffindungslegende*, dans Wiener Studien, t. XIII, 1891, p. 300-311. — (6) *De sancta Cruce*, p. 55-64. — (7) P. 255 sqq. — (8) Nuovo Archivio Veneto, t. III, part. i (1892), p. 117-48. *L'Inventio e la Translatio dei santi Ermagora e Fortunato.*

XI[e] siècle et aurait été témoin des faits, qui se passèrent vers 1023. Ces opinions sont probables, mais rien n'oblige à les tenir pour certaines. Pour la plus grande facilité du lecteur, M. Monticolo reproduit à la suite du texte de l'anonyme, inédit jusqu'à ce jour, la rédaction de Pierre Calo en se servant de deux manuscrits, le codex XIV, 87, de la Barberine et le codex lat. IX, 19 de Saint-Marc.

Les Actes grecs de **S. Lucien** d'Antioche compilés par Métaphraste (1) diffèrent assez notablement, pour beaucoup de détails, de la tradition recueillie par Eusèbe, Rufin, S. Jérôme et S. Jean Chrysostome. On peut même dire qu'aux premiers siècles les traits de cette Passion ne semblent pas fixés. D'autre part, l'auteur inconnu des *Commentaires sur Job* (2) et l'historien Philostorge (3), tous deux ariens, fournissent certaines données, qui ne se rencontrent pas chez les Pères que nous venons de citer, mais qui sont reproduites par Métaphraste.

M. l'abbé Batiffol, dans une intéressante communication faite au second Congrès des savants catholiques (4), a attiré l'attention sur ces divergences. Il a cru pouvoir en conclure qu'à côté de la tradition catholique, représentée par les écrivains ecclésiastiques, s'est développée une version arienne des Actes de S. Lucien. Perdue aujourd'hui, cette version aurait fourni le fonds même du récit de Métaphraste, qui toutefois aurait corrigé les Actes ariens pour en composer une rédaction parfaitement orthodoxe.

Cette conjecture est ingénieuse ; toutefois, à notre avis, les arguments qui l'appuient ne l'élèvent point à la hauteur d'une opinion certaine, ni même fort probable. Ils prouvent sans doute, ce qu'on savait du reste, que Lucien d'Antioche continua, malgré son retour indubitable à la foi catholique, à jouir d'une grande popularité dans la secte arienne. On peut croire aussi que Métaphraste puisa, pour rédiger la Passion de S. Lucien, à toutes les sources, ariennes et catholiques. Là s'arrête, nous paraît-il, la portée des données très curieuses que M. Batiffol a mises en lumière ; mais celles-ci ne vont point jusqu'à établir qu'il a existé des Actes ariens de S. Lucien expurgés et exploités par Métaphraste.

La fête de **S. Valentin**, *prêtre romain* et martyr se célèbre le 14 février. Ses Actes, tels que nous les possédons, ne sont pas contemporains, et ont d'étroites relations avec ceux des martyrs persans, Marius, Marthe, Audifax et Abacuc, dont ils ne sont, à vrai dire, qu'un extrait (5). Ce saint martyr appartient à la persécution de Claude le Gothique; il fut enseveli au lieu même de son supplice sur la voie Flaminienne.

Le même jour on fait la mémoire d'un autre **S. Valentin**, *évêque de Terni*, lui aussi martyrisé à Rome sous Claude le Gothique, et honoré sur cette même voie

(1) *P. G.*, t. CXIV, p. 398-416. — (2) *Ibid.*, t. XVII, p. 428-70. — (3) *Ibid.*, t. LXV, p. 475. — (4) *Compte rendu. Section des sciences religieuses*, p. 181-86. — (5) Les Actes des saints Marius, Marthe, etc., se trouvent dans les *Acta Sanctorum*, au 19 janvier, tome II, p. 216-219; la Passion de saint Valentin correspond aux numéros 6-11, plus le commencement du n. 15.

Flaminienne, qui, comme on sait, passe à Terni. En comparant les Actes des deux saints (1) on leur trouve d'autres ressemblances encore : plusieurs épisodes caractéristiques ne diffèrent dans les deux Passions que par les noms des personnages. Après cela, on conçoit que des critiques sévères aient cru pouvoir conclure à l'identité des deux Valentins ; Tillemont n'y a point manqué. Les Bollandistes n'ont pas été de son avis, et M. Marucchi vient de donner à leur manière de voir l'appui des découvertes archéologiques dans son ouvrage sur le cimetière et la basilique de Saint Valentin (2). Nous n'insisterons que sur ce côté de son travail où il y aurait tant d'autres chapitres excellents à signaler.

Si le témoignage des anciens martyrologes est favorable à la distinction des deux saints (3), l'argument décisif est fourni par l'étude du cimetière et de la basilique de Saint-Valentin à Terni. Ce que l'on sait des usages chrétiens aux premiers temps permet de conclure que S. Valentin a donné son nom à la basilique, parce que son corps y fut déposé. Le lieu de sa sépulture devint bientôt un cimetière ; les fidèles cherchaient à reposer auprès des martyrs. M. de Rossi a décrit le cimetière il y a plusieurs années (4), et a établi qu'il remontait au temps de la persécution (5). Or, on peut constater qu'en même temps existait à Rome un cimetière et une basilique de Saint Valentin prêtre, où se trouvait le corps de ce martyr. C'est ce monument que décrit M. Marucchi dans sa belle monographie.

Mais n'est-ce pas un fait étrange que la coïncidence de l'époque du martyre, du jour de la fête et de la voie publique où se trouvaient les deux tombeaux? Notons que les Actes du martyr de Terni donnent une indication chronologique intéressante : c'est le nom du préfet *Furiosus Placidus*. Pour qui connaît les naïvetés des copistes du moyen âge, il n'est autre, évidemment, que Furius Placidus, personnage fort connu, qui fut consul en 273. M. Marucchi a raison de relever ce détail, qui ne peut dériver que d'une source antique. Nous voilà bien ramenés aux temps de Claude le Gothique. Mais comment l'évêque de Terni se trouvait-il à Rome? Il n'est pas possible, on le conçoit, de répondre à cette question autrement que par des conjectures. En temps de persécution une grande ville, où l'on était perdu dans la foule, devait offrir un asile plus assuré aux évêques que les petites cités. L'évêque de Terni s'était peut-être retiré à Rome pour échapper aux poursuites ; son cas ne serait pas isolé. Faut-il admettre que les deux Valentins furent immolés à la même date? Il est naturel de penser que le 14 février est le jour du martyr du prêtre romain ; les fidèles de Rome dûrent en garder un souvenir précis. L'évêque de Terni mourut loin de son siège ; il ne serait pas étonnant que son peuple eût ignoré la date exacte de sa mort, et que plus tard il eût choisi, pour faire sa mémoire, le

(1) *Act. SS.*, t. II Februarii, pp. 752-754 et 756-757. — (2) *Il cimitero e la basilica de S. Valentino e guida archeologica della via Flaminia dal Campidoglio al ponte Milvio.* Roma, 1890, 8°; c. I, Notizie storiche sul martire S. Valentino, p. 29-42. M. Marucchi attribue au P. du Sollier les commentaires sur saint Valentin dans les *Acta Sanctorum ;* ils sont du P. Henschenius. — (3) *Ibid.*, p. 36. — (4) *Bullettino di archeol. crist.*, 1871. — (5) Le sarcophage du saint évêque de Terni fut ouvert en 1605. Marucchi, *op. cit.*, p. 37.

jour de son homonyme, victime de la même persécution. Je ne sais s'il y a d'autres relations entre les deux martyrs. M. Marucchi fait assez grand cas d'une épitaphe trouvée dans le cimetière romain, et mentionnant la patrie de la défunte *quae nata est in civitate Interamnatium*. Je ne vois pas trop le parti qu'on peut en tirer pour la question qui nous occupe. Quant à la ressemblance des Actes, ils n'embarrasseront personne. Les hagiographes du moyen âge n'étaient pas gênés par le manque de détails sur leur saint : ils les prenaient à une source quelconque, et plus naturellement, cela se conçoit, dans l'histoire d'un homonyme. On vient de voir que, malgré leur bonne volonté, ils n'ont pas toujours réussi à dérouter la critique.

Dom François Plaine reprend dans la *Revue des questions historiques* (1) l'examen critique de ce texte syriaque de la Vie de **S. Alexis**, qui provoqua les controverses que nous avons rappelées naguère (2). Le savant bénédictin, en prenant position dans le débat, n'apporte aucun élément nouveau de solution. On ne voit vraiment pas ce qui peut l'autoriser à avancer des affirmations telles que celle-ci : " Les conclusions contre l'autorité de l'ancienne Vie latine de S. Alexis sont sans force et sans valeur. Il y a identité substantielle entre les renseignements fournis par les deux vies syriaques et ceux qui nous viennent des plus anciennes Vies latines, ce qui m'a permis d'affirmer que celles-ci devaient avoir pour base l'autobiographie même du saint personnage ".

Le précieux document sur le pélerinage de **Sainte Silvie** en Terre Sainte trouvé par J. F. Gamurrini dans la bibliothèque d'Arezzo et publié pour la seconde fois à Rome en 1888 (3) a été traduit en italien et annoté par M. l'abbé G. Marinoni (4). Les notes auraient pu profiter du travail de M. Mommsen (5). Comme appendice à son ouvrage, l'auteur publie deux lettres très intéressantes sur le culte de Ste Silvie à Brescia, ainsi que l'office de la sainte et des pièces du XVIe siècle relatives à ce culte.

Au même sujet se rattache la brochure de M. Geyer (6). On y trouvera d'excellentes remarques pour l'établissement définitif du fameux texte du pèlerinage.

Le *Bulletin monumental* (7) a reproduit la lecture faite à l'Académie des inscriptions et belles-lettres par M. G. Schlumberger sur une relique insigne de **S. Akindynos**.

